An per diſpoſitionem Ritus, cenſetur abdicata poteſtas Præſidibus Prouinciarum, num. 14.

Dictio non aliter actum conditionalem facit, num. 15.

Verba poſita in Rit. 49. in iure officium exercendo, quid importent, n 16. & 17

Dictio alia eſt repetitiua ſimilium n. 18.

Ritus eſt intelligendus, vt minus lædat Ius commune, num. 19.

Præeminentia, an intelligatur actiuè, & paſſiuè an verò de Officialibus Regijs, num. 20.

Officiales pro contractibus initis, vel delictis extra Curiam, à quo cognoſcantur, num. 21.

Alexandri de Stefanellis Auditoris laudes, num. 23.

Nemo poteſt in cauſa propria iudicare, num. 24.

Iniquum eſt dare alicui licentiam ſententiandi in cauſa propria num 25.

Intereſſe ad ſingulos, vti ſingulos quomodo cognoſcatur, num. 26.

Præſidis cura, & vigilantia, qualis eſſe debeat, num. 27. 28. & 29.

Regiæ Audientiæ Regni quas cauſas cognoſcunt, num. 30.

Prærogatiua M. C. an ſit communicata Regijs Audientijs num. 31. & 47.

An per vnicum actum, quæratur Iuriſdictio, num. 32 38. 39. & 41.

Quid, ſtante priuilegio, num. 33.

Poſſeſſio decennalis quid operetur, n. 34.
Conſuetudo an iudicat obſeruantiam, & & quomodo num. 35. 36. & 37.
Lite pendente, nil eſt innouandum, n. 40.
Ritus an tollant Præſidi Prouinciæ cognitionem officialiũ, n. 42. 43 44. & 45.
Iuriſdictio in certum genus perſonarum an ſit priuatiuè, vel cumulatiuè, n. 46.
Prærogatiuæ M. C. an ſint communicatæ Baronibus num. 48.
Cognitio Capitulorum Regni, finis præcepti Charitas, quomodo procedat, n. 49.
An cognoſcant Regiæ Audientiæ, n. 50.
Curiales, & ſeruientes Curiæ à quo cognoſcantur, num 51.
Dormitorium Monachorum an ſit Sacrũ, ita vt ad illud confugientes ſint tuti, num. 52.
Mora per horam dicitur modica, n. 53.
Commiſſarius cauſe, ſi ſedet in vna menſa cũ parte, an dicatur ſuſpectus n. 54.
Petri Antonij Carauita Regij Conſiliarij, & Iudicis M. C. V. laudes n. 55.
Acceſſus, ſi fiat ad plures differentias, an vnicum ſalarium debeatur, nu. 56. 57. & 58.
Regia Audientia Principatus Vltra cognouit etiam Titulatos, & Barones delinquentes, n. 59.
Præeminentia, an intelligatur de Officialibus Regijs num. 60.
Regiæ Audientiæ Regni an habeant facultatem cognoſcendi de delictis Officialium, nu. 61. 62. & 66.
Magna Curia Vicariæ Officiales Regios, neque citat abſq; ordine S. E. n. 63.
Proſper Petra fuit ſui immemor, n 64.
Cognitio Regiorum Officialium non eſt Iuriſdictio, ſed vſurpatio, n. 65. & 68.
Regia Audientia Hidruntina, an habeat hanc facultatem cognoſcendi de delictis Officialium, num. 67.
Officiales Regij, Aduocati, Procuratores, Actuarij, & Scribe, à quo cognoſcantur in alijs Regnis, num. 69.
Conſuetudo, vt ſola M. C. cognoſcat de delictis Officialium, à quo ortum habuit, num. 70.
An contineantur Aduocati, Procuratores, Scriptores, Actuarij, & Scribæ, n. 71. & 72.
Præeminentia iſta an procedat contra offendentes officiales, n. 73.
An offendentes Regios Alguzerios, & eis reſiſtentes, n. 74. & 75.
Delictum commiſſum odio particulari, vel alia propria cauſa, non dicitur delictũ in officio, num. 76.
Præeminẽtia an procedat in arbitris, n 77.
Regia Audientia Principatus Vltra, quomodo reſidet in Terra Baronis n. 78.
Regia Audientia prædicta an poſſit viſitare carceratos, n. 79.
Pœna impoſita, pro quanto gratiam Regiam caram habent, vel ſub pœna indignationis Regiæ, quid importet, n. 80. & 81.
Indignatio Regis quid importet, n. 81.
Pœna indignationis eſt arbitraria, & quod indignatio ſit cominata, n. 82. & 83.
Indignatio Regis nuntius mortis eſt n. 83.

Chi ben comincia hà la metà de l'opra,
Ne ſi comincia ben ſe non dal cielo.

Ptimum affert Pocta in omnibus enim publicis rebus principia diligenter ſunt conſideranda, vnde ſi in prima Impreſſione huius primi Tomi rela-

relatiuè retuli me alio in loco dixiſſe quomodo hoc Regium Tribunal in hac noſtra Patria Montis Fuſcoli reſideat, quod cum antea Lector non legerat miratus eſt de hoc inſipido principio immemor ſententiæ Ciceronis lib. 5. de finib. dicentis, q; omnium rerum principia ſunt parua, ſed ſuis progreſſionibus augentur; reſidentiam enim prędictam ego deſcripſeram in alio meo Libro non ad huc Typis dato, nunc vero in hac ſecunda Impreſſione, vt omnis admiratio tollatur, & dubitatio ceſſet, vt Lectori ſatisfaciam cogor parum hic aſſerere hanc Patriam Montis Fuſcoli fuiſſe ſemper, & nobilitate, & diuitijs ditatam ſeruitio Regiæ Maieſtatis promptam, ac omni commoditate ad Belli ſubſtentationem, & Regiæ Maieſtatis reſidentiam munitam, adeo, vt cum Papa Caliſtus II. Beneuentum acceſſit cum Comeſtabulo Lãdulfo die 8. Auguſti 1120. & dum ibi conuocabat Gulielmum Ducem Calabriæ, & Apuleæ, & Iordanum Comitem Campaneæ, & nonnullos alios Principes ex cauſa Belli cum Imperatore Henrico ſucceſſit Beneuenti magnus morbus ad illum euitandum, nedum Comes Iordanus, & Gulielmus Dux, ac Comeſtabulus prædictus, ſed fere tota familia Pontificis Beneuento relicta ad Montem Fuſcum ſe reduxerunt, & inuenta commoditate, & alijs requiſitis, hic per ſpatium temporis habitauerunt etiam ſecunda vice, qua Beneuenti reuerſi ſunt, & morante in Monte Fuſco eodem Comite Iordano fuit expulſus à Landulfo eius aduerſario, qui adhuc reuerſus de nouo ad Montem Fuſcum, vt refert Croniſta Falconus in eius Cronica fol. mihi 316. 219. 224. à fronte, & à tergo, & in anno 1128. cum Beneuentum Papa Honorius acceſſiſſet ex cauſa contra Gulielmum, tunc Rectorem Beneuentanum timens nè aliquid mali ſibi contingeret ſe reduxit ad Montem Fuſcum vti locum tutiorem vbi moram per quodam temporis ſpatium fecit, vt refert idem Falcone fol. 248.

Immò in anno 1193. Rex Tancredus ab Apulea proueniens ad Montem Fuſcum venit, vt refert Anonimus Caſſinenſis in ſua Cronica fol. 153. in illis verbis. Rex Tancredus in Apuleam veniẽs recepit filiam Imperatoris Conſtantinopolitani in vxorem Rogerio filio ſuo dudum in Regem coronato, ex inde collecto exercitu venit ad Montem Fuſcum contra quem Bertoltus Caſtra mouens.

Et Regem Rogerium ſuaſione Domini Cardinalis Creſcentij veniſſe ad Montem Fuſcum ibique Comeſtabulum poſuiſſe, refert idem Falcone in alio folio 275. in illis verbis.

Diebus pręterea non multis euolu-

tis Rex prefatus Rogerius conſilio Cardinalis Creſcentij, tunc Beneuentani Rectoris ad Montem Fuſcum ſe perduxit ibique Comeſtabulum ordinauit.

Colligitur ergo hanc terram Montis Fuſcoli fuiſſe ſedem, nedum Comitis Iordani, & Comeſtabuli verum etiam Papa Honorij, & Regis Tancredi, ac etiam Regis Rogerij, illam enim elegerunt tanquam tutam ad bellorum ſuſtentationē omni requiſito munitam per ipſorum Sede, & reſidentia.

Quibus auditis per Ferdinandum, felicis recordationis, Regem primum tempore bellorum cū Gallo tutus habere, & obſeruantiam, & ſeruitutem, omnemque comoditatē ad inimicos fugandos in anno 146[illegible]. ad hanc Terram Montis Fuſci ſe contulit, & per multum temporis ſpatiū reſedit, & iuſſit duo nobilia, & ampliora Palatia ędificari in eius Territorio nuncupato lo Couante ferè duorum miliarium ſpatio ab hac Terra diſtanti, & dum hic reſidebat, & Palatia ędificabantur, reſtaurauit hic Eccleſiam maiorem nuncupatam Sancti Ioannis de Baleo, ibique duodecim Canonicos ordinauit, de quo plenius ego dixi in meo tom. 2 tit. de Præcedentia cap. 3. & ſeq. & Terram multis Priuilegijs muniuit, nimirum ſi fuit fauoribus ditata, honoribus decorata, & Priuilegijs ampliſſimis priuilegiata, & ſignanter, vt Regiū Tribunal in ea reſideat, virtute Priuilegiorum per Regem Carolum Tertium, Regem Federicum, & alios Sereniſſimos Reges conceſſorū, quæ omnia cum ſupra enarratis in vnum Sermonem non parca manu reduxi, & Typis diuina fauente clementia mandabo, hic enim non aliud intendo, niſi de Præeminentia Regiæ Audientiæ ſermonem facere, & pertractandum cenſeo, an delicta Officialium per hanc Regiam Audientiam puniantur. An verò per Magnam Curiam Vicariæ (iuxta illud vulgatum, & antiquatum dictum, quòd de delictis Officialiū ſola M. C. V. cognoſcit.) Nonnulli meæ opinioni aduerſantes; in qua reſidebam, & pro affirmatiua adhuc reſideo, poſſe, & debere hanc Regiam Audientiam de illis cognoſcere; pro negatiua tenebant ex infraſcriptis.

Primò, quia hæc poteſtas M C. V. impartita cenſetur vigore Ritus, ſecundum ordinem Carauit. 49. 51. & 61. qui cum geminati ſint, & per verba geminata reiterati, declaratur enixa mens, & omnes idem importare, & cenſetur abdicata poteſtas alijs Tribunalibus ex his Ritibus, quæ ab omnibus Præeminentia nuncupatur, quæ eſt quinta, vt Carauit. aduertit Rit. 49. n. 1. Secundò, Præeminentiam iſtam fuiſſe tali modo cōfirmatam ex Conſt. Regni magiſter Iuſtitiarius, qua ſtatuitur

tur magiſtrum Iuſtitiarium poſſe de delictis Officialium cognoſcere. Ergo.

Tamen, ſi veritatis tutores eſſe volumus, non dubitandum cenſeo,
1 hanc Regiam Audientiam Officiales delinquentes punire poſſe, nedum Iuris diſpoſitione, verum etiam, & ex Præeminentia ſibi per ſupremum Principem conceſſa. Ex iuris diſpoſitione per tex. in l. congruit ff. de offic. Pręſ-
2 ſid. per quem tex. facultas Præſidibus Prouinciarum impartitur cognoſcendi de latronibus, ſacrilegijs, & plagiarijs. Ergò multò magis cadit cognitio de Officia-
3 libus delinquentibus. Delictum enim Officialis, maximè inqui-
4 ſiti de Barattaria, & concuſſione, deteſtabile eſt, & ęquiparari poteſt crimini latrocinij, plagij, & ſacrilegij, imò ipſis maius. Ergò cum adæquatorum ſit eadem di-
5 ſpoſitio, ſequitur, quod Præſides poſſunt de huiuſmodi delictis cognoſcere, quem tex. ſequuti ſunt Campag. ad Cap. Regni hac ædictali n. 12. & 13 & Leonard. in pract. offic. tit. de Iuſt. cap. 3. n. 17. ſequitur Capoblanc. in nou. impreſſ. de auth. Baron. tom. 1. prag. 8. par 2. n. 67. vbi ex Carauit. Rit. 53. & ex Viu. deciſ 401. affert, quòd quilibet Præſes in ſua
6 Prouincia eſt Iudex ordinarius cumulatiuè cum magiſtro Iuſtitiario, licet non habeat omnes illas pręrogatiuas, quibus ipſe magiſter Iuſtitiarius eſt munitus, ſecundò per tex. in §. volumus Authen. vt Iudic. ſine quoquo ſuffrag. fiant, verſ. ſi autem ipſi, in quo poteſtas de cognoſcendis Officialibus delinquentibus conceditur in his verbis: Si autem ipſi aliquos inuenerint propter dignitatis, & ſinguli ſupercilium, noſtris collatoribus violentias irrogantes, licentiam eis damus, etiā examinare violentias, & reos inuenctos priuare cingulo, & noſtrum ordinē in Prouincijs adimplere; in quo tex. ipſius gloſa in verb. aliquos exponit, ideſt Iudices, vel alios habentes dignitatem aliquam, & in verb. examinare, exponit, quòd Magiſtratus minores durante officio conueniuntur ergo ad Præſidem Prouincialem Officialiū delinquentium cognitio ſpectat, & eadem facultas tribuitur per Iur. Conſult. in §. quod autem Primitus tit. eodem. vt Iud. ſine quoque ſuffrag. Immò Reg. Moles in deciſ. Reg. Cam. Sum. quas ad pennam habeo in tit. de orig. Cam. Summariæ verſ. item cum magnus fol. mihi 447. ex priuilegio Regis Caroli Primi, in anno 1269
7 aſſimilat Iuſtitiariū Præſidi Prouinciæ, & eos æquales facit circa punitionem Officialium delinquentium priuatiuè ad Barones.
8 Tertiò, ſi Officiales Præſidi ſuæ Prouincię non obedirent, & Pręſides hanc inobedientiam non aduerterent, nedum cōtemptus, & impunitas delictorū oriretur;

verùm

verùm etiam materia delinquendi præberetur, contra Regulas Iuris, qui enim Officialis Regij præceptis non obedientiam præ-
9 ſtat, punitur, ac ſi ipſi Regi non præſtaſſet, Foller. ad Conſtitut. Regni poſt Mundi machinam
10 n. 51. Quartò, Præſides Prouinciarum poſſunt facere ex Iure ſibi ſupra conceſſo omne id, quòd poſſunt Officiales Præminẽtes facere, & ſignanter cognoſcere de omnibus, de quibus M. C. cognoſcit, Foller. ad Conſt. Regni de Burgenſat. n. 4. at ſi M. C. V. de Officialium exceſſibus cognoſcit. Ergò, & Præſides. Quintò, ex Præeminentia huius Regiæ Au-
11 dientiæ tributa, virtute ordinis Regij Collateralis, vt infra dicã, rationibus inferius dicendis. Ergò omni Iure poteſt hæc R. A. de huiuſmodi delictis cognoſcere. Non obſtant in contrarium adducta: & primò non obſtat primum, quia hæc non dicitur Præeminentia per Ritum conceſſa, ſed potius Regia vſurpatio, Ro-
12 land. conſ. 12. num. 46. vol. 3. Gramat. conſ. crim. 64. n. 3. & poſt iſtos omnes Maſtrill. deciſ. Sicil. 191. n. 8. quæ non operatur, niſi in caſibus poſitis per cap. Regni, de quibus per Gram. ibid. num. ſeq. inter quos, cum non ſit caſus noſter, non poteſt operari, vt Præeminentia dicatur, & quatenus diceretur, ex ſpeciali Priuilegio, vt infra conceſſo, facultas iſta huic Regiæ Audientiæ fuit impartita. Non obſtat ſecundum, quia Præeminentia iſta ex Conſt. Regni magiſter Iuſtitiarius eſt correcta, vt dicit Afflict.
13 ad dictam Conſtitutionem n. 1. Hæc enim Præeminentia intelligi debet de exceſſibus ſuorũ Officialiũ, vt ſcribit Foller. ad dictã cõſt. n. 33. Ergo ex Iuris diſpoſitione concludendum erit, benè hàc R. A. de exceſſibus Official. cognoſcere, & ad id comprobãdũ, aduertatur quæſo, Carauit. erraſſe Rit 49. n. 1. vbi dicit, eſſe quintã Præeminentiã, Frecc. verò de ſubfeud. lib. 1. tit. de Offic. mag. Iuſtit. n. 40. dicit eſſe ſextã Præem. quę antiquitus fuit data. Dubitatum verò fuit in hoc noſtro Regio, & Colleggiato Tribunali,
14 vtrum per diſpoſitionem iſtius Ritus cẽſeatur abdicata poteſtas Pręſidibus Prouinciarũ, quibus, vt prædixi, hæc facultas impartita fuit. Dicebant aliqui, per hunc Ritum fuiſſe abdicatam, immò addebant in Rit. aliud verbum, quòd Ritus prædictus non dixit videlicet [ſola] & dicebant de delictis Officialium ſola M. C. Ego dicebam hoc verbum [ſola] nõ eſſe in Rit. vt dicit de Franch. deciſ. 407. in princ. ſed tantùm
15 dictionem (non aliter) quæ actũ conditionalem facit: Lanar. conſ. 42. n. 4. & 5. & proindè, cum Ritus non tollat id, quod de iure, & Regni Conſtitutione eſt Præſidibus cõceſſum, ſequitur, quòd Præſides Prouinciarum poſſint

hoc

hoc cognoſcere. Replicabant
hanc eſſe vnam ex Præeminen-
tijs M. C. V. quæ eſt quinta Prçe
minentia, vt Carau. aduertit cit.
Rit. 49. in princ. Ego tuebar au-
ctoritate Foller. in Conſt. mag.
Iuſtitiarius à n. 36. ad 40. Ritum
prædictum debere intelligi, quan
do Officiales delinquunt in iure,
Officium exercendo; & ponde-
16 rabam verba ipſius Ritus, vide-
licet cognoſcat de Officialiũ ex-
ceſſibus aliorum delinquentium
in eorum Officijs, ea exercendo,
& non aliter, & intellectus ille
verus eſt, & ſic debet intelligi
poſſe M. C. cognoſcere de deli-
ctis, & de Officialibus delinquen
tibus in Officio; nec alia debet
dari interpretatio ad verba Ri-
tus, dum dicit ea exercendo, &
non aliter. Ergo debet intelligi
de delinquentibus in iure dicen-
do, & ſic Officium exercendo, &
non aliter, vt dicit de Franch. de-
17 ciſ. 326. n. 4. Item addebam co-
gnitionem iſtam procedere, ne-
dùm in Officialibus delinquen-
tibus in Iure, & ſic Officium exer
cendo, vt ſupra dictum eſt, verùm
etiam hoc tantùm procedere in
Officialibus Regijs per illa ver-
ba [Ritus Officialium aliorum]
nam dictio [alia] eſt repetiua ſi-
18 milium. Ergò tantùm Ritus pro-
cedit in officialibus Regijs, & de-
linquentibus in eorum officijs,
ea exercendo; & Ritus eſt intel-
ligendus, vt minus lædat Ius com
19 mune, de Franch. deciſ. 407. n. 5.

Remanet igitur Præſidibus Pro-
uinciarũ, poteſtas cognoſcẽdi de
delictis prædictis, vt ſupra dixi;
tamen quidquid ſuperius dictum
ſit, verum illud vulgatum, quòd
M.C.V. cognoſcit de delictis Of
ficialium, tàm Regiorum, quàm
Baronalium, vt dicit Apont de
poteſt. Proreg. tit. de elect. Of-
ficial. in ſumm. n. 3. tàm actiuè,
quam paſſiuè, de Franch. deciſ.
274. Sed dubium ſtat in eo; an
20 poteſtas huiuſmodi ſit huic no-
ſtrę Regiæ Audientię communi-
cata. Secundò, & caſu, quo com-
municata eſſet, de quibus Offi-
cialibus intelligatur, de Barona-
libus tantùm, an de Baronalibus,
& Regijs. Tertiò, an actiuè, & paſ-
ſiuè intelligatur. Quò ad ſecundũ
21 non dubito intelligi debere de
Baronalibus tantùm. Quo ad ter-
tium, non inſudabo intelligi de-
bere actiuè, & paſſiuè. Quò ad
primũ reperio fuiſſe pluries hoc
dubitatũ, & fuiſſe Illuſtriſſimum
Regni Proregem Conſultum, per
quem, & eius Regium Collatera-
le Conſiliũ fuerunt relaxatæ pro-
uiſiones, quarum tenorem pla-
cuit hic inſerere, ne veritas oc-
cultetur, v3. Philippus Dei gra-
tia Rex, & c. Magnifici Viri, & c.
*Hauemo riceuuto la voſtra delli 3. del
preſente, dalla quale hauemo inteſo, che
molti Capitanij di Baroni di queſta à
voi decretata Prouincia fidandoſi, che
queſſa Audienza non può riconoſcere
delli ecceſſi, e delitti loro, mà ſolo la gran
Corte della Vicaria, non vi danno, e
preſtano*

preſtano quell'obedienza, che ſi deue, & è neceſſaria per il Regio ſeruitio; poiche ancor che queſta predetta Regia Audienza contra d'eſſi ponga le mani, con portarne prouiſioni della detta Gran Corte, che non ſiano moleſtati, e che vadano l'Atti in eſſa, ne vengono à leuare le dette cauſe. Per il che ſupplicati, fuſſemo reſtati ſeruiti ordinare à detta Gran Corte, che non s'impediſca nel procedere delle dette cauſe; in riſpoſta della quale vi dicemo, che già hauemo ordinato alla detta Gran Corte della Vicaria, che laſci conoſcere à queſta predetta Regia Audienza delli delitti delli predetti Capitanij delli Baroni senza leuarui dette cauſe, ſe non in caſo d'agrauio: & v'ordinamo che occorrendoui di conoſcere delle cauſe predette debbiate in eſſe procedere, come conuiene, e con li termini, che di giuſtitia ſi ricercano. Dat. Neapoli die vltimo menſis Februarij 1590. El Conde de Miranda. Vidit Moles Regens. Vidit Ribera Regens. Torres pro Secret. In Cur. 1. Principatus Vltra fol. 45. Regiſtrata, &c. All'Audienza de Principato Vltra, che V. E. hà ordinato alla Vicaria, che li laſci conoſcere de' delitti di Capitanij di Baroni, ſenza leuarli le cauſe, ſe non in caſo d'agrauio &c. Al Signor Regente della Vicaria. *Illuſtriſsimo Signore. S. E. hà viſto vna lettera dell'Audienza di Principato Vltra, della quale con la preſente ſe n'inuia copia: e m'hà ordinato che ſcriua a V. S. il preſente viglietto, dicendo, che V. S. dia ordine à queſta Gran Corte, che laſci conoſcere à detta Audienza delli delitti de' Capitanij di Baroni senza leuarli le cauſe, ſe non in caſo d'agrauio: l'auiſo à V. S. acciò così lo poſſa far eſequire, in conformità dell'ordine dell'E. S. Da Palazzo a' 16. Febraro 1590. Torres.*

Vigore cuius ſemper fuit in hac facultate cognoſcendi, & cognouit puniendo, & liberando (prout caſus expoſtulauit) Officiales delinquẽtes, vt dicit Tapia in Cõſt. Regni magiſter Iuſtitiarius n. 8. [quẽ ſequitur Mele ad Gizzarell. deciſ. 24. n. 53.] Inde ex ortę ſunt aliquæ dubitationes debere hoc intelligi, quando Officiales contrauenirent Prouiſionibus, & decretis huius Regiæ Audientiæ; fuit Illuſtriſſimus Pro Rex conſultus, à quo fuit reſolutum per infraſcriptũ reſponsũ, v3 Philippus Dei gratia Rex, &c. Magnif. Viri, &c. *Hauemo riceuuto vna voſtra delli 3. del paſſato in riſpoſta d'vna noſtra delli 13. di Gennaro, con la quale ci auiſate, che ſubito hauete dato ordine, che il Commiſſario inuiato per queſta Regia Audienza nella Città di Sant'Angelo ſe ne ritorni: e ci inuiate l'originale informatione preſa per ordine di queſta Regia Audienza, tanto contra il Capitanio, quanto contra l'Affittatori di detta Città, intorno alla fuga di due carcerati, nominati Piero Giliberto, e Filippo Milano, preſi dalli voſtri Soldati, conforme all'ordine noſtro; e che ſe bene delli delitti dell'Officiali ne conoſce ſolo la Gran Corte della Vicaria come ſcriuete, che queſta Regia Audienza, per ordine delli noſtri Illuſtriſsimi predeceſſori Vicerè hà*

molti

molti anni, che ſtà in poſſeſsione di riconoſcerli, e caſtigarli, come dalla copia del detto ordine, che ci hauete inuiato, hauemo riconoſciuto, con tutto lo de più, che con la detta voſtra ci ſignificate: alla quale riſpondendo, vi dicemo, che hauete fatto bene farne ritornare da detto Sant'Angelo detto Commiſſario, & à riſpetto della cauſa della fuga di detti due carcerati, che ne ſtanno inquiſiti il Capitano, & Affittatori di detto Sant'Angelo, vi ordinamo, che debbiate procedere con li termini, che di giuſtitia ſi ricercano, già che tenete la poteſtà di procedere contra li Officiali, che offendeno la Iuriſdittione di queſſa predetta R.A. & in quanto all'informatione, che dite hauerci inuiata, vi dicemo, che nõ l'hauemo riceuuta. Dat. Neap. die 17. Mar. ij 1604. El Conde de Benauenta. Vidit do Ponte Regens. Vidit Conſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Salazar Secretarius. In Curia Principatus Vltra fol. 45.

Et ſic ab eo tẽpore infrà ſemper hæc R. A. cognouit de delictis Officialiũ, tam actiuè, quàm paſſiuè, vt dicit de Franch. deciſ. 274. n. 4. Capobl. de auct. Baron. prag. 5 n. 70. & virtute, nedũ per me ſuperius allegatorũ, verùm etiam virtute ſupradictorũ ordinum E. S. eiuſq; Collateralis Cõſilij, etiã in cõtradictorio iudicio relaxatorũ, & ſẽper R. A. iſta fuit in poſſeſſione hac cognoſcendi de huiuſmodi delictis: & ſic ſemper fuit practicatũ, vt teſtatur Reg. Tap. ad Conſt. Regni mag. Iuſt. n. 8. & 9. Et adeò verum eſt, quod vt in nonnullis cauſis, Officialium fuerint pro parte inquiſitorũ Officialium relaxatę prouiſiones ab eadem M. C. continentes, ne inquiſiti moleſtentur, ſtante quòd de delictis Officialium M. C. cognoſcit, nunquam fuerunt obſeruatę, ſed in dorſo ipſarum fuit reſponſum, & replicatũ hanc R. A. ſẽper fuiſſe, & eſſe in iſta poſſeſſione; qua replicatione viſa per DD. Iudices M. C. non aliter fuit aliud mandatũ: ſed M. C. ſiluit, tacuit, & permiſit hoc Trubunal in eadem poſſeſſione manuteneri.

Et cum iterum fuiſſet dubitatum in cauſa homicidij Io. Iacobi de Rentio Terræ Paroliſij, de quo fuit inquiſitus Andreas Pellegrino, qui occidit dictum Io. Iacobum Locumtenentem dictæ Terræ intuitu, & exercitio ſuæ Iuriſdictioniſ, & prætendendo non poſſe ab hac Regia Audientia cognoſci, obtinuit prouiſiones à M. C. V. etiam cum memoriali Domino Proregi porrecto, pro tranſmiſſione actorũ, quibus fuit per hanc R. A. replicatum de poſſeſſione, in qua ſtat cognoſcendi, & ad E. S. eiuſq; Collaterale ſcribendum cenſuit, à quo reſponſum ſequentis tenoris habuit, v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Magnifici Viri, &c. *Hauemo viſto la voſtra delli 14. del preſente. per la quale ci auiſate, che ſtando procedendo contra Andrea Pellegrino carcerato nelle carceri di queſta Regia Audienza, vno dell'inquiſiti dell'homicidio di Gio.*

Gio. Giacomo di Renzo, Luogotenente nella Terra di Paroliſi intuitu Officij, vi è ſtata preſentata prouiſione ſpedita dalla Gran Corte della Vicaria, continente, che ſtante, che ſi tratta di delitto commeſſo in perſona d'Officiali, de' quali ſolo la Gran Corte può conoſcere, ſe traſmettano l'Atti, e'l Carcerato in queſta Gran Corte, e queſſa Regia Audienza non s'intrometteſſe più à detta cauſa, con tutto lo de più, che con detta voſtra ci andate ſignificando; in riſpoſta della quale vi dicemo, & ordinamo, che in eſſa debbiate procedere tanto contra detto Andrea Pellegrino, quanto contra altri, che fuſſero inquiſiti in detto homicidio à quanto ſarà di giuſtitia: che già anco hauemo ordinato à detta Gran Corte, che non vi impediſca il procedere in detta cauſa. Dat Neap. die 30. Aprilis 1616. El Conde de Lemos. Vidit Conſtantius Regens. Vidit Moltaluo Regens. Vidit Lopez pro Regens. Salazar Secret. In partium 90. fol. 80. Riſpoſta alla Regia Audienza di Principato Vltra, che contra il ſudetto Angelo Andrea Pellegrino, & altri inquiſiti dell'homicidio in perſona del Luogotenente della Terra di Paroliſi, proceda à quanto è di giuſtitia: e dice anco, che hà ordinato V. E. alla Vicaria, che non impediſca il procedere in detta cauſa, vt ſupra. Et ſequitur ordo factus M.C. v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Illuſt. & Magnifici Viri, &c. *Dalla Regia Audienza di Principato Vltra ci è ſtato ſcritto, & auiſato, che ſtando eſſa R. A. procedendo contra Andrea Pellegrino carcerato in quelle carceri, vno dell'inquiſiti nell'homidio in perſona di Gio. Giacomo di Renzo Luogotenente della Terra di Paroliſi intuitu Officij, vi è ſtata preſentata prouiſione ſpedita da queſſa Gran Corte, continente. ſtante, che ſi tratta di delitto commeſſo in perſona d'Officiali, de' quali ſolo queſta Gran Corte può conoſcere, ſi traſmetteſſero in eſſa l'atti, vna con il carcerato; e che detta R. A. non ſe intrometteſſe più in detta cauſa: il che da noi inteſo, ci è parſo faruì la preſenre, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che non debbiate impedire la detta R. A. nel procedere in detta cauſa, atteſo già l'hauemo riſpoſto, & ordinato, che contra detto Andrea, & eltri, che fuſſero inquiſiti in detto homicidio, proceda à quanto ſarà di giuſtitia, e così eſequirete, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli die 30. menſis Aprilis 1616. El Conde de Lemos. Vidit Conſtantius Regens. Vidit Lopez pro Regens. Vidit Montaluus Regens. Salazar Sacret. Manduco. Locus ſigilli. Soluit tarenos duos. In par. 90. fol. 79. Alla Vicaria, che non impediſca la Regia Audienza di Principato Vltra nel procedere ſopra la detta cauſa contra Andrea Pellegrino carcerato nelle carceri di detta R. A. vno dell'inquiſiti nell'homicidio in perſona del Luogotenente della Terra di Paroliſi, atteſo già V. E. hà riſpoſto, & ordinato à detta R. A. che contra detto Andrea, & altri, che fuſſero inquiſiti in detto homicidio, proceda à quanto ſarà di giuſtitia, vt ſupra, &c. Sanſonus, &c.*

Quibus ſtantibus, ſemper hoc fuit in viridi obſeruantia, & ſemper

fuit

fuit hæc noſtra R. A. in facultate, auctoritate, & poſſeſſione cognoſcēdi de delictis Officialium, tàm actiuè, quàm paſſiuè, & abſq; ſcrupulo hoc procedit. Ita quod ſi occurrit inquiſitos obtinere aliquas prouiſiones M.C.V. continentes, quod ſtante, quod de delictis Officialium ſola M.C. cognoſcit, & proinde tranſmittantur acta. Fuit replicatum hic per R. A. & oppoſitum de iſta poſſeſſione: non aliter M.C. proceſſit vlterius; & nimirum ſi indubitanter hoc dicit Capoblanc. de auth. Baron. prag. 5. n. 70. & ſeq. concordando cum Tap. ſup. citat. ſecus pro contractibus domi initis, vel delictis extra Curiã commiſſis, Apont. de poteſt. Prb
22 Reg. lit. de aſſenſ. Reg. §.7.n.6. & adeò hoc eſt verum, quod tempore, quo fuit Auditor huius R. A. Alexander de Stefanellis de
23 de Serino, integerrimus, officioſiſſimus, & litteratus, cui inuida Fortuna non fauit, dum, durante Officio prædicto, cũ ad futuram gloriam Dominus vocauit, qua fruatur propter ſuam virtutem, bonitatem, & merita. Et Vniuerſitas Sereni habebat litem cum Vniuerſitate Montellæ, & pendebat hic quæſtio criminalis contra nonnullos Terræ Montellæ Ciues inquiſitos de violentia, & interceptione animalium dicti Alexandri, & in proceſſu inquirebatur etiam Officialis dicti Baronis. Baro Regium Collaterale adiens, conqueſtus fuit de modo procedendi, & dicebat ipſam R. A. non poſſe de huiuſmodi delictis cognoſcere, ſed tãtùm M. C. V. ex Præeminentia ipſius, tantò fortius, quia in hoc Tribunali aderat dictus Alexander, qui ſuſpectus ipſo facto reddebatur duobus ex capitibus. Primò, quia de eius intereſſe agebatur, cũ animalia intercepta, eſſent ſua propria, & cum fuiſſent ab illis de Montella occiſa, & certabant de eorum pretio, & ſolutione; ſequebatur, quod in cauſa propria iu-
24 dicabat, & nemo poteſt in cauſa propria ſibi Ius dicere, l. 1. C. ne
25 quis in ſua cauſ. iudic. Iniquum enim eſt dare cui licentiam ſententiare in cauſa propria. Secundò, quia erat Ciuis Terræ Sereni, de cuius intereſſe ſimiliter tractabant, cum nemus, de quo agebatur, prętendebant illi de Montella eſſe proprium eorum Vniuerſitatis, & illi de Sereno, è contra prætendebant eſſe Vniuerſitatis Sereni. Et proindè, cum intereſſe ſpectabat ad Alexãdrum,
26 vti ſingulum, non poterat interuenire ex adductis per D. de Franch. deciſ. 2. & proindè quęrebat pęnes Regium Collaterale, vt ſuæ indennitati prouideretur, mandando R. A. ne in cauſa prædicta procedat, & acta traſmittat ad M. C. V. quæ ſoli cognoſcit de delictis Officialium, fuit negotium ventilatum in Collaterale, & commiſſum Domino

Regenti Valenzuela, qui intendebat prouidere, ne R. A. ſe intromitteret. Denique negotio amplexo per D. Franciſcum Antonium Dauid Regij Fiſci Procuratorem, ab omnibus approbatū, & laudatum; fuit per omnes Dominos ad Regium Collaterale, & D. Valenzuela eius Regentē reſcriptum de omnibus ſupranarratis, & repræſentatum, ac informatum etiam per inſpectionem prçinſertarum litterarum, & prouiſionum, ac decretorū deſuper interpoſitorum, ſemper hanc R. A. ſtetiſſe, & adhuc ſtare in hac poſſeſſione, quibus viſis per D. Regentem, & Aduocato ipſius Tribunalis audito, noluit amplius ſuper hoc prouidere, quod videns Baro, noluit amplius perfidiam proſequi: vnde remanſit hęc R. A. prout per prius erat in poſſeſſione cognoſcēdi de huiuſmodi delictis, de quibus, & in quibus nunquam fuit impedita. Immò D. Dauid dedit mihi alias allegationes ſuper hoc factas, & in proceſſu præſentatas in Collaterali per Magnificum Aduocatum huius Tribunalis; quarum tenorem placuit hic inſerere. Contendit Fiſcus M. C. V. poſſe eius Tribunal inhibere R.A. Prouinciæ Principatus Vltra, dum cognoſcit de delictis Officialium Baronalium dictæ Prouinciæ, vigore Ritus M.C. quibus in Pręeminentiam dicti Tribunalis conceditur cognitio de delictis Officialium, vt in Rit. 49. 51. & 61. ſecundum ordinem Carauit. & in Conſt. Regni magiſter Iuſtitiarius. Sed, quòd omninò libera debeat eſſe cognitio Præſidi, & Auditoribus Prouincialibus contrà Officiales prędictos, breuibus concluditur, cùm res apud Eminentiſſimos Proceres iudicanda veniat.

Cognoſcentes prudentiſſimi Legūlatores, purgādas fore Prouincias omnibus criminibus, ibi ſtatuerunt Prędides, quorum eſſet cura,
27 omnia crimina purgare, puniendo quoſuis culpabiles, ff. de offic. Præſid. l. congruit; quod maiori vigilantia animaduertens, Imperatot Iuſtinianus ampliauit etiam cōtra perſonas in dignitate conſtitutas, vt contra eas in cri-
28 minalibus cauſis procedant Prędides Prouinciarum, §. volumus, Authen. vt Iudic. ſine quoquo ſuff. fiant, vbi Ang. & ante eum Bartol. id aduertit, notando etiā
29 contra habentes officia procedere diſpoſitionem illius cōſtitutionis, & Clarus in §. cum autem primitus in ead Rubr., & ne anſa, ſuper hac prærogatiua conceſſa Præſidibus Prouinciarum, remaneret, generalem legem promulgauit, vt omnes obediant Præſidibus Prouinciarum, derogando quibuſuis Priuilegijs, etiam per Pragmaticas, ſanctiones Prouincialibus conceſſis, vt in §. 1. & §. ſic igitur à nobis ſingulis eodem titulo, vt omnes obediant

Præſi-

Præſidibus Prouinciarum : ſed,
& id reperitur ordinatum per
Proreges cum Conſilio Collate-
ralis, vt ex prouiſionibus de anno
1590. tēpore D. Comitis de Mi-
randa de anno 1604. tempore D.
Comitis Venauente, & de anno
1616. tempore D. Comitis de Le
mos, quibus prouiſionibus adiū-
gitur, vt, dum occurrerit caſus
cognoſcendi de criminibus, per
Officiales in Prouincia patratis,
procedat Tribunal R. A. vti ha-
bens poteſtatem cognoſcendi,
& quòd M. C. cognitionem præ-
dictam non impediat; quæ proui-
ſiones, vel dictis Iudicibus Pro-
uincialibus, cognitionē per leges
conceſsā cōfirmant, vel illam de
nouo cōcedunt. c. inter dilectos
§. cæterum de fid. inſtrum. melior
tex. in c. in his, de Priuileg. vbi
gloſ. vltima multas allegat Leges,
& Canones concordantes, & tex.
in cap. Abbate S. Siluani, verſ. ſi
verò verbum de verbor. ſignif.
Franc. d'Aret. conſ. penult. verſ.
ſed huic poteſt reſponderi, Gra-
mat. deciſ. 59. n. 39. & 40. Adeò,
quod huiuſmodi litterarum Re-
giarum auctoritate, ſine contra-
dictione de omnibus criminibus
30 Officialiū poſſe Regias Audien-
tias cognoſcere, & præſertim R.
A. Principatus Vltra, ex Regni
peritis; docuerunt Regens Tapia
ſuper conſt. Magiſter Iuſtitiarius,
Capobl. prag. 5. de Baron. n. 70.
& Petr. ad dec. Gram. 40. n 16. qui
dicunt, ferè omnes prærogatiuas
31 M.C.V. eſſe communicatas Re-
gijs Audientijs. Adſunt etiā acta,
& decreta, tàm abſolutoria, quàm
condēnatoria dictorū Officialiū
de quouis crimine inquiſitorum,
quæ conſtituerunt dictam R. A.
in quaſi poſſeſſione cognoſcēdi
generaliter contra dictos Officia-
les, vt notabiliter docet Innoc. in
c. cū dilectus de Cappel. Monac.
vbi per vnum actum, & cum vna
32 perſona, queri Iuriſdictionis poſ-
ſeſſionem, cum omnibus, & pro
omnibus articulis; data ſcientia
eius, qui prius habebat talem iu-
riſdictionem, vt Proregis, & Col-
lateralis Conſilij, Bartol. in l. 1. §.
ſi quis hoc interdicto ff. de itiner.
act. priuat. Marcell. de Maur. poſt
33 alios allegat. 61. Et ex huiuſmodi
actibus eſt etiam extenſum priui-
legium, etiam ſi verba Priuilegij,
non ita ampla eſſent, c. cum di-
lectus, de conſuet. Paul. de Caſtr.
conſ. 314. incip. ſuper eo ſub n. 7.
& in conſ. 347. n. 4. lib. 1. vbi per
34 curſum decemnij fieri validam
poſſeſſionē ex actibus ſubſequu-
tis, & remanere interpretatā vo-
luntatē concedentis affirmat, &
plures Doctrinas coaceruat, La-
nar. conſ. 33. n. 3. & 4. & diffusè
Socc. conſ. 145. circa primū con-
ſultationis articulum, verſ. pri-
mum fundamentū vſque ad verſ.
tertium fundamentum lib. 1. vbi
docet induci conſuetudinem ex
35 huiuſmodi obſeruantia; eamq;
ſeruandam, etiam ſi contra, vel
præter verba Priuilegij proceſ-
ſiſſent,

ſiſſent,allegando etiã doctrinam Abb. per illum tex. in cap. cum
36 dilectus de conſuet.& huiuſmodi conſuetudo interpretatiua nõ requirit præſcriptionem, ſed ad illam indicendam ſufficiunt tantummodo actus, vt auct. Nicolai de Maturell.in l. de quibus,ff. de
37 legib. & Ant. de Butr. cap. fin. de conſuet. fundat Marcell. de Maur in alleg. 50. pro Ducæ Florentiæ. Immò per vnum actum,
38 quando correſpondet,quaſi poſſeſſio officio,quod quis habet,vt in caſu noſtro, vt auct. Bald. & aliorum fundat idem de Maur. alleg.45. in princ. Et ſi huiuſmodi actus non ſufficerent in petitorio, prout ſufficientiſſimi ſunt
39 in poſſeſſorio, dubitari non poteſt, quod obtinere debet R. A. nihil enim innouandum eſt lite
40 pendente, vt lit. pendent. [Baldaxar de Angel. ad l. vnic.C.de alienat. Iudic. num. fin. me hic allegat.] & vnicus actus ſufficit
41 ad conſtituendum in quaſi poſſeſſione, Andr. in cap. 1. §. mulier, ſi in attenditij, de capitulis Arradi, Innoc, dicto cap. cum dilectus de Capp. Monac. ita vt lite pendente, amoueri non poſſit,gloſ. in cap. cum Eccleſia Sutrina, in verb. trium Epiſcoporũ. de cauſſ. poſſeſſ. & propriet. vbi etiam Abb. n. 12. reſpectu actus,qui non ſolent fieri propter amicitiam, ſed propter ius, quod quis habet plura, congerit Ann. alleg. 48. ferè per totam.Et omittendo generalia pro reſponſione
42 ad dictos Ritus aduertitur, nullo modo Ritus prædictos tollere cognitionem contrà Officiales Pręſidi Prouinciæ.Nam nõ adeſt aliquod verbum, quòd det Iuriſdictionem M. C. priuatiuè, ſed tantùm dicitur, quod ipſa M. C. cognoſcat de exceſſibus Officialium; & ſic intelligitur non pri-
43 uatiuè,ſed cumulatiuè; cũ enim odio criminoſorum data ſit poteſtas Præſidi Prouinciarum cognoſcendi contrà Prouinciales, etiam in dignitate conſtitutos, vel fauore publico,vt delicta puniãtur,l. vulneratus, ff. ad l.aquiliam,Bart. in l. litibus,C. de agricol. & cenſit lib. 11. ſanè per nouam conceſſionem factam M. C.de cognitione Officialium,nõ intelligitur adempta Iuriſdictio
44 Prouinciali Audientiæ: ſed cumulatiuè.Ita in proprijs terminis determinat Angel. in l. teſtamẽta, C. de teſtam. Franc. de Aret. qui facit magnum feſtum de dicta Angeli doctrina in conſ. 102. ſpectabilis Domine ferè per totum,Roman. conſ 393. qui plura Iura ad hoc firmandum citat, & alij, quos longa ſerie recenſet Felin. in cap. Paſtoralis,ſub n. 2. de Offic.ord. de quo fuit memor Ann. ſing.631. vbi cumulat Cõſiliarius eius filius. Immò plus, nunquam fuit præiudicium Iuriſdictioni Superioris, ſi eius in-
45 ferior cognoſcere poſſit de eodẽ crimine; quia reſeruatur poſtea cogni-

cognitio ipſi Superiori, ita tex. in l. tam collatores, §. vltimo, C. de re milit. lib. 12. de quo fuit memor Lud. Roman. notans illum pro ſingulari, dicto conſ. 393. & ſic malè perpendit (pace ſua) Carauit. diſpoſitionem Rituũ prędictorũ, dum voluit eſſe ademptã Iuriſdictionem Præſidibus Prouinciarum, vt in Ritu 49. quaſi,
46 quòd conceſſa Iuriſdictione incertum genus perſonarum, intelligatur priuatiuè. Nam contradicit Angelo, Franciſco de Aretio, Ludouico Romano, Felino, & omnibus Iuribus per ipſos citatis, vt loquuntur citati DD. auctore Angelo, quando conceditur Iuriſdictio in certum genus perſonarum, & proinde benè eũ reprehendit in proprijs terminis Foller. in d. Rit. 49. & in Conſt. Regni magiſter Iuſtitiarius, præcipuè n. 37. 38. & 39. & de eo meminit Præſid. de Franc. decis. 407. Et benè procedunt prouiſiones Regiæ, dum dicunt Regiæ Audientiæ, quòd procedat cõtra Officiales, quia procedere poteſt. Et tamen ſi Ritus obſtarent, & Conſtitutiones Regni, ita vt in Præeminentiam ſoli M.C. eſſet conceſſa cognitio contrà Officiales, eſſet tamen poſtea communicata dicta Iuriſdictio Regiæ Audientiæ, prout ſimiles Iu-
47 riſdictiones communicatæ ſunt, v3. Procedendi ex proceſſu informatiuo, & ſuper liquidatione Inſtrumentorum, erat conceſſa ſoli M.C. vt in Rit. 54. & tamen eſt communicata, etiam Curijs
48 Baronum ex Priuilegijs Baronibus cõceſſis, vt per Marin. Frecc. de ſubfeud. in tit. de Offic. mag. Iuſtit. n. 40. Carauit. dicto Rit. 54. Item cognitio ſummaria vigore capitulorum Regni, omnis
49 Prælatio, finis præcepti Charitas, ad Regale faſtigium, contra ſpoliantes, vel turbantes, licet per illa capitula ſit data M.C. diriguntur enim illa Capitula magiſtro Iuſtitiario, nihilominus fuit ex-
50 tenſa etiam ad Regias Audientias, vt per D. Præſid. de Franch. decis 163. n. 19. citando ad hoc etiam auctoritatem Capicij, & ſic etiam communicata dicta cognitio contra Officiales, vt teſtatur Tap. Petr. & Capobl. & ſi ita non iudicaretur, miſeri ſubditi opprimi magis atq; magis in dies cernerentur. Conſiſi enim dicti Officiales, quòd tãntùm ad M. C. poſſent ſubditi recurrere, eos excoriarent, & lacerarẽt, quod nũc timore R. A. ad quã comodiùs, & facilè grauati recurrere poſsũt, & metu pœnarum non audent, l. aut facta, ff. de pen.

Poſt quas præſentatas, dixit D. Dauid, non aliter fuiſſe progreſſum; quãdo verò Regius Conſiliarius Carauit. & Regij Fiſci M. Ç. V. Patronus Octauius Piccolella, pro quodam acceſſu, hùc acceſſerunt, mecum de hoc ad ſummũ locuti ſunt, & ego auctoritatibus prædictis fulcitus, reſpondebam hanc

hanc R. A. omninò debere de huiuſmodi delictis Officialium cognoſcere, reſpondit D. de Pic-
51 colellis, debere hanc cognitionē intelligi procedere in delictis Officialium Curialium, aliorumq; ſeruientiū ipſius R. A. ex Apont. deciſ. 36. n. 5. Iterum ego reſpondi, ſuam Dominationē nullo modo poſſe hanc limitationē defendere, nec manutenere. Nā deciſ. D. de Apont, procedit in caſibus de Iure, & in quibus non eſt Priuilegium: ſed in caſu noſtro adeſt Præeminentia conceſſa per literas ſupra inſertas, quæ generaliter loquuntur. Ergò generaliter debet intelligi, vulgatis Iuribus: ſed ad aliud diſcurſum tranſcendit. Nempè, ſi hoc Sancti Leonardi Mōtis Virginis Monaſterium, ſiuè Monachorū dormitorium ſit ſacrum; ita vt ad il-
52 lud confugientes Immunitate Eccleſiastica gaudeant, vel ne de quo [Mar. Ital. de Immunit. lib. 1. cap. 4. 5. & 6. n. 9.] Qui Domini in acceſſu facto ad hāc Terram ad inſtantiam Hectoris Daniele, in qua Franciſcus Daniele, huius Prouinciæ Auditor; reſidebat domi ipſius Auditoris hoſpitati ſunt, licet ipſo Auditore abſente, & Neapoli exiſtente, de ambulantes altercabantur ad inuicem, an licita eſſet reſidentia in domo Auditoris ad cuius, & eius Fratris iſtantiam fuit factus acceſſus, dicebat D. Carauit. non licere, proindè velle in Monaſterio Conuentualium, hic exiſtente permanere.
53 Replicabat D. Piccolellis, poſſe, & licere, nam mora erat per horam, & ſic modica. Ego reſpondi, liberè poſſe ad domum Danielis accedere, ibiq; morari, tum, quia non aderat Auditor, tum etiam, quia moram per horam erat, vt D. Piccolellis referebat, & ſic acceſſerunt; indè domi hunc diſcurſum meum cum proſequerētur, dicebat D. Carauit. nō æquo animo, ſed ab eodem D. Piccolellis ductum acceſſiſſe ad domū prædictam. Ego replicabam, tunc nō eſſe licitum, & ſuſpitionem dari poſſe, quādò pars, ad cuius inſtantiam ſit acceſſus, nedū in eadem domo hoſpitatur, in qua Officialis fuit hoſpitatus, verum etiam, quando ſedet in eadem menſa
54 cum Cōmiſſario cauſæ, ex prag. 64. de Offic. Sac. Reg. Conſ. & ibi Rouit num. 2. & iterum in pragm. 1. de ſuſpition. num. 60. [Et nouę de Marinis reſolut. quotid. reſolut. 190. num. 13. & 14. In Francia prohibetur Officialibus prandia ſumere, aut cenam cum Clientibus, cū Procuratoribus, & Aduocatis litigantium, quando conuiuium ſit partium expenſis, Rendel. de Vin. fol. 91. col. 1.] quod cum in caſu noſtro abſit, non conuenit intelligentia prædictorum, ea duplici ratione. Prima, quia domus non erat ipſius Hectoris inquiſiti, ſed ipſius Auditoris Fratris. Secunda,

quia

quia ipſe Auditor aberat ab ea, & Prouincia, dũ Neapoli reſidebat. Vnde ceſſante ſcrupulo, poterat ibidẽ permanere, ſtringebã alia ratione, nã, etſi domus ipſius Auditoris eſſet, & ille ibi habitaret, in vna menſa ſederet, cõſiderata rectitudine, & intrepiditate ſuæ
55 Dominationis cuius virtutes, ſicut lilia odorẽ prębent; vita eius enim omnibus eſt chara, quia omnes protegit, omnes tuetur, iuſtus fidelis, & prudens eſt, & proindè dicitur Carauita; vndè præſumẽdum eſt ab eo abeſſe nedum omne malum, verùm etiam ſuſpicionis cauſam; tamẽ quicquid dixerim, ſemper ille dubitabat, ego enim cũ magna admiratione, & ędificatione remãſi ꝑ dicta ſubtilitate, & zelo ipſius D. Carauitę.

Sed poſtquam de acceſſu loquimur, quæro ſi fuerit factus acceſſus in
56 vnum locum, & contingat videre plures differentias, vel viſuram plurium locorum fieri inter eaſdem partes, vel inter diuerſas, ꝙ ſalarium exigi debeat, vnũ, nempè ab omnibus ſimul, & ſemel, vel tot ſalaria, quot ſunt differentiæ, vel locorum viſuræ? dicas vnicum tantùm ſalariũ exigi debere, diuidendum inter partes altercantes, ex tex. in cap. fęlicis de cenſib. in 6. in illis verbis: [Adijcientes, quòd non liceat viſitanti niſi vnam prouiſionem recipere vna die, ſiue vnũ locum
57 ſolitum viſitauerit, ſiue plura, etiam ſi locus viſitatus ab illo ſufficeret prouiſionem integram, perſoluendo.] Quòd pluries mihi occurrit, indè aduerte, quòd Rouit. ad prag. 63. de Offic. Sac. Conſ. n. 5. licet non decidat, ſed ad hunc tex. ſe remittat, ꝙ nota. [Verum in acceſſu faciendo accedit tantum vnus ex iudicibus cum Fiſco, ſi opus fuerit, ſic cauetur in pragmatic. ędit. Madrid. die 18. Iulij 1625. quæ eſt 6. de trigeſ. & ſalar. §. 5. in prætermiſſis in nou. impreſ.] Secus autẽ eſt, ſi cõtingat Iudicẽ duo officia exercere, quia duo ſalaria habere debet, vt infra dicam, virtute prouiſionum per Regium Collaterale Conſilium expeditarum, vt inferius.

Vndè remanet, nedum concluſio ſupra firmata, valida, & firma, po-
58 tuiſſe per Reg. Aud. & in futurum poſſe cognoſcere de delictis Officialium, tam actiuè, quã paſſiuè, & cognouiſſe omnes Officiales Baronales in hac Prouincia delinquentes, [Capan de Adoha quæſt. 47. n. 33.] Immò vidi etiam cognouiſſe Titulatos, & Barones delinquentes in Prouincia, & nunc quæ tranſcribo in
59 occurrenti caſu per Excellentiſſimum Ducem de Alcalà Regni Pro Regem fuerunt relaxatę litteræ ſequentis tenoris à tergo:

Al eſpectable Señor el Conde de Caſtellon, Gouernador, y Capitan à Guerra de la Prouincia de Principato Vltra. Monteſuſco. Intus verò. *Eſpectable Señor. Por la carta di V.S. y de eſe Tribunal*

he viſto la pretençion, que tiene conocer
de los delictos de los Gouernadores Ba
ronales en execuçion de diuerſas ordi=
nes de mis anteceſſores, ſin embargo, de
que la Vicaria en virtud del Rito quie
ra conocer dellos, y hà parecido por mu=
chas conſideraçiones, que deue eſe Tri=
bunal proceder en ellos, conforme à lo
deſpuoſto por mis predeceſſores, y a la
poſſeſſion, en que ſe halla, y aſſi encargo
à V. S. que con eſa Audiençia lo exe=
cute ſin enbargo de qualquier orden de
la Vicaria, ſi no fuere deſpachado en
grado de apelacion. N. Señor, &c. Na=
poles 22. de Iunio 1630. El Duque
de Alcalà. Al Conde de Caſtellon.
Reſtat nunc oportunè videndum,
poſtquam hæc R. A. noſtra ha-
bet hanc Præeminentiam, præ-
rogatiuam, & facultatem cogno-
ſcendi de delictis Officialiũ acti-
uè, & paſſiuè, vt ſupra dixi; de
60 duobus pro materiæ comple-
mento. Primò, an intelligatur de
Officialibus Regijs. Secundò, an
hanc eandem facultatem habeãt,
61 & potiãtur aliæ Regales Audien
tiæ Regni. Quo ad primum dixi,
vt ſupra intelligi debere de Offi-
cialibus Baronalibus tãtum; non
autem Regijs, tum ex verbis re-
62 ſcripti, hoc ſubſtineo in illis: *Che*
molti Capitanij Baronali di queſſa à
voi decreta Prouincia. [Verùm etiã
ex doctrina Capan. in tractat. de
Adoha quæſt. 47. nu. 20.] tum
etiam, quia de officialibus Regijs,
etiam Prouincialibus, licet poſſit
M. C. ſola cognoſcere, tamen nõ
cognoſcit, neque eos citat abſq;
63 licẽtia Proregis, vt dicit D. Tap.
nedum in Conſtitut. magiſter Iu
ſtitiarius, verũ etiã in dicto Rit.
49. cuius auctoritate ſic tenent
Capobl. de auct. Baron. prag. 5.
n. 39. Petr. ad Gram. deciſ. 40. n.
16. qui contrarius ſibi videtur, dũ
in principio numeri, ex doctri-
ctrina Regentis Tappiæ, refert
M. C. V. non poſſe Officialem
Regium citare ſine ordine Suæ
Excellentiæ, inde ſubdit, quòd
64 benè fecit quidam Regius Audi-
tor in carcerando quendam Re-
gium Gebernatorem; parcat igi-
tur mihi Petr. fuit enim ſui imme
mor: vnde concludo quò ad co-
gnitionem Regiorum Officialiũ
65 dici potiùs poſſe vſurpationem,
quã Iuriſdictionem. Quò ad ſe-
cundum Petr. cit. loc. & Capo-
blanc. cit. loc. nu. 40. Similiter
ex Tap. dicunt hanc Præemi-
nentiam cenſeri conceſſam Re-
gijs Audientijs Regni, prout ſunt
66 communicatæ aliæ Præeminen-
tiæ. Ego verò contrarium teneo
ex prouiſionibus à Regio Colla-
terali Conſilio expeditis, tenoris
ſequentis v3. Philippus Dei gra-
tia Rex, &c. Magnifici Viri, &c.
Per vna voſtra ſemo auiſati, come in
queſſa Regia Audienza vi ſono molte
cauſe di eceſſi d'Officiali, tanto Regij,
come di Baroni di queſſe Prouincie de=
nunciate da parte, e che del continuo ci
ne vengono, e che non ci hanno proceſſo,
perche pretendono, che ſolo ſpetti alla
Vicaria la cognitione di loro cauſe, e
che non voglino li detti Officiali obedi=

re alle prouiſioni, che ſi ſpediſcano nelle cauſe appellate, e denontiate à queſta predetta Regia Audienza. Vi riſpondemo, che vi debbiate fare obedire, & quando li detti Officiali faranno alcuno acceſſo, ò intenderete, che habbiano fatto alcuna coſa di male, ò delitto, ce ne tenerete auiſati, à tale poſſiamo ordinare quello, che ci parerà, che conuenga. & ſimilmente ci auiſarete delle cauſe delli eceſſi di delitti d'Officiali, che ſono in queſta predetta R.A. & che eceſſi ogn'vn di loro particolarmẽte ha commeſſo, per poter anco ordinare quel che ci parerà, e così l'eſſequirete, che tale è noſtra volõtà. Datũ Neapoli die vltimo Octobris 1586 Don Pedro Giron, Vidit Moles Regẽs, Vidit Berricanus Regens, Vidit Lanarius Regens. Baſtida Secretarius. In Cur. Principatus Citra fol. 324. Et hoc eſt illud, quod Dominus Piccolella dicebat, vt dixi ſupra, ex deciſ. Apont. 36. q. dicebam ego procedere in alijs Regijs Audiẽtijs, & non in hac noſtra. Et licet Petr. fundet ſuam opinionem citat. loc. in illo, quod in Rit. non reperiãtur illa verba [ſola M.C.] & Capoblãc. ibidẽ teneat, fuiſſe communicatam quibuſdam Baronibus, nẽpè Principi Sulmonis. Tamen ego preinſertis prouiſionibus parendo, eorum opinioni non inhærendo, concludo, non eſſe præeminentiam iſtam alijs Audientijs Regijs Regni cõmunicatã, ſed dũ taxat, huic noſtrę ſpecialiter impartitam; poteſt tamen dictũ Petr. ſaluari id dixiſſe quo ad cauſam cumulatiuè, vt ſupra latius dixi.

67 Et cũ in Regia Audientia Hidruntina, vt refert Viu. dec. 401. n. 4: ſemper eo tempore cognitę fuerũt cauſſæ Officialiũ, tàm actiuè, quàm paſſiuè, tamẽ cum occurriſſet in caſu ſimili cognoſcere Regium Gubernatorem Ciuitatis Gallipoli, cumq; ad Collateralis Cõſilij DD. aures deueniſſet, habito pro vero non poſse illam R.A. cognoſcere Officiales Regios delinquentes in ſua Prouincia, orta admiratione inter eos, non potuiſſe R.A. illã procedere, fuit per eos iuſſum contra dictũ Regium Gubernatorẽ non procedi, acta tranſmitti, & vlterius ſimilia non cognoſcere vigore prouiſionum tenoris ſequentis videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Illuſtr. Magnif. Viri, &c. *Per vna voſtra delli 11. dell'inſtante meſe hauemo inteſo, che hauete inuiato Commiſſario à pigliare informatione contra Don Luiſi d'Aquila Capitano della Città di Gallipoli per le molte lamentationi, che hauete hauuto da detta Città, e che contra eſſo coſtano alcune coſe, come particolarmente per detta voſtra ne ſignificate, e che non vi hà parſo procedere ad altr' atto, ſenza prima darne auiſo à noi. In riſpoſta della quale vi dicemo, che ſemo rimaſti molto marauigliati di voi, che habbiate proceſſo à far pigliare informatione contra detto Capitanio, ſenza prima darne auiſo à noi, e tenerne noſtro ordine, già che molto ben ſapete, che non lo*

poſſeuino fare, eſſendo detto Capitanio Regio,però ci hà parſo ordinarui, come con queſta vi ordinamo, che al riceuer d'eſſa ci debbiate inuiare la ſopradetta informatione, clauſa, & ſigillata come conuiene, acciò poſſiamo prouedere lo de più ce parerà, che conuenga, e tra tanto non procedereie à coſa neſſuna contra eſſo, auertédoui à non intrometterui per l'auenire à far ſimili coſe, che tale è noſtra volontà. Datum Neap. die vltimo Auguſti 1505. El Conde de Lemos, Vidit de Pôte Regens, Vidit Conſtantius Regens, Vidit de Caſtellet Regens, Vidit D. Berard. à Barrionouo Regens. Salazar Secretarius. In Cur. primo fol. 113. Alla Regia Audienza di Otranto. Vnde habes tu meam opinionem, nedum in Iure veram, verùm etiam ſupradictarũ præinſertarũ prouiſionũ vigore roboratam, non poſſe R. A. cognoſcere Officiales Regios delinquentes, & eo fortius dico
68 (vt ſupra dixi) eſſe potius vſurpationem, quam iuriſdictionem. Quid autem ſeruetur in alijs Regnis? dicas ꝙ in Regno Siciliæ
69 ſeruatur, ꝙ omnes Officiales, tàm Regiarum Audientiarum, earumque Aduocati, Procuratores, Actuarij, & Scribę, ac alij Regij Officiales aliarum Ciuitatũ, vel locorum, quàm cæteri Officiales Baronales, omnes cognoſcuntur per illam M. C. vt dicit Maſtrill. deciſ. Rot. Sicil. 147. n. 25. & ſeq. qui aſſerit, in illa M. C. hoc fuiſſe ſeruatum, & ad ſolam M. C. huiuſmodi cognitionem ſpectare ex antiquiſſima in illo Regno cõſuetudine, quæ ortum
70 habuit à Conſtit. Regni noſtri Neapolitani, incip. Statuimus, vt magnæ, in illis verbis: [Et de quęſtionibus noſtrorum Curialium, qui immediatè nobis aſſiſtunt] Et licet Maſtrill. aſſerat, verum intellectũ dictæ noſtræ Cõſtitutionis debere intelligi de illis, qui Curiæ inſeruiunt, mediãte ſtipendio, vt dicit Affl. in dicta
71 Conſtitutione n. 13. quorũ nomine cõtinentur Aduocati, Procuratores, ac etiam Actuarij, & Scribæ, vt dicit Carauit. Rit. 232. n. 1. tamẽ dicit fuiſſe ampliatum ad omnes Officiales, & ſic ibidẽ ſeruari. Quod tu intelligas de Aduocatis, & Procuratoribus, qui ſtipendio potiũtur, & aſſiſte-
72 re tenẽtur, & propriè ſunt Aduocati, & Procuratores Fiſcales, & Pauperũ non autẽ de alijs Aduocatis, & procuratoribus, qui pro eorum libito voluntatis aſſiſtũt, & quandoq; eis libet recedere, ad quorum ornatũ, vide Reg. de Apont. deciſ. 36. poſt Carauit. cit. rit. 232.

An Ritus noſter procedat, & ſic
73 præeminentia iſta extendatur ad offendentes Officiales, dicas, ꝙ ſic. Primò, ex regula Iuris, quæ ſe habet, quod conceſſo vno cenſetur conceſſum omne id, per ꝙ deueniatur ad id. Secũdò, ex concluſione, quam ſupra firmaui tã actiuè, quam paſſiuè procedere. Tertiò, auctoritate de Franch. deciſ.

deciſ. 274. annuentis Ritum fuiſ
ſe interpretatum procedere, tàm
actiuè, quàm paſſiuè, quem ſe-
quitur Capobl. de auct. Baron.
prag. 5. n. 40. & poſt iſtos om-
nes Maſtrill. deciſ. 147. n. 16. &
ſeq. qui ampliat procedere in of
fendentibus Alguzerios Regios,
74 eiuſq; reſiſtentibus, & ſic per M.
C. fuiſſe terminatum; quòd tù in-
telligas cum grano ſalis, nempè,
dummodo offenſio fiat intuitu
Officij, & ſic propriè in ſequelam
75 Officij, & Iuriſdictionis, vt ad-
uertit Rouit. in rub. de Official.
n. 3. ſi eſſet enim odio particula-
ri, vel ex alia cauſa propria, ſecus
76 eſſet, vt dicit de Franch. dec. 326.
n. 3. [Tu verò vide Carauit. Rit.
49. ad fin. Rot. Roman. deciſ.
754. par. 1. in nouiſſ. Caball.
caſ. 148. Catalan. de Indult. cap.
42. n. 12. Mari ad Gizzarell. dec.
24. n. 11.]

An hoc procedat in arbitris, vide
Reg. Tap. in Conſtitut. Regni
77 mag. Iuſtitiarius.

Reſidet in hac noſtra Terra hoc Tri
bunal virtute Priuilegiorũ, vt ſu-
78 pra dixi, q̄ alias (Deo Duce) addu
cã, non obſtante, ꝙ ſit Terra Ba-
ronis, vt dicit de Apont. de po-
teſt. Proreg. tit. de elect. Offic.
§. 1. n. 55. & ſeq.

An hoc Tribunal poſſit concedere
dilationem debitoribus, vt infrà
79 menſes ſoluant eorum credito-
ribus, vt vulgò dicitur viſitare car
ceratos debitores, quod non di-
cit Capoblanc. prag. 8. par. 1. n.
275. tamen contrariũ dicit tom.
2. cap. 42. n. 13.

In dies hæc R. A. in manda tis, vel
ordinibus Regijs emiſſis ponit
80 pœnam, pro quantò gratiam Re-
giam caram habent, & quæritur,
quid importent hæc verba: Dic,
quod Officij priuationem conti-
nent, etiam ſi Officium eſſet per-
petuum, Gram. deciſ. 40. ad fin.
quem ſequitur Rouit. in prag. 1.
de receptat. n. 12.

Quam autem pœnam importent il-
la verba poſita ſub pęna Regiæ
81 indignationis in mãdatis Regijs,
[quòd ſit nũtius mortis dicit Taſ
ſon. de antefat. verſ. 12. obſeru.
2. n. 28. ad fin.] vel ſi in reſtriptis
Papæ, vel Bullis adſint verba: Sub
pœna indignationis Petri, & Pau
li, vel Beatorum Apoſtolorum,
Menoch. de arbitr. Iudic. caſ.
365. n. 2. & ſeq pro primo caſu,
82 dicit pœnam eſſe arbitrariam, cũ
determinata non eſt in mandatis
Regijs; & pro ſecundo caſu in re-
ſcriptis, & Bullis Papæ n. 5. & ſeq.
dicit eſſe ſimiliter arbitrariam, &
ante eum dixerat idem Gramat.
cit. deciſ. 40. n. 20. tu vide DD.
adductos per Petr. ad Gramat. cit.
deciſ. 40. n. 23. & 24. & Rouit.
cit. prag. de recept. n. 10. Ego au-
tẽ ex Caualcan. de Branch. Reg.
par. 6. n. 207. dico, quod ſiue
83 comminata ſit indignatio, ſi-
ue non, prudens Iudex eam mi-
tigabit, nam ex Prouerb. cap. 16.
habetur, quòd licet indignatio
Regis, nuntius mortis ſit, tamen

vir ſapiens eam placabit;vnde cũ Menoch. aſſero hanc pœnam eſſe arbitrariam, & poſſe Iudicem eam minuere, vt in dies videmus [verba poſita in Bullis Pontificijs indignationem ſe nouerint incurſuros, inportant punitionem extra ordinem, & ad intereſſe partis, Mut. tom. 3. Capit. Sicil. cap. 40. n. 3.]

DE OFFICIALIBVS in Genere. Cap. I.

ARGVMENTVM.

Appellatione Officialium an comprehendantur Sindici, Electi, Camerarij, Baiuli, & in quibus caſibus, & quomodo.

SVMMARIVM.

Officialium appellatione an comprahendantur Sindici, Electi, Camerarij, & Baiuli, & in quibus caſibus, n. 1. 2. 3. & 9.

Syndicatus, & Electatus Officium quo iure ſpectat ad vniuerſitatem n. 4.

Pro Hoſpitio Militum onus diſtribuendi cartellas ſpectat ad Sindicum, & Electos, n. 5.

Officialis loci in caſu grauaminis pro hoſpitio iuſtitiam miniſtrat, n. 6.

In ciuile eſt iudicare, niſi tota Lege perſpecta, n. 7.

Propter offenſam factam aſſocianti miniſtrum, ipſius aures ſunt offenſæ n. 8.

Sindico offenſo, non concurrente vniuerſitate, non competit declinatoria Fori, & qua ratione, n. 10.

Baiulus delinquens à Barone cognoſcitur, num. 11.

Baro habens prærogatiuam de exceſſibus Officialium poteſt cognoſcere, n. 12.

Sindici, & Electi an teneantur hoſpitari, vel contribuere, n. 13.

Hoſpitandi onus eſt antiquum, non autem nouum, num. 14.

Sed, dum de Officialibus eſt ſermo, progrediendo vltrà, quæro, an appellatione Officialium, comprehen-
1 dantur Sindici, Electi, Camerarij, aut Baiuli, ita, vt ſub Ritu intelligantur, & per conſequens, per M. C. V. ſiuè per hanc R. A. cognoſcantur? Accidit in cauſa Franciſci Mariella de Mirabella, inquiſiti in anno 1619. in hac R. A. de offenſionibus in perſonam Scipionis Miletta electi dictę Terræ intuitu Officij, & ſic tempore, quo dictus Electus exercebat Officium Electatus, diſtribuendo cartellas pro hoſpitio Militum, me patrocinãte, & fuit dubitatũ, an debeat remitti ad Curiam Mirabellæ Iudicem delitti, domicilij, & originis, aut ſi poterat cognoſci per hãc R. A. virtute huius Præeminentiæ? Auditor de Stefanellis, adducẽdo pragmaticam, emanatam per D. Comitem Oli-

uares

uares huius Regni Proregem ſub
die 29. Ianuarij 1599. quę eſt ſi-
tuata in titulo de Offic. magiſtr.
Iuſtitiar. prag. 49. [Hodie verò
in noua impreſſ. eſt prag. 47.] in
qua adſunt verba tribuentia Iu-
riſdictionem Iudici ordinario,
cognoſcendi de delictis Sindici,
2 Electi, Camerarij, aut Baiuli in il-
lis: *Debbiano procedere contra di loro
per li delitti, che commetteßero, etiam
nell'eſſercitio di lor officij di Sindico,
Eletto, Camerlingo, ò Bagliuo*. Erat
in voto, cauſam prædictam re-
mittendi ad Curiam Mirabellæ,
ego autē ponderabā ipſius prag-
maticæ verba ſequentia, *mà per
li delitti, che commetteßero in admi-
niſtratione di giuriſdittione, che li com-
peteſſe eſſercitare, ò per priuilegio, ò
conſuetudine, che haueße quella Città,
Terra, ò luoco, volemo, che la Grā Cor-
te della Vicaria ſolamente e non altro
Officiale poßa in virtù del Rito pre-
detto conoſcere detti delitti, e per eſſi
tantùm procedere contra di loro, ſerua-
ta la forma del Rito predetto*. Et pro-
3 indè diſtinguendum eſſe: aut de-
lictum cōmiſſum, eſt in exercitio
iuriſdictionis competētis virtute
priuilegij vel conſuetudinis, aut
alterius adminiſtrationis, & quis
dubitare poteſt, quòd officium
4 Electatus, & Sindicatus cuilibet
Vniuerſitati competit ex pri-
uilegio, & conſuetudine, &
ſignanter, hoc exercitium diſtri-
buendi, & faciendi cartellas pro
5 Hoſpitio, Sindico, & Electis, cō-
petit, in quo, nec Baro, nec eius
Officialis ſe intromittere poteſt,
niſi ciuis aliquis conqueratur, ab
eis grauari, quo caſu ipſe Iudex
loci Iuſtitiā miniſtrabit, Capobl.
6 de auct. Baron. tom. 1. prag. 19.
n. 62. & ſeq. Vndè videtur con-
cludendum, non poſſe hanc cau-
ſam remitti: dixi hoc, ex eo, quia
ille Auditor noluit proſequi le-
cturam totius pragmaticę, & eius
verborum, & inciuile eſt iudica-
re, niſi tota lege perſpecta, ſuper
7 quo cogitauit, & facta diuiſio-
ne; tamen remiſit cauſam Curiæ
Mirabellæ, & cùm iterum occur-
riſſet in M. C. V. in cauſa Docto-
ris Franciſci Caualiero de Colu-
brano inquiſiti de alapa data in
faciem Sindici dictæ Terræ tem-
pore, quo duxit Commiſſarium
eiuſdem M. C. contumaciarum,
& earum pœnarum exactionis ad
domum dicti Doctoris, qui in
Sindicum protulit hæc verba:
*Sempre tù vuoi, ch'io ſia lo primo à ſen-
tir diſpiacere*. Reſpondit Sindicus:
*Non è coſa mia, perche ſuno obligato
accompagnare il Commiſſario, e ſe pa-
gaſſiuo le contumacie di Vicaria non
ſentireſſiuo diſguſto*. Propter quod
dedignatus Doctor, alapam in fa-
ciem Sindici intulit, M. C. duo-
bus ex capitibus decreuit, quòd
cauſa remaneat. Primò, ex eo,
quia, cum Sindicus ipſius Com-
miſſarium aſſociabat, cenſeban-
tur eius aures offenſæ. Secundò,
8 quia delictum erat in perſonam
Sindici, exercentis Officium Sin
9 dici, virtute Priuilegij, ei de iure
compe-

competentis, & conſuetudinis,
quo caſu habet locum citat. Re-
gia Pragmatica in finalibus ver-
bis; tamen decretum M. C. fuit
reuocatum in Banca &
10 remiſſa cauſſa, ex eo, quia offen-
ſio in perſonā Sindici reſidebat,
& nō concurrente Vniuerſitate;
ei declinatoria non competit;
Concludas igitur, delicta Sindici,
Electi, Camerarij, aut Baiuli co-
gnoſci per eorũ Iudices ordina-
rios, etiam ſi delinquant in eorũ
officio; & in ſpecie, quòd Baiu-
11 lus, exercendo iuriſdictionẽ, de-
linquens à Barone cognoſcatur,
tenet D. Rouit. in add. ad Prag.
in rubr. de officialib. n. fin. quod
tu limita in duobus caſibus. Pri-
mò, niſi delinquant in admini-
ſtratione Iuriſdictionis, quæ eis
cõpetit exercere Priuilegio, vel
conſuetudine, ex finalibus verbis
12 Pragmaticæ. Secundò, niſi Baro
haberet in Priuilegio prærogati-
uam, etiam de exceſſibus Offi-
cialium, vt ſupra dixi, & auctori-
tate D. Rouit. fuit remiſſus ad
Curiam Montis Fuſcoli Marcus
Aurelius Romanello Baiulus, in-
quiſitus de falſitate commiſſa in
exercitio ſui officij. Limita Ter-
tiò in Baiulo, qui, vt ſupra dixi,
etiam ſi exercendo Iuriſdictionẽ
delinquat, à Barone cognoſcitur,
D. Rouit. cit. loco.
Sed, an illi de regimine teneantur
13 tempore eorum adminiſtratio-
nis hoſpitari, & Milites recipere?
de iure pro affirmatiua poſſet di-
ci, & tenerentur contribuere;
[Reg. Rouit. deciſ. 70. num. 18.
& 19.] ſed ex cõſuetudine con-
trarium ſeruatur, & nec actu, nec
contributione Milites recipere
tenentur, Capoblanc. de auctor.
Baron. tom. 1. prag. 19. n. 68. ea
ratione, quia hoc onus hoſpitan-
14 di eſt antiquum, nō autem nouũ,
& proindè eadem conſuetudo
introduxit, vt non hoſpitentur,
Capobl. de auct. Baron. tom. 2.
prag. 19. cap. 99. n. 13. [Nouar.
Priuileg. miſer. perſon. Priuileg.
103. n. 2. verùm tempore hoſpi-
tij non poteſt vendi vinum ca-
riùs in cellarijs, Rendell. de Vin.
fol. 68. col. 2. verſic. nunquid.]

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Magna Curia Vicariæ, an priuatiuè quò ad Regias Audiẽtias cognoſcat de delictis Sindici, Electi, Camerarij, Baiuli, & ſimilium.

SVMMARIVM.

Hydræ natura, & conditio, quæ ſit, num. 1.

Magna Curia Vicariæ, an priuatiuè quò ad Regias Audientias cognoſcat de delictis Sindici, Electi, Camerarij, Baiuli, & ſimilium, n. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7.

Priuilegium ſi cõcurrat cum pragmatica, an ipſi pragmaticæ præualeat, num. 3.

Priuilegium ſpeciale ſi concurrat cum generali quale attendatur, num. 4.

Priuilegium ſecundum an tollat primum, num. 5. & 6.

Iuriſdictio Vniuerſalis M. C. an deroget iuriſdictioni ſpeciali Reg. Audien. n. 6.

Natu-

NAturalium dicto, & communi hominum prouerbio dicitur, Hydram habere plura capita, etſi contingat vnum obtrũcari, aliud reuiuiſcit; Vndè carmina ſequuntur.

Come, ch'all'Hidra vn collo ſe l'incida,
Vi naſcon tanti, in vece di quell'vno,
Opri quanto ſi voglia ingegno alcuno,
Ch'eſſer nõ puote, che giamai l'ancida.

Et proindè data cõcluſione, oritur aliud dubium, nempè, ſi in delictis commiſſis per Sindicũ, Electum, Camerarium, & Baiulũ in exercitio, & adminiſtratione iuriſdictionis cõpetentis ex pri-
2 uilegio, vel conſuetudine, quorũ cognitio eſt abdicata Baroni virtute Regiæ Prag. vt ſupra firmaui, an cognoſcat hæc R.A. virtute Præeminentiæ prædictæ, an verò ſpectet ad M.C.V. per illa verba, poſita in pragmatica: *la Vicaria ſolamente*. Pluries hoc accidit, & quam plurimę prouiſiones fuerunt per eandem M.C. relaxatæ, & huic Regiæ Audientiæ præſentatæ, continentes, quòd Regia Audientia non ſe intromittat, & traſmittat acta, multi ſe tuẽtes in illis verbis Pragmaticę: ***La Gran Corte della Vicaria ſolamente, e non altro Officiale poſſa in virtù del Rito predetto conoſcere detti delitti.*** Afferebant huiuſmodi verba, vti taxatiua, importare abdicationem Iuriſdictionis huic Regię Audiẽtiæ. Ego vero contrarium ſubſtinui, poſſe hanc R. A. cognoſcere de huiuſmodi delictis, pluribus de cauſis. Prima, quia hæc R. A. ſtat in poſſeſſione ſimilia delicta cognoſcendi, vt ſupra narraui, virtute ordinis Regij Collateralis ſupra inſerti die vltimo Februarij 1590. & per tot alios ſequentes, quibus diſpenſando, Ritui fuit hæc facultas tributa, & pragmatica, de qua ſupra, fuit emanata die 29. Ianuarij 1599. & ſic per nouem annos poſt diſpenſationem, per quam fuit hæc facultas tributa, & impertita cognoſcendi in hos Officiales delinquentes, & ſic in hoc perſonarum genere cenſetur alteri eſſe
3 abdicatam, Gram. deciſ. 30. Secunda pragmatica eſt poſterior Priuilegio, & noſtra diſpenſatione, quæ diſpoſitio particularis, ſiuè ſpecialis vocatur, pragmatica verò lex, ſiuè diſpoſitio generalis
4 appellatur, & quandò concurrit Priuilegium ſpeciale cum generali, per illud ſpeciale derogatur generali, etiam ſi generale illud in corpore Iuris ſit clauſũ, Franc. Marc. deciſ. 267. ſequitur Puteus deciſ. 232. lib. 3. & ex noſtris de Franch. deciſ. 125. qui n. 4. concludit, Priuilegium ſpeciale in certas perſonas conceſſum, licet ſecundum reuocare primum, Viu. deciſ. 207. qui ampliat, quòd Priuilegium ſpeciale adeò operatur, vt, etiam ſi generalis diſpoſitio inde ſequeretur, Priuilegiorum reuocationẽ inducens, non cenſeatur illud ſpeciale reuocatum, & ſic fuiſſe, dicit,

cit, per ſuum Tribunal iudicatum. Tertiò, quòd per hoc ſtatutum ſuperueniens non cenſetur hoc Priuilegium reuocatũ; nam
5 quandò concurrit Priuilegium ſpeciale per prius, & ſtatutum generale poſteriùs, non reuocatur illud primum per hoc ſecũdum, nullam mentionem faciens de illo primo ſpeciali, Natt. conſil. 274. & Afflict. conſt. ea quæ decus, n. 13. & ſeq. Quartò, generalis diſpoſitio non derogat ſpeciali conceſſioni; ſed è cõtra ſpecialis generali derogat, Bald. in Auth. habita C. ne filius pro patre col. 7. verſ. de vno oppono, & Paul. de Caſtr. in l. cùm Prætor ff.
6 de Iudic. [Io. Grand. de Bell. exul. quęſit. 3. fol. 63.] Quintò hoc Priuilegium in ſpeciè præfertur generali diſpoſitioni. Ann. alleg. 64. n. 6. 7. & 8. ſequitur D. Rouit. ad prag. 4. de poſſeſſ. nõ turb. n. 48. Sextò, quia Iuriſdictio vniuerſalis M. C. nõ derogat huic noſtræ
7 ſpeciali, latè Aponr. dec. 36. n. 13. vndè ſequitur, quòd R. A. hæc poteſt cognoſcere de Sindicis, Electis, Camerarijs, & Baiulis delinquentibus in adminiſtratione Iuriſdictionis, & Priuilegio, vel conſuetudine competentis, non obſtante Regia pragmatica, & dictione: *ſolàmente*, in ea appoſita, vt ſupra narraui.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Actuarij an dicantur Officiales, & comprehendantur ſub Ritu.

SVMMARIVM.

Actuarij an dicantur Officiales, & comprehendantur ſub Ritu, & à quo cognoſcuntur, n. 1. & pro quibus delictis, n. 5.

Ritus intelligitur de Officialibus Iuriſdictionem habentibus, n. 2.

Actuarius dicitur patrator, & conſeruator actorum, & pars quotitatiua iudicij, n. 4.

ET dùm de Officiali eſt noſter diſcurſus, quæro an Actuarij Officiales dicantur, & cõſequenter per R. A. cognoſcantur? Carauit. cit. Rit. 49. nu. 22. & ſeq. Aponr. de poteſt. Proreg. tit. de elect. Official. in principio n. 3. concludũt, hunc Ritum intelligi
2 debere in Officialibus ſtrictè, & ſic Iuriſdictionem habẽtibus, non autẽ largè, & proindè Actuarios, & Curiarum delinquentes non includi; & per Officiales Ba-
3 ronum poſſe cognoſci, ſequitur de Franch. deciſ. 407. & Capoblanc. de auct. Baron. prag. 5. n. 58. Actuarius enim dicitur Officialis ex eo, quia per eum peruc-
4 nitur ad actum Iuriſdictionis, & Iuſtitiæ cognitionem, ac patrator, & conſeruator actorum, & eſt pars quotitatiua Iudicij; igitur cõpræhenditur ſub Ritu actiuè, & paſſiuè, dummodò fiat intuitu Officij, ſecus autem, ſi ex cauſa priuata, Gizzarell. deciſ. 24. [affert Thor. tom. 1. comp. deciſ. verb. remiſſio Vaſſalli, fol. 451. col. 1.] vnde dicendũ, eſt Actua-
5 rios non compræhendi, niſi delinquiſ-

linquiſſent intuitu officij,& ſic in ſequelam exercitij Iuriſdictionis Rouit. in rubr. de offic. & quæ eis prohibeantur n. 3. & 4. cuius auctoritate non potui obtinere penès hoc in Tribunali pro remiſſione cauſæ Dominici de Maſſia Actuarij Curiæ terræ Mōtis Falconis, dum partes Illuſtris Marchionis Triuici tuebar, cauſæ remiſſionem ad illius Curiam petendo, & dicebat Auditor de Stefanellis, Dominicum hunc Actuarium delinquiſſe in ſequelam Iuriſdictionis, falſum enim commiſit in examine in informatione furti contra quoſdam Montis Falconis, & decreuit, vt cauſa remaneat in hoc Tribunali, de quo, cum eſſet appellatum ad M. C. audio per litteras Aduocati ipſius Dominici mei cliētis fuiſſe decretū Regiæ Audientiæ confirmatum, quo audito inquiſitus, ſe tranſegit cū Fiſco in ducatis triginta quinque ad euitanda maiora damna, vide Maſtrill. deciſ. 147. n. 19.

Indè multoties obtinui remiſſionē Actuariorum, vt dixit in comp. Priuil. Prouin. fol. 242. & Thorus in compen. deciſ. Regni, verbo Actuarius tom. 2. latiùs de hoc.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Baro habens Priuilegium de cognoſcendi delictis, de quibus ſola M. C. cognoſcit, an cognoſcat.

SVMMARIVM.

Baro ſi habet huiuſmodi Priuilegiū, poteſt cognoſcere, n. 2.

Seruiētes Curiarū includitur ſub ritu, n. 3.

Socij ipſorum ſeruientium comprahenduntur ſub ritu, n. 3.

Delegati an comprahendātur ſub ritu, n. 4.

Ritus an procedat contra familiares n. 5.

Procedit cōtra aſſeſſores, & Iudices Baiulorum, Portulanorum ponderum, menſuræ, & ſiclæ, n. 6.

ET, ſi Baro haberet Priuilegiū de conoſcendis omnibus delictis, de quibus ſola M. C. cognoſcit, occurrit in facto, me patro-
1 cinante pro Marchione Triuici vtili Domino Sancti Soxij in cauſa Octauij Iordani eius vaſſalli, Locumtenentis dictæ Terræ, inquiſiti ad querelam viduæ, in forum hanc R. A. eligentis; prætendebat Fiſcus, cauſam terminandam eſſe in hac R. A. tùm, quia electio Fori aderat per viduam, tùm etiam, quia Octauius, vti Locumtenens, Officialis erat, & proinde per R. A. debebat cognoſci. Ego pro Marchione replicabā, adeſſe Priuilegium, Magno Capitanio conceſſum, cui aderat terra Sancti Soxij, quorum magnitudinem, & poteſtatē extollit, D. de Franc. deciſ. 275. in quō intèr nonnullas clauſulas aderant duæ. Prima, nempè, contra viduas. Secunda, quòd cognoſcat etiam de illis, de quibus ſola M. C. V. cognoſcit. Per illam primam ceſſat motiuum factum electionis Fori, factæ per viduam.

Per hanc ſecundam ceſſat, & ſecundum; nam quandò in Priuilegio adeſt poteſtas cognoſcēdi
2 de illis, de quibus ſola M. C. cognoſcit, clarum eſt, poſſe Baronē cognoſcere de delictis Officialium, quorum crimina, virtute Ritus, M.C. cognoſcit, Reg. Tap. in conſt. Regni mag. Iuſtitiarius n. 5. & iterum in deciſ. 11. vbi plura exempla adducit, & ſic cauſam ad Marchionem remitti inſtabam. Replicabat Fiſcus, quòd remaneat; hanc enim clauſulam de cognoſcendis delictis, de quibus M. C. cognoſcit, fuiſſe intellectam in caſu poſito per Franch. deci. 274. prout ipſemet de Franch. aduertit deciſ. 505. n. 22. qui dicit, priſcis temporibus ſic fuiſſe ſeruatum in Priuilegijs Ill. Ducis Sueſſæ. Ego iterum replicabam, quòd, licèt adducta per Franch. in cit. deciſ. 274, & 505. vera ſint; tamen hæc clauſula comprænendit caſus non reſeruatos in vim ſupremi dominij M. C. vt idem de Franch. deciſ. 505 n. fin. ſed in caſu noſtro, hoc delictum per Octauium commiſſum non erat de genere reſeruatorum, ergò remittenda eſt. Cauſa iſta fuit per plures dies ventilata, indè diſcuſſa, & deciſa ad fauorem Marchionis, & ſic cauſa ad Curiam Sancti Soxij remiſſa.

Et iterum fuit remiſſus bis Petrus de Iulijs Petræ Sturmine ad Baronem, dum eſſet inquiſitus. Primò, vti Capitaneus, Secundò vti Magiſter Nundinarum, virtute clauſularum Priuilegij. Auditore Imbriano in prima inquiſitione Cōmiſſario die 20 Decēbris 1624 & D. Donato Coppola Commiſſario in ſecunda inquiſitione die 3. Martij 1626. nunc verò meritiſſimo Iudice M.C.V.

Et pluries obtinui pro Curia Montis Fuſcoli, cui fuerunt remiſſę quam plurime cauſę, virtute clauſulæ in Priuilegio appoſitæ, & nimirum, quia per Sacrum Conſilium pluries ſic ad beneficium Baronum fuit iudicatum, teſte Reg. Tap. deciſ. 11.

Iterum quæro, dum ſeruientes Curiarum auctoritate Rouit. inclu-
3 duntur, ſi cum ipſis ſeruientibus aſſocientur alij Ciues de mandato Officialis, vel eius familiæ, & in illo ictu ciues delinquant, an comprænendantur ciues delinquentes? dicas, quòd ſic, ex eod. Rouit. citat. rubric. ad prag. de Official. n. 5. & dum Ritus no-
4 ſter loquitur de Officialibus, an comprænendat delegatos? vide citat. per Capobl. de auct. Baron. prag. 5. nu. 76. Marant. in pract. diſtin. 5. tit. Iudicium ordinariū, vel delegatum per tot.

An Ritus, de quo agitur, procedat contra familiares, vel actu ſeruiē-
5 tes? vide Apont. de poteſt. Proreg. tit. de aſſenſ. Reg. §. 7. n. 6. & ſeq. conſequenter quæri poteſt, an Ritus noſter procedat in aſſeſſoribus, & Iudicibus Baiulo-
6 rum, Portulanorum, Ponderum, Menſuræ,

Menſuræ, & Siclæ? pro affirmatiua fuiſse deciſum, dicit. Capobl. de autor. Baron. prag. 5. n. 76. qui ampliat procedere etiam in Auditoribus ſecundarum cauſarum, quòd ampliatur procedere etiam in Iudice tertiarum cauſarum, cùm diuerſa ratio aſſignari non poſſit. [An procedat in famulo Baiuli, vide Thoro tom. 2. comp. verſ. remiſſio cauſæ fol. 573. col. 2.]

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Officialis delinquens in officio, illud exercendo, an puniatur, & quomodo intelligitur illa regula, quod durante officio, officialis non conuenitur.

Et, de quibus delictis cognoſci debet.

Barattaria, extorſio, concuſſio, & corruptela an differant, & in quibus, &c.

SVMMARIVM.

Officialis delinquens in officio, an conueniatur, in quibus caſibus, num. 1. 2. 3. 4. 5. & 12.

Officialis durante officio conuenitur, & remouetur in crimine barrattariæ, negligentiæ, & furti n. 6.

Baro poteſt illum officio priuare, n. 7. & 8.

Officialis cognoſcens carceratam, vel alteram ſibi ſubditam conuenitur durante officio num. 9.

Amplia procedere etiã ſi cognouerit meretricem num. 11.

Amplia procedere etiã in cuſtode carceris num. 10.

Quid hodie ſeruetur in Regno, n. 13.

Officialis remotus propter negligentiã non gaudet indultu, niſi fuerit expreſſè in eo dictum n. 14.

Si cum negligentia concurrit delictum, Officialis priuatur n. 15.

Barattaria, corruptela, extortio, & concuſſio, quæ ſint, quomodo committãtur, & an differant n. 16. 17. 22. 23. 24. 37. 38. 41. & 51.

Metus, & vis quæ ſint, & an differant n. 18. 19. & 20.

Concuſſio triplex eſt num. 21.

Iudex barattans, nomen proditoris aſſumit, num. 25.

Et contra eum proceditur ad inſtar criminis læſæ Maieſtatis n. 26.

Hæc delicta quomodo probentur, n. 27.

Sũt difficilis probationis, & proinde quomodo probentur, & qui teſtes admittuntur, n. 28. 29. 30. & 31.

Officialis, ſi pecuniam recepit poſt ſententiam, an barattariã committat, n. 32.

Si ex tribus Iudicibus votantibus vnus corrumpitur, an ille dicatur corruptus, vel totum Iudicium, n. 33.

Quot teſtes in hoc crimine requiruntur, num. 34. 35. 36. & 46.

Barattaria committitur etiam reſpectu tertij promittentis ſententiam, n. 38.

Actuarius an corrumpatur, & quomodo puniatur illum corrumpens, n. 39.

Hoc crimen in Iudice cenſetur inter magnas, & capitales cauſas, n. 40.

Mediator admittitur in teſtem in hoc crimine, n. 42.

Officialis, ſi eſt bonæ famæ, an præſumatur contra eum, in quibus caſibus, & quomodo arguatur, n. 43. 44. & 45.

An per vxores, filios, alioſq; officiali ſubditos

ditos hoc crimen committatur, n. 47.
An procedat in tentante corrũpere, n. 48.
An habeat locum pœnitentia in hoc delicto, num. 49.
Et, ſi pecuniã recepit promiſſione, aliquod faciendi, quod inde non perfecit, an incurrat, num 50. & 55.
Officialis, ſi aliquem indebitè carcerauit, vel aliud grauamen intulit, & pecuniam recipit, ad euitanda grauamina, dicitur extorquere, num. 52.
Hoc delictũ eſt difficilis probationis, n. 53
An hoc delictum committat officialis, ſi non pecuniam recepit, ſed tantùm aliquod Ius fuerit remiſſum, n. 54.

1 ITem quæro, poſtquam ſupra dixi, Officialẽ delinquentem in eius officio, & illud exercẽdo puniri, quomodò intelligatur; cùm regula ſit, quòd Officialis durante officio, non cõueniatur,
2 & ad ſindicatum remitti debeat? dic, ꝙ licet tex. in l. nec magiſtratus, ff. de iniurijs, diſtinguat; aùt ſumus in magnis magiſtratibus; aut verò in minimis, & magnos magiſtratus conueniri, finito officio, minimos verò durante officio, vocari poſſe in illis verbis: [Sed verius eſt, ſi is magiſtratus eſt qui ſine fraude in ius vocari non poteſt, expectandum eſſe, quò ad Magiſtratus habeat:] quã-
3 do verò dicatur delinquere in officio, vide Put. in verbo familiaris n. 8. quòd ſi ex minoribus magiſtratibus erit, ideſt, qui ſine imperio, aut poteſtate ſunt magiſtratus, etiã in ipſo Magiſtratu, poſſe eos conueniri. Vndè ſequitur, quòd ad Sindicatum remitti debent, ex tex. l. pars litterarum, ff. de Iudic. qui, licèt loquatur de illis, qui ſunt in maiori magiſtra-
4 tu, qui durante adminiſtratione, introducendi nõ ſunt, antè verò Sindicatũ poſſunt reuocari in ſex caſibus, Baiard. ad Clar. quęſt. 73. n. 46. tamen vulgatum eſt illud,
5 quòd durante officio, Officialis conueniri non poteſt; [Capobl.
6 tom. 2. c. 23.] Nihilominùs quãdo Officialis incurrit in crimen negligentiæ, barrattariæ, aut furti, durante Officio, ne dum conuenitur, ſed etiam remouetur, tex. in l. 3. C. de Offic. præfect. prætor. orient. Non poteſt tamẽ
7 Baro illum officio priuare, ſine actu iudiciali, & cauſæ cognitione durante Officio, Ann. alleg. 103. quia Officiales ſunt annales,
8 vulg. Iurib. quòd poſſint Officiales comittentes furta, & barrattarias dignitate priuari, & puniri, affert Capic. deciſ. 121. n. 18. Itẽ
9 Officialis cognoſcens carceratã, vel alteram ſibi ſubditam, durãte adminiſtratione conuenitur. Par in tract. Sindic. verb. adulterium c. 1. de qua materia, vide relatos per Baiard. ad Clar. §. fornicatio, verſ. cum carcerata, ꝙ ampliatur procedere etiam in
10 cuſtode carceris, & ampliatur, etiam ſi cognouerit meretricẽ, punitur, ac ſi mulierem honeſtã
11 cognouiſſet; Marſil. ſing. 150. Foller. pract. crimin. titulo, vel carcerentur, n. 25. tu vide Caball. caſ. 283.

Item

Item,pendente Officio,conuenitur
ſi commiſerit crimen corrupte-
12 læ, extorſionis, concuſſionis, vt
per Par. de Put. in tract. de Synd.
dic. verb Baratraria cap. 1. n. 2.
& poſt eum Muſcatell. in pract.
crim. cit de Iudic. corruptel n.
46. qui citat Parid. ſed malè, &
aſſert,ſic fuiſſe deciſum,& fuiſſe
quendam Officiàlem pro extor-
ſione inquiſitum,cognitum,non
expectato ſyndicatu, & ſic dice-
batur per Regium Fiſcum in cau
ſa contrà Doctorem Camillum
de Simeone Capitaneum Terræ
Apitij, qui fuit cognitus, & tran-
ſactus pendete adminiſtratione.
13 Hodie verò non ſyndicantur de
negligentia, ſi tamen eſt leuis,
vel leuiſſima culpa, ſecùs ſi lata,
Clar.quæſt.75.n.3. quòd quando
procedat, vide addentes ibidem,
& ſi fuerit ob negligentiam re-
14 motus in generali indulgentia,
non reſtituitur, niſi fiat ſpecifica
mentio, Georg. alleg. 42. n. 11.
& 18. dicit,ſi concurrit delictum
15 cum negligentia,ſemper eſt pœ-
na priuationis.
Sed dum materiam iſtam aggreſſus
ſum,ſciendum, quòd licet Barat-
16 taria,corruptela,extorſio,& con
cuſſio inter ſe differant,differen-
tia iſta omiſſa, dicendum puto,
omnia ab vno facto naſci, datio-
ne,nempè,ſeù ſolutione facta pe-
cuniæ,ſeù alterius rei, eiuſue pro-
miſſione Iudici, alioue officiali,
&, cùm eundem ſenſum habeãt,
vnũ pro alio ponitur, Muſcatell.
cit. loc. n. 2. & 3. Concuſſio di-
17 citur quaſi intimoratio, ſcilicet,
ſi Officiali infert metum,propter
quem pecuniam extorquet,dici-
tur cõcuſſio, Par. de Put.in tract.
ſynd. in verb. Iudices,cap.8.n.2.
18 Metus enim,& vis inter ſe diffe-
runt, dum vis eſt coacta volun-
tas, qua neceſſitatem facit abſo-
19 lutam. Metus verò eſt coactio ſe-
cunda, quæ poteſt eſſe in con-
20 ſenſu,cùm voluntas vult aliquid
ob aliquas circumſtantias, quod
ſimpliciter, & abſolutè nollet, vt
in eo, qui periculo ſubmerſionis
21 merces proijcit in mare; quæ
concuſſio triplex eſt. Prima,nem
pè,per minas potentis. Secunda
per carcerem. Tertia per verba
incarcerationis, Par. ibid. nu. 17.
Muſcatell. citat. loc. nu. 29. qui
n. 27. dicit, quòd concuſſio, ba-
rattaria,corruptela, & extorſio in
22 hoc etiam differunt, quia con-
cuſſio exigit qualitatem quan-
dam extrinſecam, quæ nec in
corruptela,nec in barattaria, ne-
que in extorſione deſideratur.
Quod procedit, nedum ſi Iudex
23 pro iniuſta ferenda ſententia pe-
cuniam accipiat, verùm etiam ſi
pro iuſta ferenda hoc faciat, Ma-
ſcard. concluſ. 454. n. 2. Baratta-
24 ria eſt diſtrahere pecuniam pro
Iuſtitia,& illam committunt Iu-
dices, qui iuſtitiam auro, vel ar-
gento vendunt, vel quando pe-
cunia Innocentem puniunt, &
nocentẽ abſoluunt, Par. in verb.
barattaria cap. 1. n.7. & 8. Immò
hic

25 hic Iudex ſic barattans, nomen proditoris aſſumit,& contra eum
26 poteſt procedi ad inſtar rei criminis læſæ Maieſtatis, Gigas in tract. de crimin. læſ. Maieſt. lib. 3. rubr. de proditor. q. 2. Quomodò autem, & per quos probe-
27 tur hoc crimen barattariæ, dicas, quòd probatur per fugam Officialis. Secundò,per familiares Iudicis,tam actiuè,quam paſſiuè, & quòd ſufficiant coniecturæ, & præſumptiones. Tertiò, per mediatorem. Ratio enim eſt, quia difficiles probationes hoc deli-
28 ctum habet,& proindè admittuntur probationes, quæ alias non admitterentur; verùm non ad-
29 mittitur in teſtem, qui petitionem, vel libellum contra Magiſtratum, ſiuè officialem porrexit,
30 quia ſuſpectus eſt, & teſtes in hoc delicto,ſuſpecti eſſe non debent,ſed idonei. Item, teſtes de
31 domo,ſiue capitulo probant in Priuilegium huius criminis, in quo delictum patris nocet filio.
32 Si tamen pecunia data ſit poſt ſententiam,nec de Barattaria agi poteſt,nec ſententia nulla appellatur. Si verò tres Iudices vota-
33 rent,& vnum corrumperetur, Iudicium non dicitur corruptum; quia ratione aliorum Iudicũ non corruptorum ſententia valet, vt hæc omnia congerit Maſcard. de probat.concluſ. 164. 165. & 166. à cuius opinione recedit
34 Baiard. ad Clar. quæſt. 73. n.18. qui virtute Regiæ pragmaticæ 2. tit. de munerib. tenet, ad probandum hoc delictum, exigi tres teſtes ſingulares bonæ famæ, & opinionis. Miror autem ego de
35 Baiard.tenente, tres teſtes ſufficere,dum non aduertit pragm.4. eod. tit. de munerib. qua diſpo-
36 nitur,nō tres, ſed quinque teſtes requiri, quamuis ſingulares, etiã de diuerſis actibus, & tẽporibus deponentes; dicas tu igitur de Iure Regni nouiſſimo, quinque
37 teſtes requiri.Corruptio,ſiue corruptela dicitur, quando quis Iudicem corrumpit, & committitur tàm reſpectu Iudicis, qui pecunia mediante corrumpitur,iuſtitiam barattando, quàm reſpectu tertij,promittentis ſententiã,
38 mediante ipſa pecunia, Muſcatell. pract. crim. tit. de Iudic. corrupt. n. 21. Quod tu amplia, procedere etiam in Actuario,quem qui corrumpit punitur,ac ſi Offi-
39 cialem corrumpiſſet, ex dictis per Franch. deciſ. 98. quod quomodo procedat,vid.Damphoud. pract. crimin. cap.131. tit.de cõcuſ. & cap. 132. titul. de corruption. & Menoch. de arbitr.Iud. caſ, 343. Maſcard. verò concluſ. 454. n.1. tenet,quòd licèt in mi-
40 nimis committatur,tamen in Iudice cenſetur inter magnas, & capitales cauſas, quod nota. Hoc autem delictum quomodo probetur,& an requirat in ſe eaſdem
41 probationes, quas exigit crimen Barattariæ? Decian. lib.8. tom.2. cap. 38. n. 2. tenet mediatorem

poſſe

poſſe eſſe teſtem, cócordat Boſſ.
42 in tit.de offic.pecun.corrupt. n.
14.15.& 19.Gramat. conſ.crim.
45.n.44.qui limitat,hoc nó procedere in officiali bonæ famæ, &
43 qui ſolitus eſt mundas habere manus, pro bono enim officiali ſemper ex lege præſumitur,omiſſa diſtinctione ipſiuſmet Gramatici.Si agitur ciuiliter, vel criminaliter, poteſt in quam hoc crimen per coniecturas,& præſumptiones probari, quæ arguuntur his modis:Primò,ſi aufugit à ſyndicatu,vt ſupra:Secundò, ſi mala fama laborat contrà Iudicé:Tertiò, ſi officiũ officialis emerit, vt Decian.cit. loc. quæ debét eſſe
44 efficaces,& vrgentes,ea ratione, quia pro Officiali præſumitur, ꝙ
45 fallit,quandó mala fama laborat contrà Officialem;tunc enim leuiores probationes ſufficerent,vt Decian.ibid. nu.10. vide Georg. alleg. 42. n. 26, & Apont. deciſ. 16 nu. 6. & ſeq. Tu autem reſideas in prima opinione,quam ſupra retuli, non tres teſtes requiri iuxtà prag. 2. ſupra relatam, quã
46 ſequitur Imbrian. in tract. de repulſ. requiſ.10.n.397.ſed quin que teſtes deſiderari,ex pragm.4. tit. de muner. ſupra relata, qua prohibetur hoc fieri, ſiuè de re magni momenti,& pretij tractaretur, etiam de comeſtibilibus, ſeù potabilibus,quamuis modicæ quantitatis, tàm per ſeipſos, quã
47 per eorum vxores, filios, alioſq; qui eorundem poteſtati ſubijciunt,neque per interpoſitã perſonam, clàm, vel publicè directè vel indirectè,vt per eam.An pro-
48 cedat, ſi quis tentauerit corrumpere,& quòmodò? Menoch. caſ. 343. n. 20. tenet, quòd ſic. Et, ſi Officialis,pecunia accepta, cum
49 pœniteat,antequam barattariam committat,vtrum pœnam euitabit?dicas ex Baiar. ad Clar.quæſt. 73. n. 22. non euitabit pœnã,vbi habes, quòd hæc pecunia applicatur parti Et,ſi corruptus fuerit,
50 & promiſit pecunia ſibi data, aliquid facere,quod poſtea non fecit, an in hoc crimen incurrat? pro affirmatiua concludas cum Maſcard. concluſ.454.n.7. [vide Bouadill. lib. 2. politic. cap. 11. n. 42. & 43.]
Extorſio fit,ſuadente iuſtitia.Par.in verb. electio Officialium cap. 1.
51 n.4.Muſcatell. pract. crim.tit.de Iudic. corrupt.n.26. Rouit.verò ad prag. 5. de militib. n.39.dicit,
52 quòd Officialis per indebitam carcerationem, vel aliud genus grauaminis contrà Ius pecuniam à ſubdito extorquet, dicitur propriè extorſio, quæ in propriam ſpeciem delicti tranſit,ex Conſt. Regni eos tãtum Officiales.Hoc
53 delictum eſt de occultis, & difficilis probationis,quare omnibus Priuilegijs conceſſis, delictis occultis, & difficilis probationis gaudet,Muſcatell. ibid. n. 26. Si Iudici non fuit pecunia numerata,nec promiſſa, ſed tantùm fuit ei remiſſum aliquod Ius,hoc crimen

Digitized by Google

54 men committit, ex Maſcard. citat. concluſ. 454. n. 8. qui numero 9. ampliat, procedere, etiam ſi Iudici aliquid mutuatur, ſiuè in pecunia, ſiuè in alia re ſit. Et de teſte corrupto, vide Maſcard. cõcluſ. 455. quem omitto, cum ad propoſitum caſum non faciat, ſed aliàs Deo Duce dicam. Amplia ſuperius allegata, adeò pro-
55 cedere, quòd ſi Iudex aliquid ceperit, vt Iudicium ferat, vel non ferat, vel vt faciat aliquid maius, vel minus ad eius Officium pertinens, ſemper in hoc crimen incidit, Maſcard. cit. cõcluſ. 454. n. 4. Hæc ſufficiant, quoad concluſionem, & ſpecialia criminis Barattariæ, Concuſſionis, Corruptelæ, & extorſionis, de quibus latè per Parid, & Muſcat. ſup. cit.

Caput Sextum.

ARGVMENTVM.

Magiſtratus qui ſint, quales debent eſſe, & quomodo debent ſe gerere circa adminiſtrationem.

Officialis ſi non fuit cognitus in ſyndicatu, an poſſit inde cognoſci.

Locumtenens an poſſit eſſe in propria patria, per quod tempus, & a quo creatur.

SVMMARIVM.

Magiſtratus ſunt magni, & minimi, & qui, & quomodo ſe gerere debent, n. 1. 2. 3. & 4.

Officialis ſi non fuerit cognitus in officio, an eo finito cognoſcatur, in quibus caſibus, & a quo, n. 5.

Et qua pœna debet puniri, ſi loci in quo adminiſtrauit, aut domicilij, vel origenis, n. 6.

Officialis durante Officio dicitur caput ciuium, & eo finito, deſinit eſſe ciuis, n 7.

Priuilegium conceſſum Officiali, ne conueniatur, durante Officio, quomodo intelligatur, n. 8.

Et, an conueniatur pro debitis contractis ante Officium, n. 9.

An poſſit eſſe ciuis, n. 10.

Et an debeat eſſe domiciliatus in illo loco, vel originarius, n. 22.

Officialis ſi in officio delinquit, non debet iterum ad illud admitti, n. 11.

Locumtenens an poſſit eſſe in propria patria, & per quod tempus, & à quo creatur, & quæ cogneſcere poſſit, n. 12. & 13.

Et, ſi fuerint duo Locumtenentes vno eodem tempore in eodem loco, n. 14.

Locumtenens ſyndicatur, etiam ſi per modicum tempus adminiſtrauerit, nu. 15.

Et, an teneatur cauere, n. 19.

Acta facta per Locumtenentem, Capitaneo in territorio exiſtente, valent, ne ex modica varietate decipiatur partes num. 17.

Sed debet conſtare de eius cõmiſſione n. 16.

Locumtenentem creatum à Capitaneo, ſufficit eſſe creatum à principio ingreſſus Capitanei, n. 18.

Aſſeſſor an poſſit eſſe in propria patria, & per quod tempus, num. 20.

Baro etiam in paruis terris tenetur conſtituere ordinarium Conſultorem, n. 21.

1 Deueniamus quæſò ad alia, poſtquam ſupradixi de Magiſtratibus Magnis, & minimis, omiſſa diſputatione, qui ſint magiſtratus magni, & qui minimi,

mi,pro quorum ſcientia recurre ad gloſ.in l.nec magiſtratibus,ff. de iniur. ſciendū eſt quòd magiſtratus ſunt illi,qui ſunt in aliqua dignitate conſtituti,ſpectante ad adminiſtrationem Reipublicæ; vndè dicebat Ariſtot. lib.4.politicor. cap. 15. quòd oportet Magiſtratū eſſe in Ciuitate,qui otioſus eſſe nō debet,& eius cura eſt, populū ſuum præuenire ſuo cōſilio,& debent eſſe hi Magiſtratus prudētes,diligentes, & ſapiētes,vt eorum proprio marte gubernent, & in ſeipſis ſapientiam habeant,nedum de adminiſtranda, & gubernāda Republica tractant, verū vti aliena voce,ad differentiam Nautę,Nauem gubernantis, qui aliena voce vtitur; ſine enim prudentia Magiſtratuū, Ciuitas rectè gubernari non poteſt; illis enim non ſolū eſt præſcribendus imperandi modus;nā qui benè imperat,neceſsè eſt, vt ei benè pareatur; & Plato duo præcepta magiſtratibus Rempublicā gubernantibus dabat, vnū, ne vtilitate Ciuiū vtātur, vt quicquid agant, obliti eorum vtilitatē,ad illam Ciuiū,referāt; Alterū, vt nō vnam partem Ciuium defendant,& protegant, alterā verò deſerant, ſed totum corpus Reipublicæ curent. Immò dicebat Cicero, quòd Magiſtratus inſudare debent pro commodis cōmunibus Reipublicæ, euitando inter ciues Inimicitias, ſcādala, & rancores,cū Reſpublica,quandoque abūdet audacibus improbis,& quietē turbantibus, & ante omnia remouere debēt à ſeipſis ſuſpicionem eorum commodi; proprium enim eſt Magiſtratuū, vt quiſq; ſuum noſcat, & copia rerum,quæ neceſſariæ ſunt, inſit in Republica operādo, vt pauperes propter imbecillitatem non opprimātur a locupletibus; quòd non obſit iniuria ad ſua,vel tuen-
2 da,vel recuperanda,& debent eſſe periti, & cognoſcere de meritis cauſæ, & illam diſcernere, vt intendant quid iudicare debent; valde n. periculosū eſt eſſe Iudices ignorantes pro fama, ac conſciētiæ defenſione,Viu.deciſ.178 n.15.&16.debēt nihilominus habere prudentiam, quæ circa memoriam, & cognitionem rerum prǫteritarum conſiſtit,vt in ſimilibus caſibus habeāt in promptu exempla,quæ neceſſaria ſunt,de-
3 bent eſſe probi viri,quos non ducat ad puniendum iracundia,ſed potius æquitate moueantur,licet Bouad.lib.1. politic.cap.3.aſſerat
4 poſſe eſſe per prius delinquētes, & criminoſos; indè tacitos effectos,cùm vitijs hominum,& malitijs, tanquam practici præuenire poſſint,qui per totum eodem lib. de ſubſtant.& qualit. Magiſt. & de eorum requiſit. tractat.

Redeundo ad caſum noſtrum,pone quòd Officialis delinquerit in of-
5 ficio, & eo pendente, non fuerit punitus,an poterit finito officio, & à quò? Capoblanc. in tract. de

auctor.Baron.prag.5.n.61.& ſeq. dicit,quòd poteſt puniri,& adducit decretum. Ego autem motus ex Regia Prag. 7.de ſyndicat. Official.dicerẽ,quòd etiã ſi Officialis ſyndicatui paruerit, & litteras liberatoriales obtinuerit, poterit cognoſci de delictis in officio patratis,dummodò de illis in ſyndicatu non ſit cognitus, Carab. ſing. 135. Apont.de poteſt. Proreg.tit.de diuerſ.prouiſ.tit.poteſt ſubſtituend.in offic. n.9. & iterũ decil.26.& poſt iſtos omnes Mut decil. ſicil 5. & quando Thomas Marotto huius Terræ conquerebatur penes me, vti Syndicatorẽ Silueſtri Carola Gubernatoris huius Regionis, & Caſalium in anno 1618.& 1619. de quo paruit ſyndicatui, & litteras liberatoriales obtinuit,Thomas contra eum non egit in ſyndicatu, vndè cum fuerit ad idem officium de nouo admiſſus in anno 1620. & 1621. volebat Thomas agere contra ſyndicandum, & quærebatur, an poſſet in hoc ſecundo ſyndicatu cognoſci de geſtis in alio primo, de quo litteras liberatoriales obtinuit, dicebam, ex prag. ſupra relata,quòd ſic, ꝙ nota, quia quotidie euenire poteſt. Sed, ſi Officialis puniendus veniret pro delictis commiſſis in officio,
6 & contingat, eum puniri pœna Iuris municipalis, & occurrat diuerſam pęnã imponi, vnã nempè in Ciuitate, in qua adminiſtrauit, alteram verò in loco originis,vel domicilij, quæ illarum irrogari debet? dicas tu ex Par.de Put. in tract.de ſyndicat. in verb. ciuilitas Officialis cap. 1. nu. 7. puniri pœna Iurium illius Ciuitatis,vbi officialis adeſt, & adminiſtrat, quia caput ciuium eſt, ꝙ
7 ſecus eſt,finito officio,quia deſinit eſſe ciuis, & contrà Officialẽ in officio delinquentem,an procedi poſsit,& officio priuari,vide Capobl. de auct. Baron. prag. 5. n. 56. Sed pone, quòd Officialis priuilegium,vel litteras Principis
8 impetrauit, ꝙ durante officio nõ poſsit nec in ſyndicatu conueniri, quomodò intelligatur? dicas, ꝙ intelligit non poſſe vocari pro culpis,& negligentijs tantùm,nõ autem de barattaria, & extorſionibus,Par. de Put. in verb. elect. Offic. cap. 1. nu. 5. concordat. Baiard. ad Clar. quæſt. 73. n. 37. Quod idem Par. in. verb. duran-
9 te officio cap. 1. n.1. limitat,non procedere in debitis contractis ante officium,pro quibus durante officio conuenitur. An Ciuis
10 poſſit eſſe Officialis, Rouit. ad prag. 1. de Official. & quæ eis prohibentur n. 16. pro negatiua tenet dicens, Officialem non poſſe eſſe oriũdum, vel incolam in eodem loco,vel qui idem officium aliàs exercuit, quòd vltimũ non ſeruatur, vidi pluries officiales eſſe in eadem Patria per duos annos immediatè, & ſeruatur in practica,quòd is, qui aliàs officiũ prędictum exercuit in eodem loco, &

co, &

co, & litteras liberatoriales obti-
nuit, admittitur, ſin autem non
obtinuit, ſecus: ſed Officialis, qui
in officio delinquit, non debet
21 ad illud iterum admitti, dicit Ca
rauit. ad Rit. 3. n. 8. Carrocc. de
re furtiu. pœnes tertium repert.
quæſt. 8. n. 13. Montan. ad prag.
de adminiſtr. Vniuerſit. n. 37. fol.
mihi 25. Apont. de poteſt. Pro
Reg. tit. de elect. Official. §. 5. n.
1. & ſeq.

Congruẽter ad propoſitum quæro,
an Locumtenens poſſit eſſe in
22 propria patria? Franch. decif. 98.
& Rouit. prag. 5. de ſyndicat. offi-
cial. n. 3. pro affirmatiua conclu-
dunt, dũmodò ſit per modicum
tempus, nempè quindecim dies,
Par. de Put. de ſyndicat. tit. ſubſti-
tutus cap. 2. n. 4. fol. mihi 305. di-
cit, Ciuẽ poſſe eſſe Locumtenẽ-
tem, Bouadill. verò tom. 1. politi-
cor. lib. 1. cap. 12. n 23. pro nega-
tiua cõcludit, nedùm in Locum-
tenente, verùm etiam in omni
alio Officiali, officium exercente
in ſua Patria, nè aut gratioſus, aut
calumnioſus apud ſuos eſſe vi-
deatur, probat ex tex. in l. nulli,
C. de Offic. rect. Prouin. [in par-
uis tamen Terris, & Villis poſſũt
eſſe patriotæ, Capobl. to. 1. prag.
3. n. 226.] Tamen ſeruandã eſſe
loci conſuetudinem dixit Capo-
blanc. in nou. Impreſſ. de auct.
Baron. tom. 1. prag. 3. nu. 121.
qua auctoritate fretus, ego quan-
do partes Dñę Duciſſæ Grauinæ
Baliæ Dñæ Principiſſæ Venuſij
tuebar, dicebam, Claudium Ric-
cio Ciuitatis frequenti ab eadem
Dña Locumtenentem deputatũ
in eadẽ Ciuitate, & ſi vltra quin-
decim dies adminiſtraſſet, non
debere impediri, ſtante conſue-
tudine loci, & ſic obtinui, & in
hac mea Fuſcana Patria ſimilis
conſuetudo eſt, vt Locumtenens
etiam ad longum tempus exer-
ceat, & vidi per quamplures an-
nos continuare. [Tu verò vide
Bouadill. lib. 1. politic. c. 12. n. 26.

Non incongruè pro complemen-
to quærritur hic Locumtenẽs à
23 quo creatur? & quòd per Baronẽ,
& Officialem ordinarium creari
poteſt, multi DD. aſſerunt; ego
verò in hoc ſeruandam eſſe con-
ſuetudinem cenſeo, ſed circum-
ſcripta conſuetudine, dato, quòd
poſſit ab vtroque eligi, eſt aduer-
tendum, quòd ſi Locumtenens
deputatur à Barone, poteſt eſſe
aduena, & vltra quindecim dies
exercere, ſi verò creatur ab Offi-
ciali, ſiuè Capitaneo, poteſt eſſe
vltra quindecim dies, & Ciuis ra-
tio diuerſitatis eſt, quia ſi creatur
à Capitaneo, non poteſt exercere
cognitionem meri Imperij, quæ
Baronibus fuit communicata, &
non poteſt, niſi à Barone conce-
di, ſi verò à Barone, poteſt illam
exercere, ex Campagn. in Cap.
Regni, quia de Vicarijs, n. 9. & 11.
& D. Rouit. ad prag. 5. de ſyndic.
Official. n. 2. & 3. & nouiſſimè
Capoblac. cit. prag. 3. n. 220 &
ſeq. Ego verò, prout ſupra dixi,
cùm

cùm in hoc diuerſo modo ſit in Ciuitatibus conſuetudo, ſeruandam eſſe loci conſuetudinem puto, & idem Capoblanc. cit. loc. n. 221 concludit. Et, ſi fuerint vno eodem tempore in eodem
14 loco duo Locumtenentes deputati, vnus à Barone, alter verò à Capitaneo. Accidit in terra Mirabellæ, cuius Baro deputauerat Gaſparem Perna Locumtenentem, Capitaneus verò deputauerat Aloyſium Pirrotta; & ego dicebam præferri deputatum à Barone, ex Boer. deciſ. 152. Quando verò deputatur à Capitaneo, tūc de cauſis meri Imperij non cognoſcit, quia illi delegari non poſſunt, argumento eorum, quæ dicit tex. in cap. Clericos, de offic. Vic. & ex Put. deciſ. 229. lib. 2. tu vide Franc. Mar. q. 317. & nouiſſimè D. Rouit. ad prag. de Adminiſtratoribus, & quot perſon. ſeru. à nu. 8. ad fin. Verùm quando creatur à Capitaneo, finito eius officio, ceſſat, & illud Locumtenentis, Amend. ad Franch. deciſ. 165. n. 5. Et circa tempus, licèt Franch. cit. deciſ. 98. & D. Rouit. prag. 5 de ſyndicat. Official. n. 3. dicant, eſſe per modicū tempus, quos ſequitur Guttier. pract. quæſt. cap. 34. quod tempus modicum, declarant in quindecim diebus, & Capoblanc. cit. prag. 3. n. 217. extendat etiam ad viginti dies; tamen Bouadill. lib. 1. politic. cap. 12. n. 28. teſtatur, hoc tempus intelligi ex veriori practica in nonaginta diebus; quicquid tamen ſit, Locumtenens etiam ſi per modicum tempus exercuerit, ſyndicatur ex
15 prag. 5. de ſyndic. offic. & ibi Rouit. & acta facta per Locumtenētem non valent, nec executioni
16 demandantur, niſi conſtet de eius commiſſione, & locūtenentia, Guid. Pap. deciſ. 322. ſecus in delegato, & Iudice ordinario, qui ſufficit, vt ſit in poſſeſſione exercitij Iuriſdictionis, & non oportet docere de commiſſione, verùm ſi contingat, Capitaneū non eſſe in loco, in quo curia regitur,
17 ſed tantùm in territorio, & Locumtenens in loco Iudicij fecerit acta, valent, & ſubſtinentur, ea ratione, ne ex iſta modica variatione decipiantur partes, Boer. deciſ. 149. ſub. n. 15. & Mar. Giurb. deciſ. Sicil. 9. n. 7. qui dicit, ſic fuiſſe deciſum, quam doctrinam in pluribus cauſis allegaui; [concordat Palm diuerſ. Iur. gloſ. 15. n. 45. vidè Bouadil. tom. 1. politic. lib. 1. cap. 12. n. 26.] Et in caſu, quo Capitaneus Locumtenentē
18 creare poteſt, an ſufficiat ab initio ſui officij deputare vnum generalem cum clauſula, [toties, quoties caſus abſentiæ venerit,] an verò in quolibet caſu abſētię? D. Rouit. in prag. 5. de ſyndic. official. n. 6. affirmat, valere electionem factā ab initio; Et, an Locūtenens in ingreſſu ſui officij te-
19 neatur cauere de parendo ſyndicatui, & iurare, prout cæteri officia-

ficiales? vide Bouadill.tom.1.politic. lib.1. cap.6. n.23.& 27. & cap.12. n. 16.& ſeq.Sed quid in aſſeſſore an poſſit eſſe in ꝓpria pa-
20 tria Par.de Put.de ſynd. in verb. aſſeſſor cap. 1. incip. an poteſtas, n. 16. fol. mihi 129. ex tex. in l. conſiliarios,C.de aſſeſſorib.teſtatur quòd non, niſi per quatuor menſes,Capoblanc.verò de auct. Baron.tom.i.prag. 3.n.229.dicit, quòd Baro non tenetur dare or-
21 dinatium Conſultorẽ in paruis terris,& paruo officio. Ego autẽ contrarium ſeruatũ vidi in vtroque caſu,primo dari Conſultorẽ Ciuem, etiam per longũ tẽpus, & ſiuè terra ſit magna, ſiuè parua; ſed pro complemento queri poſt,an ſufficiat,vt ſit domicilia-
22 tus in illo loco,vel requiratur, vt ſit originarius, ad hoc, vt prohibeatur exercere in propria patria? Par de Put. de ſyndicat. in verb.aſſeſſor cap.1.incip.an poteſtas,n.16.fol.mihi 129,concludit,quòd ſufficit,vt ſit domiciliatus, quod nota, quia in dies euenire poteſt.Si dirigitur,vel committitur aliquid Capitaneo, an intelligatur de locũtenente?vide Bouadill.lib.1.politic.c.12.n.38. fol.mihi 183.

Caput Septimum.

ARGVMENTVM.

Priuilegium cõceſſum, vt offici[illegible] poſſit ſubſtituere in caſu abſentię,an habeat locũ in caſu mortis

An procedat, ſi fuerit officialis remotus,vel priuatus,

SVMMARIVM.

Priuilegium conceſſum Vniuerſitati, vel alicui, vt in caſu abſentiæ poſſit ſubſtituere, an procedat in caſu mortis,à num. 1. ad 11.

Quod amplia procedere, etiam ſi fuerit officialis remotus, vel priuatus, n. 12. & 13.

Subſtitutus debet continuare vſque ad aduentum ſucceſſoris, n. 14.

Mortuus dicitur abeſſe,num.6.

Mors,& abſentia æquiparantur, num.9.

Adæquatorum eadem eſt diſpoſitio, n. 9.

Officialis tutori æquiparatur, num. 10.

Baro an poſſit ſuo officiali licentiam concedere,& per quod tempus,num.15.

Si officialis fuerit abſens ordine Superioris,an hæc habeant locum, n.16.

Sindici, & Electi, an poſſint ſubſtituere, num. 17.

Subſtitutus gaudet omnibus, quibus Officialis ordinarius gaudet, & eidem honor debetur. num. 18.

MAteriam Locumtenẽtis proſequendo, quæritur, an Locumtenẽs Locumtenentem de-
1 putare poſſit? quæſtio hæc notabiliter eſt diffuſa per Viſcont. in ſing. ſuis in verb. Locumtenens, cui te remitto, ne exemplare videar,& vltrà cum vide Put.deciſ. 224. lib.2. & Bouadill. lib.1. politic. cap. 12. n.21. quos Viſcont. non adducit, ſed tantùm dubitatur,dato, quòd Locumtenẽs Locumtenentem deputare poſſit, vel quis, aut Vniuerſitas habeat Priuilegium aliquem ſubrogãdi, vel deputãdi in locum abſentis, an habeat locum in caſu mortis?

accidit

2 accidit in Ciuitate Ariani propter mortem ibi ſequutam Gubernatoris Anguli, qui, cùm Officiū Gubernatoris dictę Ciuitatis exerceret, ſicut Dño placuit, mortuus eſt, & ſequuta eius morte, Scipio Faudatarius Syndicus eiuſdē Ciuitatis exercebat officiū Locumtenentis, ex eo, quia Ciuitas illa virtute decretorum Regiæ Cameræ, & Collateralis Cōſilij erat in poſſeſſione exercendi officiū Locumtenentis per eius Syndicū pro tempore, quo officialis abeſt, & obſeruantia eſt, quod ſtatim, quòd Gubernator abeſt, Syndicus, vti Locumtenens, exercet officium loco, & vice ipſius Officialis abſq; vlla alia Commiſſione, & ſequuta morte ipſius Gubernatoris Anguli, Sindicus exercebat, & cum hoc audiuiſſet ille ingenioſus vir Califanus Auditor, ſe oppoſuit huic poſſeſſioni, & no-
3 lebat hūc ſyndicū exercere, & allegabat, ꝙ ſi Ciuitas in huiuſmodi poſſeſſione erat, intelligebatur de abſentia, nō autē de morte, ex
4 quo non fit extenſio de abſentia ad mortem; ego partes Ciuitatis tuendo, dicebam, Syndicum debere manuteneri, & Ciuitatem non turbari in eius poſſeſſione ex eo, quia vigore decretorum hanc poſſeſſionem habebat, & facultatem retinebat, propter abſentiam Officialis Syndicum exercere Officium. Vnde ſuccedit Iuris diſpoſitio,
5 quòd qui habet poteſtatem exercendi Officium, vel ad illud, quem eligendi propter abſentiā officialis, poteſt hoc facere in ca-
6 ſu mortis, ratione duplici; prima, quia mortuus dicitur abeſſe, gloſ. in c. ſi delegatus de offic. deleg. in 6. in verbo abeſſet, vt aduertit Mar. Giub. d. Sicil. 9. qui in
7 hoc caſu tenet, poſſe exercere, etiam officiale defuncto, & allegat Boer. deciſ. 149. n. 15. concurrit Bouadill. tom. 1. politicor. lib. 1. c. 12. n. 28. fol mihi 181. & de
8 Franch. dec. 255. ad fin. Alia ratione, quia tutor datus in caſu abſentiæ, cenſetur datus in caſu mortis; mors enim, & abſentia
9 æquiparantur, ex tex. in cit. cap. ſi delegatus, & æquiparatorū eadē eſt diſpoſitio, & proptereà ſi in caſu abſentiæ non prohibetur, in caſu mortis permittitur, vt ſupra,
10 ex Viu deciſ. 2. ſup. n. 5. Ergò idē dicitur de officiali, qui tutori æquiparatur l. præfectus de rit. nuptiar. Frec de feud. lib 2. quæſt. 56. n. 2. Corroborabā hanc meā opinionem ex Nauar. in prax. de elect. for. ſect. 1. quæſt. 8. n. 4. & 5. qui fretus auctor. Ricc. in collect 1056. tenet hanc facultatem in
11 caſu abſentiæ datam, cenſeri, & extendi in caſu mortis, & allegat caſum pro Excellentiſſimo Comite de Lemos, huius Regni Proregen, qui propter eius abſentiam apud Summum Pōtificem Clementem VIII. litteras eidem directas in caſu mortis extendi. Videntes, tàm Auditor Califanus,

quàm

quàm alij Domini meum reſpõſum indubitabile, ac doctrinã in terminis, dixerunt, inconueniẽs eſſe exercere abſque licentia huius Tribunalis, & impertiri quęrebant licentiam, reſpondebam, non poſſe hoc Tribunal id facere, nam ſumus in Iuriſdictionalibus, & regalibus, quę ad ſupremum Principem ſpectant; tandem recepi litteras commiſſionales confirmatorias, & comprobatorias facultatem, & poſſeſſionem Ciuitatis, potius, vt complacerem dictis dominis, quàm de iure exigeretur, ſed reſcripſi eidẽ Ciuitati, vt his litteris hic relaxatis non vtatur, ſed eius Sindicus exerceat virtute poteſtatis ſuffultæ, tum vigore decretorum, tum ex antiqua poſſeſſione, & ſic fuit obſeruatum.

Sed ſi Officialis non abfuerit, neque mortuus ſit, ſed tantum priuatus propter delictum durante Officio commiſſum, vel fuerit
12 declaratus inhabilis, an habet locum hoc priuilegium: vel conſuetudo, vt Locũtenens poſſit exercere? Maſtrill. tom. 1. de magiſtr. cap. 26. à n. 28. ad 35 pro affirma-
13 tiua cõcludit, ea ratione, qui paria ſunt non extare per mortem, vel remotionem; & remoueri ab Officio, & mori idem eſt, & n. 33. & 34. concludit, Locumtenentẽ
14 poſſe exercere quomodocũque officium vacet, & hic Locumtenens, ſiuè ſubſtitutus ſemper cõtinuat Officium ſuum, donec ſuceeſſor officialis venerit, Maſtrill. ibid. cap. 29. n. 31.

Et pro coronide quæri poteſt, an Baro poſſit Officiali licentiam
15 concedere, & per quod tempus? Maſtrill. cit. loc. cap. 29. n. 24. affirmat, poſſe Baronem licentiã
16 concedere Officiali per annum ad menſem tantum, fundat ſe in conſuetudine Panormitana, poſtea verò vidi Capoblanc. qui ſecũdam partem de auct. Baron. edidit tempore, quo munus Iudicis M.C.V. exercebat, & apud nos valde eius doctrina commẽdatur, & obſeruatur, qui eodem tom. 2. cap. 18. nu. 3. & 4. cum Maſtrillo concurrit.

Si Officialis verò fuerit à Superiore deſtinatus ad aliquod negotium peragendum extra locum ſuę adminiſtrationis, & per aliquod tẽpus vacauerit, an hæc habeant locum? Capoblanc. qui omnia congerit eod. to. 2. cap. 18. n. 7. & ſeq. mouet quęſtionem, & deciſionem adducit, quam vide, ne exemplare videar, & ad materiã, an Sindici Electi in caſu abſentiæ poſſint ſubſtituere? Capobl. ibid. num. fin. pro negatiua te-
17 ſtatur, ea ratione, quia alij collegæ præſentes poſſunt ſupplere, & exercere. Ego verò conſuetudinẽ loci ſeruandam aſſero, cùm multis in regionibus obſeruantiam vidi, & ſignanter in Ciuitate Ariani, quòd Sindicus, ſiuè Electus in caſu abſentiæ poteſt loco ſui alterum ſubſtituere. Qui ſub-

ſtitutus, ijſdem prægatiuis, & facultatibus, gaudet, quibus Officialis ordinarius, & eundem locum in ordine tenet, & debetur
18 idē honor, cùm eius ſub nomine comprahendatur, Maſtrill. ibid. cit. cap. 29. n. 33. ad 27. & ijs accedunt congeſta per Thorum in 2. par. Compendij deciſ. Regni, verb. Locumtenens.

Caput Octauum.

ARGVMENTVM.

Officialis quomodo debet ſtare quando deponit

An poſſit matrimonium, vel compatratum contrahere,

An poſſit mercaturas facere.

Quæ Officialibus prohibeantur, vel permittantur.

SVMMARIVM.

Si contingat, Officialem deponere, quomodo debet ſtare, num. 1.

Si habet filium vel fratrem rixoſum, & non eijcit, poteſt officio priuari, num. 2.

Officialis durante officio, prohibetur matrimonium contrahere de Iure ciuili, n. 3. Secus verò de Iure canonico, n. 4.

Matrimonium eſt liberum, num 5.

Bartholomæus Ripa Capitaneus Capitis Sileris durante officio matrimonium contraxit, num. 4. & 6.

Officialis an poſſit mercaturas facere, & in quibus caſibus, à n 7 ad n. 21.

Et an poſſit per interpoſitas perſonas, ibidē

Mercatura eſt prohibita Officialibus, & Militibus, num 8 & 19.

Tutor prohibetur bona pupilli emere, n. 17

Limita niſi tutor bona fide emiſſet, n. 18.

Bona fides pluribus modis arguitur, n. 18.

Bannitus non poteſt per interpoſitam perſonam emere, nec contrahere, num. 20.

Milites non poſſunt per interpoſitam perſonam emere in Prouincia, in qua militant, num. 19.

Mulier non poteſt inter viuos marito donare, num. 21.

Amplia procedere neque per interpoſitā perſonam, ibid.

Officiales an poſſint compatratum contrahere, num. 22.

Don Didacus de quinone Præſes compatratum contraxit cum Alexandro Stefanellis, num. 22.

Ioannes Toſinus Aduocatus Fiſcalis compatratum contraxit cum D. Ioanne della Marra, & iterum cum eodem Stefanellis, ibid.

Fabius Caracciolus Comes Pincerni Præſes compatratum contraxit cum Comites S. Mariæ Ingriſonis, ibid.

Antonius Garganus Auditor compatratum contraxit cum Aduocato pauperum, ibid.

Didacus Rubeus de Victoria Aduocatus Fiſcalis compatratum contraxit cum Doctore Iacobo Nardone, ibid.

D. Andreas de Zuniga Auditor compatratum contraxit cum Fabio Luciano, ibid.

Officialis debet moderare ſportulas actuariorum, num. 24.

Et, ſi ipſe immoderatas exigit, pœna concuſſionis tenetur, num 23.

Sportulæ exceſſiue non debent exigi, n. 25

Decretum ſi continet plures inquiſitos debet vnicum ſalarium exigi, num. 26.

Officialis poteſt legatum in teſtamento ſibi relictum conſequi, num. 27.

Officialis ſi acceſſerit ad capiendā poſſeſſionem

ſionem ſine litteris Commiſsionalibus, an debeat admitti, num 29
Officialis an in ingreſſu ſui officij teneatur iurare, num. 30
Iuramentum an præſtetur per officialem in ingreſſu ſui officij, ibid.
Decius Scaglione laudatur, num 30.
Officialis, ſi fuerit offenſus, an cognoſcat de iniuria, vel Baro, num. 32.
Alapam dans officiali à quo puniatur, & qua pœna, num. 32.
Si fuerit Officialis offenſus verbis, an cognoſcat, num 33.
Officialis cognoſcit de iniuria ſibi illata quando eſt notoria, num. 34.
Officialis an teneatur de geſtis per eius famulum, & in quibus caſibus, num. 35. 36. & 37.
Officialis an debeat interuenire in parlamento Vniuerſitatis, & in quibus caſibus, num. 38.
An poſſit licentiam denegare, num. 39.
Si officialis negauerit, licentiam præſtitiſſe, & decuriones affirmauerint fuiſſe datam, cui credendum, n. 40. 41. & 42
Officialis in ciuilibus Dominus territorij eſt, num. 44.
Amplia etiam ſi Eccleſia eſſet Domina Iuriſdictionis, num. 44.
Officialis in ciuilibus debet eſſe in Conſilio, num. 43.
Officialis in criminalibus cognoſcit de delicto Baronis, num. 45.

1 SI contingat, Officialem in dignitate poſitũ delinquere, quãdo examinatur; debet ſtare, non autem ſedere, Caball. reſol. criminal. cent. 1. caſ. 54. cuius doctrinã bis allegaui. Primò, quãdò Aſcanius de Socijs Baro Caſtri Sãcti Nicolai Monfreda, bonitatis, & intrepiditatis non modicæ, ac amici perfecti, quando tãquam teſtis examinabatur per Regium Fiſcum, quòd debebat ſedere, [Ex Maſtrill. de magiſtr. lib. 2. tit. de viſitat. c. 2. n. 55. qui Siciliæ ſic ſeruari refert] quia vltra eius merita, erat Baro ſubditorum, & allegabã Caball. cit. caſ. 54. n. fin. tenentẽ, Principes, Duces, Marchiones, Comites, & ſimiles agẽtes cauſſas proprias, debere ſedere in loco; tamen inferiori Iudici, & petebam dictum Baronem tempore depoſitionis ipſum examinari tecto capite, attenta qualitate perſonæ, & tamen fuit examinatus (capite coperto) & iterum allegaui in cauſa Doctoris Camilli de Simeone Gubernatoris Apitij inquiſiti, vt ſupra dixi, examinandũ fore tecto capite, & ſtando.

Si Officialis habuerit in officio fratrem, vel filium rixoſum, ſi non
2 prouidet, vt frater, vel filius ab illo loco diſcedat, poteſt ab officio expelli, Garl. ditt. 6. Et ego vellẽ exagerare cauſam, propter quam motus fui huic doctrinæ operam vacare, ſed honeſtatis cauſa taceo

Officiales prohibentur in loco, vbi adminiſtrant, durãte officio, ma-
3 trimonium contrahere de Iur. ciu. ex l. ſi quis officium, ff. de rit. nupt. Afflict. in conſt. Regn. com muniter, n 3. [Sequitur Cõſiliar. Carleual. ſept. 2. n 68.] in tract. de iudic. quod intelligit proce-

4 dere in officialibus annalibus, & non perpetuis ſub pęna publicationis; De Iure autem canonico ſecùs, quia matrimonium eſt li-
5 berum, cap. cùm locum, & cap. gemmá de ſponſalibus, vt idem Afflict. eod.loc.dicit, qui n.1.aſ-
6 fert,durãte officio,officiales non poſſunt cõtrahere,vide Peregrin de Iur.Fiſc.lib.2. cap.10. n.9.& ſeq.& lib.4.cap.7. n.9. & ſeq. Et ego conſultus,ſic reſpondi,poſſe
7 Bartholomæum Ripa Capitaneũ Capitis Sileris, durante officio, matrimonium contrahere in eadem terra,prout contraxit,vide Maſtrill.de magiſtr. par.2. lib 5. cap.6.nu.121. Capoblanc. tom. 2.de auct.Baron.c.25. n.13. An poſſint negotiari,vel mercaturas facere,vel cõtrahere; Diſtingue; aut certatur de emendis immobilibus;aut de alijs,ſi primo caſu, poſſunt omnes Officiales,Præſides, Senatores,& alij Magiſtratus Iuriſdictionem habentes emere immobilia in patria,vbi adminiſtrant;[Reg.Conſtant.in l.nullus C.de decurion.lib.10.nu.82. & 83.]Si verò ſecundo caſu, ſubdiſtingue;aut ſumus in officialibus habentibus Iuriſdictionem, aut non;ſi prò caſu,iterum diſtingue, aut ſunt perpetui;aut tẽporales;ſi primo caſu,& ſic perpetui, non poſſunt;ſi verò temporales, poſſunt, ex Oſaſc.deciſ.144.n.13. & ſeq.& afflict. in conſtit. communiter,n.1. & ſeq. & ratio eſt illa, quia officiales propter negotiationem,& mercaturã impediuntur vacare ſeruitio, ad q ex debito officij tenentur, D. Rouit. in prag.1.de mercatur offic.n.3 qui
8 ampliat,mercaturam eſſe prohibitam,etiam militibus, ſequitur opinionem D.Rouit. Nouar. in ead.prag.1 de mercatur.n.2. Ego verò addo aliam rationem, nam
9 per mercaturã officiales de proprio cõmodo tractãt, & in ea cadit officij auctoritas, & timor in ſubditos, & per conſequens poſſunt viliùs emere, & cariùs vendere in damnum ſubditorum, & cõtrà publicam vtilitatem; limi-
10 ta tamen in pluribus caſibus, & primo,ſi emerit propter propriũ vſum,& inde aliqua cauſa legitima ſuperueniente vendiderit,nõ
11 dicitur negotiari, quia venditio ſuperueniens non arguit volun-
12 tatem vendendi, nec cenſetur negotiari,[Ex prag. edita Madrid die 18.Iulij 1625. quæ eſt 6. de trigeſim.& ſalario, §.4. vt dicam infra tit. de facult. doctor. c.1. n. 35.]Limita ſecundò,ſi fructus ex proprio fundo, vel proprijs animalibus habuerit,de illis poteſt, quæ ſibi videbitur,vendere,prout congerit,Nouar.in prag.citar. n.3. & 6. etiam ſi cariùs vendat, quàm prius emit, quia prætium
13 eſt mutatum ſecundùm temporis diuerſitatem;Limita tertiò, vt poſſit officialis recipere pignora, ex tex. in l.in quorũ ff. de pignorib.quem ſequitur D Rouit. in prag.11.de empt.& vẽdit.n.3.

Limi-

14 Limita quartò in officiali pecuniario, qui poteſt negotiationē facere de pecunia ſui officij, nec pęnam incurrit, ea ratione, quia pecuniæ ipſius officij, dominium in eum translatum, & damnū, & lucrū ſibi imputatur, Menocch. de arbitr. Iudic. caſ. 186. n. 24. & 25. Gratian. diſcept. Forenſ. c. 505 n. 20. ſequitur. D. Rouit. eod. loc. n. 6. [Limita quintò, cū non ſubdito, cū quo mercatura non prohibetur, Lanar. conſ. 43. n. 24. & ſeq.] Sed conſequenter quæritur, poſtquam officiali, vt ſupra dictū
15 eſt, prohibetur negotiatio per ſe an poſſit per interpoſitas perſonas? dicas, quòd non, per prag.
16 enim 1. de mercatur. in finalib. verb. prohibetur negotiatio, etiā per interpoſitas perſonas, ea ratione, quia quando quis actū per ſe conficere non poteſt, neque per alium ipſum gerere valet, & ratio rationis eſt, qui per aliū facit, per ſeipſum facere videtur; plura exēpla adducuntur; primò
17 in tutore, cui prohibetur emere bona pupilli, in quē fraus fieret; prohibetur etiam per interpoſitā perſonā id fieri l. pupillus §. item. ipſe, verſ. ſed ſi per interpoſitā, ff.
18 de auctorit. tutori etiā bona fide emiſſet, ex Bald. conſ. 347. in 1. dub. & probatur in l. cum ipſe C. de contrahend. empt. quæ bona fides arguitur pluribus modis. Primò ſi interuenerit conſenſus alterius cū tutoris. Secūdò ſi adhibentur conſaguinei pupilli. Tertiò ſi tutor publicè, palàm, & ſub haſta res pupilli vendi expoſitas emerit, congerit Menocch. de arbitr. Iudic. caſ. 459. n. 9. 10.
19 & 11. Secundò prohibetur negotiatio in milite ex D. Rouit. ſupra cit. licèt prag de officialib. non autem de milite loquatur; miles enim prohibetur per interpoſitā perſonam prædia emere in Prouincia, in qua militat, l. milites ff de re militar. niſi prędia paterna, & ſuorum maiorū eme-
20 rit, l. milites prohibentur ff. eod. Tertiò limitatur in Bannito, cui prohibetur emere, & cōtrahere, ſtante ſtatuto, neque per inter-
21 poſitam id perficere valet. Quartò limitatur in muliere, cui non permittitur, vt inter viuos marito donet, prohibetur etiam ei id facere, etiam per interpoſitam perſonam, quamuis ex perſona illa eidem mulieri quæratur, vt per bellè congerit Menoch. citat. caſ. de arbitr. Iudic. 459.

Sed redeundo ad propoſitum circa ea, quæ Officialibus prohibētur, ſciendum, quòd nec poſſunt cō-
22 patratum contrahere, ex prag. 8. de Official. quod nunquam ego vidi ſeruatum; ſemper enim vidi Officiales huius Tribunalis com patratum contrahere, nedùm inter ipſos Officiales, inter quos Regia pragmatica facultatē tribuit contrahendi compatratum, vt vidi inter D. Didacum de Quinones Præſidem, & Auditorem Alexandrum de Stefanellis, verùm etiam

etiam inter Officiales,& alios nō Miniſtros, & vidi inter Don Ioannem della Marra Baronē Montis Marani,& Ioannem Thoſinū Fiſcalem integerrimum moribus ornatum, litteris prædıtum, & iterum inter eumdem Toſinū cum eodem Stefanellis, antequā Officiū Auditoris adeptus eſſet, & iterum inter D. Fabium Caracciolum Comitem Picerni,Præſidem conſcientiatum, & ab omnibus laudatum cum Comite Sanctæ Mariæ ingriſonis, verùm etiam vidi compatratum contrahi inter Antonium Garganū Auditorem, & filium Doctoris Carminij Centrella, pauperum Aduocati litterati,qui Officiū prędictum cum magna diligentia, & pietate exercet; necnon inter Doctorem Iacobum Nardone Aduocatū in hoc Tribunali, munitum, ſcientia, & modeſtia, & eius filium cum D. Didaco Rubeo de Vittoria huius Audientiæ Fiſcali meritiſſimo, & omni laude digno propter ſcientiam, & virtutes, & nouiſſimè vidi compatratum contrahi inter D. Andream de Zuniga Auditorem cū Fabio Luciano de Theore. Adeò quod teſtari poſſum, nunquam hanc pragmaticam fuiſſe ſeruatā. [Tamen ſi fuerit cum affinibus, & ſanguine coniunctis vſque ad tertium gradum,poſſunt compatratum contrahere, prag. 6. de trigeſim. & ſalar. §. 3.]

Et ſi Officialis fuerit inquiſitus ſportulas immoderatas recepiſſe, te-
23 netur pęna concuſſionis, ex tex. in c. ſtatutum §. notarium, gloſ. in ver. metas rationis de reſcrip.
24 in 6. in quo §. habes Iudices debere moderari ſportulas Actuariorum, quod vtinam hic ſeruaretur, quia contra doctr. Rouit. in prag. 38. de offic. Mag. Iuſtit.
25 nu. 3. exiguntur per Actuarios ſportulæ exceſſiuæ. Immò ſi plures in vno decreto continentur, exigitur, ac ſi à pluribus decretū
26 exigi debuiſſet, ꝙ malè, & ego nunquam hoc permiſi, ſed ab Actuarijs exigendum curaui vnicum decretum, etiam ſi decretū prædictum contineret plures inquiſitos, dummodo vnicum caput compręhendat. [Et in occurrenti caſu inter hanc Terrā Montis Fuſcoli,& Marchionem Vici, tunc vtilem Dominum ipſius, fuit per Sacrum Cōſilium interpoſitum Decretum, quòd nedū Ego vidi in Codicibus Vniuerſitatis; verum etiam inſertum habes per Nouar. tom. 2. de grauamin. Vaſſall. grauam. 97. n. 7. quòd hic adducere libet, vt abſq; illius libri reuolutione cognitio habeatur ſequentis tenoris v3. Et reſpectu Vniuerſitatis Terræ Montis Fuſcoli pro grauamine fuit reputatum in Anno 1565. apud Regium Conſiliariū Quadram cauſæ Commiſſarium contra Marchionem Vici tunc vtilē Dominum, dum eueniente caſu, quòd pro vna eademque cauſa,

vno

Digitized by Google

vno eodemque tempore erant inquiſiti, præfatus Marchio, & eius Officiales mandabant, quẽlibet dictorum inquiſitorum facere debere ſuas defenſiones ſeparatim, & diſiunctim non obſtante, quòd vna defenſio concerneret omnium defenſionem,& pro inde extitit prouiſum debere abſtinere, & ad libitum inquiſitis in tali caſu ſeiunctim, & coniunctim defenſiones facere licere.]

Poſſunt officiales legatum ſibi relictum in teſtamento conſequi, &
27 valet,de Franch. deciſ. 493. & poſt eum Capoblanc. de auctor. Baron. prag. 4. n. 26. & 27. Et ſi
28 Officialis fuerit notoriè creatus ad adminiſtrationem alicuius loci, ad cuius poſſeſſionẽ capiendã
29 acceſſerit,ſine tamen litteris cõmiſſionalibus,dices illas amiſiſſe, quid faciendum, an ei credatur? vide.Parid.verb.an officialis; &
30 ſi cum litteris cõmiſſionalibus acceſſerit officialis Baronalis,an tẽpore ingreſſus ſui officij,teneatur deferre Iuramentum,ſicut, & deferunt Regij officiales ex Regia Prag.4.tit. de officialib.habui in facto,quando Doctor Vincentius de Martino Terræ Vitulani fuit deputatus Capitaneus in Terra Griptæ Minardæ in principio ſuę adminiſtrationis, & ſic tempore oſtenſionis ſuę Commiſſionis fuit contradictum, ne admitteretur ad adminiſtrationem,niſi Iurauerit iuxtà dictam Pragmaticam Doctor Detius Scaglione in noſtro ægeſtatis tempore non modicę opinionis, dicebat hoc
31 Iuramentum omninò pręſtandũ eſſe, & mouebať ex illis verbis in prag. cit. [Itẽ accipiant Iuramentũ à quolibet ipſorũ in quocũque officio ordinentur.]Hoc mihi reſcripto per dictum Doctorẽ Vincentium,ex eiſdem verbis defendebam,cum paulò poſt verba per Scaglionẽ allegata leguntur alia [Simile Iuramentum præſtabunt omnes officiales,qui per nos, & noſtrã Curiam creabũtur pro tẽpore] Ergo colligitur de officialibus Regijs,non autem Baronalibus loqui, & cùm lex nõ expreſſit, nec nos exprimere debemus, cùm de caſu ad caſum nõ debeat fieri extenſio.Immò dicebam, vt meam opinionem cõprobarem, ſub hoc Iuramẽto in prag.ſtatuto nõ cõprehendi officiales Baronales; allegaui Rouit. ad cit. prag.quibus conſideratis,fuerunt relaxatæ prouiſiones deciſiuę per hac R. A.quòd pro tali Iuramẽto non moleſtetur, & Scaglionus acquieuit, & Vniuerſitas eum ad adminiſtrationem admiſit. Et ſi fuerit Officialis offenſus, vel ei
32 alapa data à quo puniatur dans, & qua pœna, & an Baro,vel Officialis de talia iniuria cognoſcat? vid.Roland. à Vall. conſ. 48. per tot. Maſull. ad Capic. deciſ. 124. & Caball. cõſ.128.poſt Farinacc. q.12.de delict. n.39. & ſeq.

Sed, ſi Officialis fuerit offenſus verbis ab alio, nempè, quod malè promul-

33 promulgauit bannum, vel edictum, an debeat puniri, & qua pœna? accidit in facto in perſonam de Lorito Caſal. Arboris inquiſiti in illa Curia de verbis malè, & irreuerenter prolatis in Capitaneum dictæ Terræ, & Bannum per eum emanatum, & in platea publica affixum circa venationem, & introducta cauſa in hac R. A. me patrocinante pro D. Benedicto Salinas affictatore dictę Terræ fuit dubitatum, qua pœna debebat puniri, ego dicebam, non tractandum eſſe de pœnæ punitione, quia intrat deciſ. Viu. 28. nu. 5. ſed de remiſſione cauſæ ad illam Curiam, qua pendente, fuit habilitatus.

Sed, quòd poſſit idem Officialis offenſus cognoſcere, quando iniu-
34 ria eſt ei, vti Iudici illata, & eſt notoria, teſtatur Gaill. obſeru. 39. lib. 1. vide Viu. deciſ. 278. n. 2. Quęro vnum, quod occurrit; quidam bonus vir, & conſcientiatus Iudex, ſtante fuga ſui famuli ſe-
35 quuta, emanare fecit bannum pro grauaminibus factis ab eodē famulo, comparuerunt quidam creditores dicti famuli, petentes ſolutionem eius, quod famulus debebat, dicebat ille Dominus hoc bānum per eum emanatum ligare tantum grauatos ratione officij, non autem creditores dicti famuli ex alia cauſa, & allegabat Ann. ſing. 364. Ego verò dicebam hoc procedere, quandò Dominus ignorauit, quādo verò
36 ſcit, tenetur Dominus, ex Afflict. deciſ. 308. n. 11. quibus non obſtantibus, noluit parere legalibus præceptis, & ſoluere; quando au-
37 tem tenetur Dominus pro famulo delinquente, vide Petr. ad Garmat. deciſ. 3. n. 13. & Farinacc. q. 34. de carcer. num. 53.

Officialis debet interuenire in quolibet colloquio Vniuerſitatis, vt
38 ſciat, quę geruntur, & tractantur, niſi ſubditi litigantes cum Barone velint contrà Baronem cōſilium facere, & ſe congregare, tūc licētia petita, & nō obtēta ab
39 officiali, poſſunt abſq; eius interuentu Ciues coadunare in colloquio, dummodò contrà Baronē tantum loquatur, Ann. ſing. 367. vide ibidē Fab. filium, & Nigr. in cap. grauamina n. 110. & Amend.
40 ad Franch. deciſ. 446. Et ſi Officialis dederit licentiam pro congregando Concilio, quàm poſtea negat præſtitiſſe, & Sindici, vel Electi affirment eā fuiſſe per Officialem conceſſam, cui (inquam)
41 credendum, officiali neganti, an decurionibus Vniuerſitatis affirmantibus? Accidit pluries, & ſignanter in Terra Sancti Angeli all'Eſca, cuius Vniuerſitas ſe Congregauit pro Concilio faciēdo. & dicunt in Colloquio facto de menſe Februarij 1621. illi de Regimine, habita licentia à Gubernatore pro vendendo affictu Portulaniæ, indè orta eſt quæſtio cum aliquibus particolaribus ad annullandum colloquium qui, addu-

adducunt fidem Capitanei non interueniſſe in colloquio, nec licentiam per eum impertitã fuiſſe, Electi replicabant contrariũ, tunc temporis fuiſſe conceſſam; Et pro indè, cùm electi, etiam Ciues viri probi, & digni hoc dicãt,
42 illis affirmantibus, credi debet potius, quàm officiali neganti, ex Montanar. ad prag. 2. de adminiſtrat. Vniuerſit. Et ſi contingat in loco eſſe duplicem Officialem, vnum, nempè, in ciuilibus, alterum in criminalibus, ſi occurrat vnus ex illis delictum committere, à quo puniatur.

Pluries occurrit adſunt enim plures regiones habentes officialem ciuilem, & criminalem, & ſignanter in hac Prouincia, & in caſu occurrenti.

Dicunt multi Baronẽm ciuilem eſſe verum Dominum, non autem criminalem, ex Capoblanc. prag. 1. n. 64. alij dicunt, vt ſi ciuilis delinquat punitur à criminali, & econtra, ſi criminalis crimen cõmittat cognoſcitur à ciuili, Mele, qui multos adducit ad Gizzarell. deciſ. 24. n. 36. alij ſubſtinent, vt ſi ciuilis delinquat, puniatur à criminali, Bartol. in l. fin. de rer. diuiſion. Baiard. ad Clar. quæſtion. 35. n. 9. & ex Regnicolis Capic. deciſ. 27. n. 10. Ricc. collectan. 433. ad fin. Conſiliar. Merlin. controuerſ. forenſ. cap. 69. n. 24. & ante eum de Franch. deciſ. 274. & ibi idem Ricc. Reg. Tap. to. 1. Iur. Regni in conſt. Magiſt. Iuſtitiar. nu. 20. Nouar. de electĩon. For. tom. 1. ſection. 2. quæſt. 34. nu. 13. de Angel. ad l. 4. C. de offic. Præfect. prætor. n. 9. Quod ampliatur procedere, vt officialis criminalis cognoſcat Iudicem ſecundarum cauſarum delinquentem, Capoblanc. ſing. 45. n. 87. quem ſequitur de Angel. cit. loc. nu. 50. & ego tetigi tit. de qualit. Official cap. 1. n. 34.

Sed an cognoſcat de officio Baiuli, & eius delicto, vide quæ dico tit. de Official. in gener. cap. 1. n. 11. & poſt ibi ſcripta Baldax. de Angel. citat. loc.

Et Vaſſallus duorum Baronum, ciuilis, nempè, & criminalis, cui inſeruire debet, vide Marta de Iuriſdion. par. 2. caſ. 18. n. 8. & ſeq.

Et ſi Baro habens criminalem poteſtatem male tractat Vaſſallos, tunc Baro habens ciuilem poteſt pro eis male tractatis agere. Immò, & appellare, Ann. ſingul. 61. quem ſequitur de Angel. ad l. Iubemus §. illud etiam C. de defenſor. Ciuitat. & refert ſic fuiſſe per Sac. Conſil. deciſum inter Ducem Populi, & Abbatem Gabrielẽ, ſtũ vide Maſull. ad Capic. deciſ. 9. nu. 9. Paſcal. de Patria poteſtat. par. 1. cap. 10. n. 29.

Verum ſalarium debitum Officialibus diuiditur inter ciuilem, & criminalem, & domus Curiæ aſſignatur criminali, niſi contraria eſſet conſuetudo, Campagn. in cap. illuſtri n. 39.

Et in parlamento Vniuerſitatis debet

Digitized by Google

bet procedere licentia Officialis ciuilis; verùm ſi criminalis voluerit aſſiſtere non prohibetur, & in ſedendo tam in parlamẽto, quã in alijs locis ſemper Officialis criminalis præfertur ciuili, Capic. qui ſic deciſũ per Sa.Conſ. refert deciſ.27. dubio 6.Cãpagn. in dicto cap. Illuſtri n.41. & 42. Ann. ſingul. 368 Capobl.prag.1. n. 51. quòd ampliatur procedere etiam ſi Eccleſia ſit dominia Iuriſdictionis Ann.allegat. 52.vide de Thoro tom. 1. compen. deciſ.in ver.Officialis fol mihi 367.

Et ſi erũt duo Combarones, & vnus delinquat, an poſſit, ab alio Combarone puniri; depẽdet hæc quæſtio, ſi vnus Princeps poteſt ſuũ ſocium ſibi ęqualem in eodem ſtatu delinquentem punire, Rota Romana deciſ. 3. de Foro competenti in antiquis, vide de Thoro tom.3. verbo Baro an cognoſcere poſſit fol.98.col.1. Amend. ad Franch deciſ. 434. n.2.& ibidem Ricc.

Et ſi ſunt plures hæredes vnius Domini, & habent Iuriſdictionẽ inſolidum debet ſeparatim per vnũ exerceri, niſi de comodo, vel incomodo omniũ tractaretur, tunc vnus non poteſt exercere, vel pęnã relaxare ſine alio, Campagn. in cap. Illuſtri n. 43.

Sed quas cauſas poteſt cognoſcere Officialis criminalis habens Iuriſdictionem criminalẽ eſt adeũdus, Io. Franc. de Leonard. in practic. Official. cap.13.n. 42.& ſeq.

Et ſi fuerit illata iniuria Baroni, eius Officialis nõ poteſt iniuriantem cognoſcere, ſed tantum carcerare, Conſiliar. Carleual. in tractat. de Iudic. n.787. ſed vide n.797.]

Caput Nonum.

ARGVMENTVM.

Baro an petat remiſſionẽ cauſæ ſui ſubditi pro delicto leui, vel delicto non probato.

An in decreto Regiæ Audientiæ poſſit apponi norma, vel forma, quid ſit faciendum.

SVMMARIVM.

Remiſſio cauſæ an detur pro delicto leui, num. 2. 3. 4. & 5.

Et ſi de delicto non conſtat, num. 1.

Et quæ ſit forma decreti remiſſionis, num. 6.

In decreto remiſſionis, an poſſit apponi conditio, norma, ſiue forma, n.7. & de exemplis, ibid. & num. 10.

Remiſſio cauſæ non datur, quando impunitas delicti ſuſpicatur, num. 8.

An ſi Baro abſit in longinquis partibus, num 9.

Baro ſi eſt ſuſpectus, habet electionem, & poteſt Iudicem eligere, num. 11.

Et in quibus caſibus priuetur exercitio, num. 11.

Iudex electus à Barone, an dicatur ſuſpectus, ſi eius Terra diſtat à loco vbi reſidet Reg. Audien. num. 12.

1 Dictum eſt ſupra, quòd Regia Audientia cognoſcit de nonnullis cauſis, conſequenter quæritur, ſi Baro petierit remiſſionem ſubditorum, contra quos

Digitized by Google

quos delictum non conſtat, an ſint remittendi? Foller. in conſt. capitaneorum, n. 56. & 60. dicit, quòd in delictis leuibus non da-
2 tur remiſſio ad euitandas expenſas, plus enim expēderetur, quàm eſſet pęna delicti; idem tenet Carauit. Rit. 235. n. 10. ea ratione, ne iniuſtè vexentur ſubditi D. Reg. Tapp. in prag. 1. vbi de delicto
3 n. 6. tenet, ꝙ ſiuè graue delictum ſit, ſemper remitti debet, immò receptum eſt in Sac. Conſ. remiſſionem dari, etiam ſi inquiſitus veniret abſoluendus, ſequitur Petr. ad Gramat. dec. 26. n. 6. qui granum ſalis addit, remitti nēpè, etiã ſi leuè delictum ſit, dũmodò
4 aliqua pœna puniatur, Capobl. da auct. Baron. prag. 8. par. 2. n. 99. & ſeq. tenet remiſſionē dari, ſi Baro non grauauerit, licèt non
5 graue delictum eſſet, vel non cõſtaret, & pium eſt remittere, & addit ſuum ſalis granũ, vt Curia Baronalis procedat ad habilitationē, vel extra carceres audiat, quod fuit ſeruatũ per hanc R. A. in cauſa Simonis Marra de Serino inquiſiti, ex quo Roncã aſportauit, pro quo de facto fuit carceratus per Curiam Sereni, & cùm hoc delictum leue diceretur, fuit per R. A. Curiæ Sereni remiſſus, dummodò audiat extra carceres, ex eo, quia per carcerationem de facto Curia Sereni grauauit, & ſemper velle grauare præſumebatur: ſed quãdo penitus nõ adeſt delictum, ſed fuit reus captus caſu, vel odio capientium, vel alio modo non debet remitti, & for-
6 mã decreti ponit Rouit. in prag. 1. vbi de delict. n. 40. videlicet, declaratur, nõ eſſe locum remiſſioni petitæ per Baronē; At quãdo denegatur remiſſio Baroni, puta quia grauamen à Barone illatum adeſt, vel quia caſus non eſt comprehenſus in priuilegio, decretum interponitur, cauſa remaneat, in R. A. remiſſione per Baronem petita non obſtante, Rouit. ibid. n. 40. Vtrũ hæc R.
7 A. in remiſſionibus cauſarũ quas Baronibus concedit, poſſit nè apponere, ſiuè dare normam, ſiuè formam Curiæ, cui remittuntur procedēdi cum inquiſitis, nēpè, vt eligat Iudicem in hac Terra, vel non amoueat à carceribus R. A. huius carceratos, vel aliã conditionē apponat, per quã conſideretur intereſſe Baronis, [Vt nõ poſſit apponi norma, ſed ſimpliciter remitti. refert Capoblanc. prag. 3. n. 173. Nouarius tamen de elect. For. tom. 2. quæſt. 7. num. 4. refert poſſe mandari, vt certiorē reddat.] accidit in perſonam Nuntij de Maſi de Terra Ayrolæ in hac R. A. inquiſiti de emptione rei furtiuæ, conuerſatione cùm Carolo Truppa foriudicato, & participatione in eius furtis, & alijs, pro quo cum R. A. decretaſſet, ꝙ cauſa remaneat, ſtante, quòd agebatur de participatione, & conuerſatione cum foriudicato, fuit appellatum ad

Magnam Curiam pro parte Ducis Ayrolæ à decreto prædicto appellantis,& per M. C. fuit cauſa remiſſa ad Curiam Ayrolæ,verùm de exitu cauſæ ante exequutionem ſententiæ certiorem reddat M. C. & ex huiuſmodi qualitate videns Dux Ayrolæ magis intricatum,iterum ad S. C.appellauit,in quo cauſa introducta,fuit interpoſitum decretum, quòd remittatur ſimpliciter, cuius tenor eſt, v3. Die 23. Iulij 1620. Neapoli, audita relatione Magn. V. I. D. Gaſparis Palatij Regij Conſiliarij,& Iudicis M.C.V.per Sacrum Conſilium, remiſſa eſt cauſa eidem M.C.V. quæ prouideat, q; remittatur ſimpliciter, hoc ſuum. De Mercatis Secret. Quo decreto interpoſito fuit per ipſam M. C. interpoſitum aliud decretum tenoris ſequentis, v3. In cauſa Nuntij de Maſi inquiſiti de emptione rei furtiuæ, participatione in furtis introducta in M. C. per viam appellationis à R. A. P.V. vt in Banca Groſſi ſuper remiſsione petita ad Curiam Ayrolæ. Die 23. Iulij 1620.Neapoli;facto verbo,&c.Per M.C.V. fuit prouiſum,& decretum,quòd pro exequutione Decreti Sacri Conſilij prædictus Nuntius remittatur ad Officiales Illuſtriſſ. Ducis Ayrolę, hoc ſuũ, Palatius, cuius vigore fuerunt expeditæ prouiſiones huic R. A. directæ pro conſignatione carcerati, fuit cõſignatus Curiæ Ayrolæ. Et iterũ cùm eſſet inquiſitus Simeon Maiale Montis Mali de homicidio in perſonam Ioãnis Iannicchi,ſeruatis ſeruandis,fuit cauſa remiſſa ad Curiam Montis Mali, quæ eligat Iudicem in hac Terra, & non à moto carcerato à carceribus huius Regiæ Audientiæ, referente Regio Auditore Io. Baptiſta de Ligorio die 13.Ianuarij 1623.&cũ inſtarẽ decretum reuocari, ex quo non poterant apponi huiuſmodi qualitates allegaui, hoc non licere, niſi Sacro Conſilio, quod ſolet remittere cauſam M. C. purgato grauamine, mandando, quid facere debeat, ex Tribunalis auctoritate,& faciliori remedio, quod habetur ex propinquitate Tribunaliũ,& allegaui deciſ.de Franch. 88. ad fin. & decretum ſupra per Sac. Conſilium latum in cauſa Nuntij de Maſi. Videns Ligorius cauſæ Commiſſarius doctrinã,ac decretũ in terminis,cognoſcẽs errаſſe, volebat emendare decretũ, ac reformare,& cauſã ſimpliciter remittere,& Regius Fiſcus ſe oppoſuit, ex tex. in l.quod iuſſit de re Iudic. & inſtabat, non poſſe procedi, motus ego nedum doctrinis prædictis,verùm etiam ex Rouit.prag. 18. n.6.de offic. Sac. Conſ.dicentis, q; ex nouis ſcripturis productis ſolet Sac. Conſ. remittere cauſam ad M.C.V. quę viſis ſcripturis, ſeù actis de nouo productis Iuſtitiam faciat, adij M.C.V. & porrecta cõparitione

totum

totum factum narrante, à grauamine illato obtinui prouiſiones R.A.directas,quòd prouideat, vt remittatur ſimpliciter, & abſq; vinculo electionis Iudicis, & ſi ſecus,acta tranſmittat,& per dies non procedat;Quibus præſentatis in hac R.A.inſtabam, cauſam remitti ſimpliciter ex allegatis,& poſt multa fuit cauſa remiſſa ſimpliciter vnà cũ carcerato ad Curiam Montis Mali,tu vide Capoblanc. in nou. Impreſſ. de auct, Baron. prag.3.n.151. & ſeq. & n.166.& ſequen. Verùm Rouit. ibid. num. 5. motus ex gloſ. in capit. cum appellationibus, de appellat.in 6.in verb. remittẽda, tenet poſſe Iudicem appellationis, etiam inferiorem à Principe ad primum Iudicem cauſam,purgato grauamine,remittere;& iterum cum Io.Leonardus Broſca de Summõte eſſet inquiſitus de pluribus, me patrocinante pro Principe Orię fuit petita remiſſio ſuarum inquiſitionum, & deniq; fuit cauſa remiſſa ad Curiã Summontis cum conditione, quòd eligat Iudicem in hac Terra, nõ à moto carcerato, fuit hoc toleratum duabus de cauſis. Prima,quia Io Dominicus Ciccolo Ærarius, & Locumtenens Summontis erat ipſius inquiſiti conſobrinus,Capoblanc.de auct.Bar prag.3.n.166.& prag. 8. par. 2.
8 n. quo caſu timebatur puniri nõ debere,immòimpunitatem delicti ſperandam,cuncti iudicarunt. Secunda quia non poterat expectari punitio, ex quo dictus Illu-
9 ſtris Princeps in longinquis partibus abſens erat,argumento eorum, quæ dixit Rouit. in prag. 2. de adminiſtrat. Vniuerſit. num. 55. vndè ex prædictis fui ego electus cauſæ Iudex; Et iterũ occurrit in hoc Regio Tribunali in cauſa Ducis Flumari, me pro eo patrocinante, & petẽte remiſſionem cauſæ Fabritij Freda,& aliorum inquiſitorũ de homocidio, qui per R.A.fuerunt remiſſi conditione tamèn, quòd magnificus Baro eligat Iudicem in hac Terra Montisfuſcoli, nõ amotis carceratis à carceribus huius R.A.& data appellatione pro parte Ducis ſe grauantis ab hac conditione ad M.C.V. per eam fuit reuocata conditio, & cauſa ſimpliciter remiſſa ad Curiam ipſius Ducis, & ſic mandatum carceratos conſignari, prout fuerunt conſignati, per M. C. V. reuocatum huiuſmodi decretum, latum per R. A. Auditore Imbriano Commiſſario, qui de reuocatione dedignatus noluit admittere, nec obſeruare prouiſiones M. C. V. conſignationem carceratorum, continentes,alio die,quã eo,quo Tribunal regebatur, cùm feriæ obſeruabantur, & oportuit diem Tribunalis expectare, & carcerati per tres dies fuerunt detẽnti;ex quo nota,quòd in remiſſionibus cauſarum non poſſunt apponi huiuſmodi cõditiones. Putarem

tamen

tamen ego poſſe mandari, quòd
certiorent (ſententia prolata) de
10 exitu cauſæ, hoc enim caſu non
diminuitur iuriſdictio Baronis,
ex allegat. per Maſtrill. deciſ. Si-
cil. 147. n. 23. quem vide, quia
plura ad materiam cumulat, [ſe-
quitur Nouar. de elect. For. to. 2.
quæſt. 7. n. 4.] Et cùm eſſet ite-
rum inquiſitus Franciſcus Maſuc
cio Vulturariæ de homicidio cō-
miſſo in perſonam Nardi Fuſco,
licèt criminoſi, facinoroſi, & pę-
na mortis digni, cùm de remiſ-
ſione cauſæ ad Baronem Vultu-
rariæ ageretur, fuit per Fiſcum op
poſitum, cauſam remanere ex eo,
quia inquiſitus nepos erat Decij
Maſucci Baronis, & per conſe-
quens familiaris, & allegabat Ca-
poblanc. prag. 8. par. 2. nu. 104.
Ego, qui partes Baronis tuebar,
dicebam, quòd, & ſi verum eſt,
inquiſitum Baronis nepotem eſ-
ſe, & delicti impunitas iudicatur
ex ſuſpicione prędicta, non tollit
11 electio, ſed tantùm exercitium,
& poteſt Baro Iudicem eligere
in hac Terra Montis Fuſcoli,
12 quę valdè diſtans eſt à Terra Vul
turariæ, ex Maſtrill deciſ. 147. ad
fin. Auditor Andreas Freccia
cauſæ Commiſſarius volebat tol-
lere electionem, & ipſe eligere
Iudicē, qui nomine Baronis pro-
cederet, ego replicabā nō poſſe,
quia Iuriſdictio diminueretur, &
adduxi Capobl. prag. 3. n. 166.
& fuit remiſſus, dummodo Baro
eligat Iudicē in hac Terra Mon-
tis Fuſcoli die 11. Ianuarij 1629.
tu adde Thor. compend. deciſ.
verbo: Vaſſallus fol. mihi 568.
col. 2. & Viſcont. verbo Baro in
ſing. [Verùm, ſi locus eſt nimis
diſtans, fit præceptum, quòd eli-
gat Iudicem in Ciuitate, quod
etiam in alijs caſibus fieri ſolet,
Reg. Tap. in prag. 1. vbi de cri-
mine n. 37. & iterū in cōſt. ſtatui-
mus nu. 32. Maſtrill. deciſ. 147.
ad fin. Conſiliar. Carleual. de Iu
dic. n. 863. licèt contrarium aſſe-
rat Caſtill. deciſ. Sicil. 158. n. 20.
vide Mut. to. 3. c. Sicil. 10. n. 29.]

Caput Decimum.

ARGVMENTVM.

Baro an poſſit cognoſcere de ſubditis offendentibus Officiales, & ſic de offenſa officiali facta, & ſi officialis offenditur, an teneantur adſtantes adiuuare.

Quomodo dicitur delictū in officio.

SVMMARIVM.

Baro num cognoſcat de ſubdito delinquēte cōtrà officialē, n. 1. & ſeq.

Ritus, ſiue præeminentia, non dicitur priuatiuus, ſiuè priuatiua ad Barones, n. 2. 3. 4. 5. & 6.

Baro an cognoſcat de delicto officialis, in quibus caſibus, & quomodo, num. 7.

Si offenditur officialis tenentur aſtantes illum adiuuare numero 8.

Et non adiuuantes puniuntur num. 9.

Delictum in officio quomodò dicatur, n. 10. 11. & 12.

Dixi ſupra, hoc Regium Tribunal eſſe in pręeminentia, & poſſeſſione cognoſcēdi de deli-

delictis Officialium actiuè,& paſſiuè.ex quo quæro, an poſſit co-
1 gnoſcere de ſubditis offendentibus Officiales, & ſic de Offenſa facta Officiali? dicas q; ſi Baro, vult cognoſcere de ſubdito de-
2 linquente in Officialem, poterit, quia quamuis hæc R.A. poſſit cognoſcere de exceſſibus Officialium, non fit extenſio de vno ad
3 aliud,& ſic de Officiali ad ſubditum, Foller. pract. crimin. tit. audiantur excuſatores, n. 137. qui dicit per M.C.V. fuiſſe reuocatũ decretum R.A.& cauſam Baroni remiſſam, & ratio viuax rationis
4 eſt, quia preeminentia, ſiue ritus, nõ intelligitur priuatiua, ſiuè priuatiuus ad Barones; vndè quando Baro procedit ad cognitionẽ offenſæ, factæ officiali, nõ priuatur, prout fuit deciſum per Sac. Conſ. teſte Amend. ad Franch. deciſ. 407. n. 5. & ſeq. quòd cùm occurriſſet in facto in cauſa Ioan. Baptiſtæ Feulo Boni Alberghi inquiſiti cum alijs de offenſionibus, vulneribus, & alijs illatis in perſonam Leonardi Pellini Locumtenentis Corſani, tempore, quo animalia damnum dantia, fuerunt per ipſum Locumtenentem capta in territorio Corſani; aduerſus quem inſurrexerunt dictus Io. Baptiſta Feulo, & alij de Bono albergo,& auferentes animalia reperta,& capta, damnum dantia, vulnera in Locumtenentem intulerunt,& data per ipſum quærela in hac R.A. dum tractabatur de ipſius cauſæ remiſſione me pro Ill. Marchione patrocinante, ad ipſam obtinendam ſupradictas deciſiones, & auctoritates allegaui,& nõ tantum potui benè cantare, licèt cantaſſem, vt ſonitus verborũ meorum ſic iuridicè fundatorum, tanquam lancea vulneraret pectus Auditoris Imbriani Commiſſarij, qui quòd cauſa remaneat decreuit, & quòd peius, pendẽte termino appellationis, iuſſit Commiſſarium deſtinari pro aſportando carcerato ab illius domicilij carceribus ad hanc R. A. & data appellatione ad M. C. fuit prouiſum, bene iudicatum per R. A. & habito recurſu ad Sac. Conſ. in eo facta relatione, fuit deciſum cauſſam eſſe remittendam, prout fuit remiſſa Actuario M. C. Io. Baptiſta de de Serico. Collige igitur ter fuiſſe deciſum, Baronẽ poſſe cogno-
5 ſcere de offenſa facta eius Officiali, & ſic de ſubdito in Officialem delinquente, ea ratione, quia cùm nõ ſit extenſio Ritus, nõ iudicatur priuatiuus ad Baronẽ, li-
6 cèt Frãch. dec. 274. aliter ſentiat. Et cùm iterũ occurriſſet in cauſa Medici Mattij Numeri Feudi inquiſiti de iniurijs, inſultu, & alijs in perſonam Federici Biſulci Capitanei Feudi ex cauſa Officij, quando partes Ill. Fabij Caraccioli Picerni Comitis, huiuſque Prouinciæ Præſidis, & Feudi affictatoris, tuebar petebam, ex allegatis remitti, & adhuc Imbrianus

nus

nus prædictus Commiſſarius, &
in ſua opinione primęua perſi-
ſtens, denegauit remiſſionē cau-
ſæ,& cenſuit in hac R. A. proce-
dendum eſſe. Sed ſi Baro vellet
cognoſcere de Officiali delin-
7 quente, an poſſet? diſtingue, aut
delictum eſt commiſſum intuitu
Officij, aut odio particulari. Si
primo caſu, & ſic intuitu Officij,
nempè, contemplatione, vel prę-
textu Officij, non poteſt, ex al-
legat Foller. pract. crim. tit. au-
diantur excuſatores, n. 137. Si ve-
rò ex cauſa priuata, vel particula-
ri, poteſt, Franch deciſ. 326. n. 3.
Capobl. prag. 5. nu. 70. & 73. Si
Officialis offenditur, tenentur
8 aſtantes eum adiuuare, Farinacc.
quæſt. 24. n. 132. & ſeq. & quæſt.
51 & non adiuuantes, tenentur,
9 Damphouder. practic. crimin.
cap. 15. n. 31. Sed quomodo di-
gnoſcatur, delinquere in officio,
10 prætextu, vel cõtemplatione of-
ficij, dic, ꝙ vbicumque eſt aucto-
ritas officij in ipſo delicto, vel
quotieſcumque delictum com-
mittitur cõtemplatione, colore,
auctoritate, & prætextu Officij,
11 delictum eſt in Officio, exemplũ
ex deciſ. Rot. Roman. in nouiſſ.
754. par. 1. & ex noſtris Catalan.
de indult. cap. 42. n. 12. Carau.
Rit. 49. num. final. Farinacc. tit.
de delict. quæſt. 19. n. 44.

Caput Decimum.

ARGVMENTVM.

Officia an poſſint vendi, etiam ſi ſint vnita cum Actuariatu.

Baiulationes, & Portulaniæ quomodo hodie vendantur in Regno.

Exulatus nõ adiecto tempore, quomodo intelligatur.

Offic. pro exequutione Iuſt. an habeat Carnificem, & quomodo.

SVMMARIVM.

Officialis ſi fuerit, durante officio inquiſitus, an reſtituatur ad illud, quod eſt alteri conceſſum. num. 1.

Officialis ſi quem tranſigerit indebitè, an teneatur n. 2 & quid, ſi pecunia peruenerit ad Baronem, num. 3.

Officia non ſunt venalia, ſed propter benemerita conceduntur, num 3. & 11.

Dignioribus ſunt concedenda, num. 4.

Offi. iũ actuariatus vnitum cũ illo Capitaneatus, & è contra, an poſſint vendi num. 5. & 6.

Baiulationis & Portulaniæ officium an vendatur & quomodo, num. 7. 8. & 9.

Fructus Iuriſdictionis eſt vendibilis, & quare, num. 10.

Officialis emens officium, malè tractans ſubditos, vel nimis ſeuerus, malæ famæ, vel odioſus, cogitur ad non exercendum num. 12.

Officialis ſi offenditur, aſtantes tenentur adiuuare, & non adiuuantes puniuntur, & quomodo, num. 13. 14. & 15. pœna ſi non eſt impoſita à lege, eſt arbitraria, num 16.

Index ſi pœnas, vel gratias differt, vel diſſimulat, punitur, quomodo, num. 17.

Index an poſſit cogere aliquem ad præſtãdum ſeruitia, & animalia, num. 18.

Quod amplia procedere etiam in alimentis, etiam pro collectarum exactione, vel maleſactoribus perſequendis, n. 16.

Index

Iudex an poſſit condemnare ſuum ſubditum inquiſitũ in loco non ſubdito, n. 20.

Iudex ſi quem condemnat ad exilium, non adiecto tempore, per quod tempus intelligitur, num. 21. & 22.

Exulatus ad tempus exilij, nullo expreſſo tempore, per decemniũ intelligitur, n. 23

Exulatus ad pœnam exilij, non expreſſo tempore, in perpetuum exulatus dicitur, num 24.

Exulatus ſimpliciter, cenſetur exulatus per decemnium, & à loco Iuriſdictionis, num. 25 & 27.

Iudex an poſſit indulgere, moderare, & commutare pœnam, num. 26.

Vel dicere exulet, vel ſoluat, num. 26.

Officialis, ſi vno anno fuerit in prima inſtãtia, an poſſit anno ſequẽti eſſe Iudex in ſecunda inſtantia, num. 28. & 29.

Officialis ante officium pauper, & non induſtrioſus, & in officio diues effectus præſumitur locupletem eſſe factum ex officio, num 30.

Officialis pro Iuſtitia exequêda debet habere carnificem, num 31.

Et ſi non habet, quomodo ſe gerere debet, n. 32. 33. 34 35. & ſeq.

Condemnatus ad officiũ carnificit, ſeruus pœnæ videtur, num 32.

Mancipium, ſeruus, mendicus, & alia perſona vilis poteſt cogi ad exercendũ officium carnificis, n. 34. cum ſalario tamen, & debet habere ſalarium, num. 38. 39. 40. & 41.

Peregrinus perſona honeſta Iudicatur, n 36

Manigoldus, carnifex, lictor idem ſunt, Hiſpanico verò more: verdugo, n. 36.

Officium carnificis iure antiquo non erat ità vile, num. 37.

Populus contriſtatur viſu ſolo carnificis, num. 38.

Carnifex, ſiue manigoldus ſicuti ante mortem condemnatum non ſpoliat, aliàs punitur, ita poſt mortem veſtes accipit, num. 40.

Iudex poteſt pœnam ad mortem commutare, vt officium carnificis exerceat, num 42.

Condemnatus ad mortem ſi laqueus ſcinditur, an ſuperſedeatur conſulendo ſuperiorem, vel liberatur, vel Iuſtitia exequetur, num. 43. 44. 45. & 46.

Confeſſus de delicto, quod non patrauit, an debeat puniri, num 47.

Tormentum polletri eſt inſolitum; & nõ irrigatur, niſi graſſatoribus, & diſrobatoribus ſtratarum, num 48. & 49.

Manigoldus pro Iuſtitia exequenda poteſt animalia aliena capere, num. 50. & 53

Et, an ſalario mediante, num. 41. & 53.

Et quo Iure, num. 52.

Animalia capta pro homine ducendo ad ſupplicium, quos defectus patiuntur, num. 54.

Illorum prætium de publico ſoluendum eſt, num 55.

Condemnatus ad mortem an duci poſſit ad mortem eadem die, quo Sacroſanctum Corpus Chriſti ſumpſit, & quod tempus currat ad hoc exequendum, num. 56 & 57.

Meretrix ſi in virum petierit illum, qui ad ſupplicium ducitur, an ei concedi debeat, n. 58. & 59. contra. n. 60. 61.

Mulieres publicas à lupanari in vxores ducentes, indulgentiam peccatorum habent, num. 59.

Officialis non poteſt pecuniam accipere pro Iuſtitia celeri miniſtranda, vel exequẽda, num. 61.

Carnifex domũ extra Vrbẽ habere debet, n. 62.

ET, ſi fuerit Officialis, durante Officio, inquiſitus, & ob delictum priuatus Officio, an reſti-
1 tuatur ad Officium, ꝙ alteri conceſſum eſt? vide Lanar. conſ. 22. n.18. Malull. ad Capic. deciſ. 121.
2 n. 10. Sed ſi Officialis fecerit aliquam compoſitionem indebitã, contra eum poteſt agi, etiã ſi pecunia ad Baronẽ peruenerit, Vrſill. ad Afflict. deciſ. 88. n. 4. Vul-
3 gatum eſt illud, ꝙ Officia non ſũt venalia, ſed debent dari propter benemerita, & virtutes, & vtinã hoc ſeruaretur; Officia enim dignioribus concedenda ſunt, Dã-
4 phoud. pract. crim. cap. 133. n. 1. & ſeq. virtute prag. 4. de Baron. Inde alterius confirmatæ per D. Comitem de Lemos, quæ eſt 24. eod. tit. quibus prohibentur Of-
5 ficia vendi quamuis ſit Actuariæ Officium vnitum cũ illo Capitaneatus, ꝙ comprobat Apont.
6 de elect. Offic. in princ. Sed quomodò procedat illud, ꝙ quotidiè fit, & obſeruari videtur; vendũtur
7 enim Baiulationes, Actuariæ, Portulaniæ, ꝙ eſt contra prag. quia Officia ſunt? dicas, ꝙ non venduntur officia, vel bancum Iuſtitiæ, ſed tantùm vẽditur illud exi-
8 gendi emolumenta, & ſportulas, quæ quandò conſiſtunt in emolumentis, ſunt diuidua, Io. Andr.
9 de Georg. alleg. 40. n. 36. Et iſte fructus iuriſdictionis, qui vendi-
10 tur, venit in conſequentiam, nõ autem principaliter, vt dicit Capoblanc. de auct. Baron. prag. 4. n. 33. & ſeq. Nouar. collect. 30. n. 4. quia illa pragmatica, vt Officia vendantur, fuit declarata intelligi de Officialibus iuſtitiæ
11 tantùm, vt affert Rouit. ad prag. 2. de Official. & quæ eis prohibeantur n. 2. Si quis emerit legi-
12 timè Officium, & male tractat ſubditos, vel erit malæ famæ, odioſus, vel nimis ſeuerus, poteſt cogi ad non exercendum, & Officio priuatur, Apont. de poteſt. Proreg. tit. de elect. Offic. §. 1.
13 n. 1. & ſeq. Si Officialis offenditur, Aſtantes tenentur eum adiuuare, Farinacc. de delict. & pęn. quæſt. 24. n. 132. & ſeq. & quæſt. 51. de indit. & tortur. n. 51. quẽ vide, & non adiuuantes peccant,
14 & tenentur, Damphouder. pract. crim. cap. 15. n. 31. Dum dicit, ꝙ aſtantes nõ adiuuantes, tenentur, & non imponit pœnam, di-
15 cas, quòd quando in lege, non eſt impoſita pœna, eſt arbitraria,
16 Gram. deciſ. 40. n. 2. Et, ſi diſtulerit pœnas impoſitas à lege, gratia, vel diſſimulatione, puni-
17 tur, l. 1. C. de deſertor. lib. 12. Bal. in l. Pręsbyteri, C. de Saeroſ. Eccl. Damphouder. in pract. crimin. verſ. Officialis fol. mihi 126.
18 Iudices ſi cogunt aliquem ad ſibi præſtandum ſeruitia, vel animalia, puniuntur ipſi Officiales cogentes, exilio perpetuo, & bonorum confiſcatione, Clar. q. 21. n. 3. ꝙ Baiard. ibidem littera C. ampliat, quòd non poſſunt eos cogere ad ſibi alimenta præſtan-
19 dum,

19 dum, etiam ſi collectarum exactione, vel ſi pro perſequendis maleſactoribus occupati eſſent, q. ſi ſeruaretur, Regnum hoc nõ eſſet adeò facultatibus, & diuitijs diminutum, cùm in noſtra Prouincia ferè omnes Populi grà-
20 uantur ab iſtis, & ſimilibus. An Iudex poſſit condemnare ſubditum ſuum inquiſitum in loco nõ ſubdito? vide quæ latiùs dixi ad Gram. deciſ. 67. Iudex, quẽ condemnat ad exilium, non adiecto
21 tempore, quid ſeruandum? Credebam ego nunquã hoc potuiſſe euenire, cùm quilibet Iudex ſit ita prudens, & peritus; indè cum occurrit in quodam potius Doctore, quàm docto, qui in quadã ſententia condemnauit ſuum inquiſitum in exilium, ſed nõ adiecit tempus, nec locũ, & ego coactus amico reſpondere, dicebam
22 eſſe diſtinguẽdos tres caſus. Primus, aut in ſententia eſt appoſitũ tempus, & locus. Secundus, aut dixerit cõdemno Titium ad exilij pœnam ad tempus, nullo expreſſo tempore. Tertius, aut dixerit condemno ad pœnam exilij. Nullo adhibito tempore, ſed ſim pliciter. Primus caſus non habet in ſe difficultatem. Secundus, ſi dictum fuit ad tempus exilij, nullo expreſſo tempore, tunc exula-
23 tus per decemnium intelligitur. Tertius, ſi dictum fuit ad pœnam exilij, tempore non expreſſo, tũc
24 in perpetuum exulatus aſſerit, Baiard. ad Clar. quæſt. 71. n. 9. & 10. Qui n. 11. & 12. dicit, q. ſi eſt
25 dictum ſimpliciter, condemno in exilium, dato tempore, cenſetur à loco Iuriſdictionis illius, q.
26 nota. An poſſit Officialis reſeruare ſibi poteſtatem indulgendi, moderandi, aut commutandi pœnam de perſonali in pecuniariã, vel ſi dicat, exulet, vel ſoluat tot? vide Apont. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 4. n. 14.
27 & 15. Si fuerit ſimpliciter exiliatus, vel relegatus, cenſetur per decemnium, Garſ. ditt. 379. Si non adijcitur tempus, includitur confiſcatio bonorum in Flandria, Damphouder. pract. crim. cap. 58. fol. mihi 104. n. 7. Officia-
28 lis ſi fuerit quis vno anno Iudex in prima inſtantia, ân poſſit eſſe in anno ſequenti Iudex ſecundarum cauſarum? de Franch. deciſ. 479. n. 5. & 6. adduci poſſet, quãdo Iudex in prima inſtantia pro illo anno, & eodem officio paruit ſyndicatui, ea ratione, quia
29 Officium Capitanei eſt diuerſũ ab illo Iudicis appellationis, ille verò dicit ſemper iudicaſſe contrarium. Quintò, quòd non poſſit habere idem, vel aliud officium Iuriſdictionale in eadem Terra, ſequitur Rouit. ad prag. 5. de Baron. in princ. vide Ann. ſing. 479. n. 5.

Si Officialis ante Officiũ erat pauper, & nõ alibi induſtrioſus, inde
30 in Officio efficitur diues, præſumitur locuples ex Officio factus, & ſic procedit in adminiſtratore,

Carocc. ſing. 141. tu vide diſtinctionẽ, quã ponit Reg. d'Apont. tract. de poteſt. Proreg. tit. de
31 elect. Official. §. 7. nu. 2. & ſeq. Officialis pro Iuſtitia exequẽda ſi Carnificem non habet ordinarium, ſiuè iuſtitiæ miniſtrum, qui capitalẽ ſentẽtiã exequatur, quo-
32 modò gerere ſe debet? diſtingue aut habet carceratũ criminalẽ; aut non. Si primo caſu poteſt ipſum condemnatum ad mortem pro minori delicto commutare pœnam, vel condemnare ad dictum miniſterium exercendum, ſiuè temporaliter, ſiuè perpetuò, prout ſibi videbitur, & prout qualitas delicti per eum commiſsi exigit, ex Bart. in l. 2. de public. Iudic. & mouetur ex l. aut damnum §. incalcariam, cum ſeq. & l. capitalium ff. de pęn. & quando ad hoc Officium dãnatur, ſeruus pœnæ videtur, Petr. Greg. Toloſ. par. 3. ſyntag. Iur. lib. 31. capit. final. n. 5. in fin. fol. mihi 264. Si verò miniſtrũ non habet con-
33 demnatum, vel ordinarium, ſiuè ſalariatum poteſt cogere quẽ ſibi velit, dummodò ſit perſona vilis,
34 vt puta mancipium, ſeruus, mendicus, vel alia perſona vilis, Clar. pract. crim. quæſt. 99. verſ. ſed pone, & ibi Baiard. refert Bononiæ fuiſſe captum quẽdam Peregrinũ ad decapitandum quẽdam
35 Nobilem, & teſtatur malè fuiſſe ſeruatum; perſona enim honeſta Peregrinus videbatur, ex eo, quia
36 induit faciem ſuam quodam velo nigro. Immò Bouadill. tom. 2. politic. lib. 3. cap. 15. n. 139. in fin. fol. mihi 401. teſtatur quemdam ad hoc Officium aſſumptũ fuiſſe indutum tunica Confratrũ diſciplinantium veræ Crucis, à quibus fuit inde accuſatus, ꝙ Officium Carnificis, quem Par. de Put. in tract. ſyndic. in verb. Maniuoltus, Maniuoltum appellat. & Petr. Greg. citat. loc. Carnificem vocat, & Bouadill. cit. loco n. 135. Hiſpaniarũ more *Verdugo* in Hiſpania dici teſtatur. De iure
37 antiquo non erat ita vile, inde habita conſideratione, quantùm naturæ humanę repugnet hominem occidere, ꝙ neqùe inter feras eiuſdem generis videtur, fuit reputatum vile, odioſum, deteſtabile, & infame, adeò, vt Cice-
38 ro diceret, populum contriſtari ſolo viſu ipſius Carnificis. Quando verò Iudex pro hoc exercẽdo quem capit, tenetur ei ſalarium dare aureorum quinque pro mer
39 cede, cuiuſlibet ſecundum Petr. Greg. cit. loc. citat. nu. 138. qui eos dotat veſtibus condemnati, poſt tamen mortem ſequutam, ſi enim antea ſpoliaret, puniretur, [vide Mutã tom. 4. cap. Sicil. cap. 169. n. 32.] Baiard. verò ad
40 Clar. quæſt. 89. n. 4. dicit ipſum nunquã vidiſſe in practica quinque aureos ſolui, ſed tantùm vnũ
41 ſcutum, quando quis ſuſpenditur, & duos quandò diuiditur in fruſtra; tamen loci conſuetudinẽ attẽdi teſtatur. Dicunt citati DD.

poſſe

42 poſſe Iudicem commutare pœnam condemnationis ad mortẽ in aliquem irrogatam, dummodò hoc officium exerceat. Sed quæro vnum, quod in facto occurrit; ſi tempore, quo condemnatus ad ſupplicium, & ad furcas ductus, & per Miniſtrum emiſſus
43 laqueus abſcinderetur, & patiens viuens in terram eijceretur, an iuſtitia debet ſuperſederi, & Superiorem conſulere? Varias Doctorum opiniones reperi, nã Iul. Clar. quæſt. 98. & ibi Baiard. verſ. vlt. quæro, adducit variè fuiſſe ſeruatum, quandoque patientem ſuſpenſum, quandoque verò ſuperſeſſum, & Principem conſultum, quem ſequitur Gomeſ. 3. to. delict. cap. 13. n. 17. verſ. ſextus caſus, Arnon. verò ſoliloq. 5. dicit, q̃ quandò laqueus rumpitur, debet liberari, & ſic fuiſſe ſerua-
44 tum, & tantò fortius, quãdò condemnatus fracto laqueo cecidit in terra, & de ſua innocentia ſit proteſtatus; credendum, inquam eſt, hoc miraculosè fuiſſe factum,
45 quare Reg. Maieſtas Caroli Quinti, cauit nullo modo poſſe hoc caſu juſtitiæ exequutionem impediri, vt refert Petr. Greg. Toloſ. ſintag. Iur. par. 3. lib. 31. c. fin. n. 7. fol. mihi 264. Bouadill. cit. to. 2. polit. lib. 3. c. 15. n. 137. fol. mihi 400. qui teſtatur, in caſu in illis partibus fuiſſe ſic ſeruatũ, & hoc eueniſſe inaduertẽtia carnificis, qui laqueum non aduertit fuiſſe lineum, & benè ordinatum; q̃ ſic fuit ſeruatum in perſonam Antinori Freda d'Acierno cõdemnati ad mortem, & ad ſuplicium ducti die 23. Nouembris 1620. die lunæ, hora decima quinta, qui cum eſſet elatus ad furcas, & à miniſtro eiectus, ſtatim laqueus fuit contritus, & in terram proiectus, ſe eleuans, dixit [Beatam Mariã Carmeli vidi] inde alio laqueo accõmodato, de nouo ſupra patibulum aſcẽdit, & eiectus iterum, laqueo rupto, & in terram proiectus dixit: *Miſericordia Madonna del Carmine, aiutame, che l'hò viſta.* Et licèt miniſter ſecunda vice ſupra collum perſtitiſſet, vim cum pedibus inferẽdo, vt mors ſequeretur, nullum ſignum propter laqueum ibi affixũ visũ fuit, adeò, quòd pro Miraculo fuit reputatum, & cum Doctor Carminius Centrella in hoc Tribunali pauperum defenſor, pietate motus hoc vidiſſet, & cunctos ibi aſtantes, &: *Miracolo, Miracolo* clamantes audiſſet, acceſſit ad Don Didacum de Quinnoues huius Prouinciæ Præſidem, & Regios Auditores Paulũ Strambone Neapolitanum, & Ioannem de Romero Hyſpanum à latere aſſiſtẽtes; factum narrauit, & allegando
46 Arnon. cit. ſoliloq. 5. petijt, vt Principem conſulere vellent, & interim exequutio Iuſtitiæ ſuperſederetur, non valuit tantum benè cantare, vt verba ex ore ſuo profluentia, veritate, pietate, & æquitate tranſirent per aures vo-

tatium;

tãtium; nam dixit Audit. Strambone, hoc eueniſſe potius carnificis culpa, qui forte pecunia fuit corruptus, & iuſſit ſententiã exẽqui. Inde tertiò duobus laqueis ad collum patientis appoſitis, & à littore eiectus, iterum vnus ex eis ruptus eſt, & cũ aderat alter, propter vim illatam à maniuoldo indignato ille pauperrimus mortuus fuit, cuius anima requieſcat in pace. Antequam hic reus emitteretur, proteſtatus fuit ſe eſſe innocentem, ſed confeſſum propter nimium dolorẽ Polletri, cuius tormento fuit tortus, & grauatus; & nimirùm, cùm habemus plures caſus, in quibus reperitur, reum tortum propter dolorem tormentorum confeſſum fuiſſe delicta, quæ non patrauit, nempè ex Mancin. in tractat. de confeſſ. c. 3 artic. 3. n. 22. & ex Il-
47 luſtriſſimo Regẽte Tapia in deciſ. Sac. Conſ. Neapol 29. qui adducit caſum in terminis de quodam inquiſito, qui confeſſus fuit delictum, ꝙ certè non patrauit; credendum eſt igitur, hunc pauperrimum Antinorũ confeſſum eſſe delictum non commiſſum propter nimium dolorem, quem ſenſit ex tormento Polletri. Hoc
48 enim tormentum non ſolitum eſt pœnes nos, & non irrogatur, niſi graſsatoribus, & diſrobatoribus ſtratarum, propter, ꝙ conſul-
49 to Principe per litteras eiuſdem magnifici Aduocati Charitatis, fuit prohibitũ ex litteris ſequentis tenoris, v 3. à ter. Spectabili, & Magnificis viris Gubernatori, & Auditoribus Prouincia Principatus Vltra, Regijs Cõſiliarijs fidelibus dilectiſſimis. Monteſuſcolo. Intus verò. Philippus Dei gratia Rex, &c. Magnifici circũſpectiq; viri Regij Collaterales Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Hauemo inteſo, che in queſto Tribunale ſi dia il tormento del Polletro à diuerſe perſone inquiſite, però non meriteuoli di tal tormento, coſi come s'è dato ad Antinoro d'Acerno inquiſito di vn ſemplice homicidio, & furto di ſtrada publica, & che anco non s'ammettono le nullità, ſi propongono per li detti inquiſiti, che ſon poueri, à cauſa che nõ fanno il depoſito, conforme la Regia Pragmatica, il che ci hà dato non poca marauiglia: e perciò ci è parſo ordinarui, ſi come con queſta vi dicemo, & ordinamo, che il detto tormento di Polletro, non debbiate vſarlo con tutti inquiſiti, ſe non con quelli, li quali ſono inquiſiti di delitti enormiſſimi, & meriteuoli di ſimili tormenti, per verification d'eſſi, & à riſpetto delle dette nullità ſi propongono per li detti inquiſiti, eſſendo poueri, debbiate ammetterle abſq; depoſito, atteſo tale è noſtra volontà. Dat Neapoli die 15. menſis Ianuarij 1621. El Cardinal Zapata. Vidit Conſtantius Regens. Vidit Valenzuela Regens. Vidit Vrſinus Regens. Salazar Secretarius. In Cur. primo Principatus Vltra fol. 16. Alla Regia Audienza di Principato Vltra, che il tormento del Polletro non lo dia ſe non à perſone inquiſite di enormiſſimi de-*

mi delitti, & meriteuoli di tal tormento, per verificatione d'eſſi, & à riſpetto delle nullità ſi propongono per li detti inquiſiti, eſſendo poueri, debbiate ammetterli abſq; depoſito. [Eſt ſituatus
hic ordo in volumine pragmaticarũ in nou impreſſ. & eſt prag.
1. de quæſt.]

Poteſt in hoc caſu pro Iuſtitia exequenda Maniuoltus capere ani-
50 malia alterius, Afflict. conſt. Regn. omnes Officiales n. 3. ſequitur Bouadill. to. 2. politic. lib. 3. cap. 15. nu. 141. fol. mihi 401. qui dicit, hoc procedere, ſalario
51 tamen mediante, q; nunquã vidi ſeruatum, ſed Maniuoltus quotieſcumque aliquem ſuſpendit, in ſtrata Regia omnes mulio-
52 nes capit, cunctoque tranſeuntes extorquet, quæ auctoritas capiendi animalia aliena pro ducẽdo hominem ad ſupplicium eſt impertita de iure communi, nam Cin. in l. ſi locus ff. quæmadm. ſeruit. amittat dicit, q; poteſt Ma-
53 niuoltus à Ruſtico capere beſtiã ſuam gratis, vt mittat aliquem ad ſuſpendendum, ſequitur Par. de ſyndicat. in verb. captura cap. 7. incipienti. An Officialis n. 3. & Rip. in tract. de peſt. tit. de remed. præſeruat. contrà peſtem n. 127. ſequitur Cartar. in tract. de ſequ. ſent. cap. fin. n. 254. & Rip. & Par. allegant illud antiquum adagium, q; animalia capta
54 pro homine ſtraſcinando, vel ducẽdo ad ſupplicium, ſi boues fuerunt, de cætero non arabunt, vel ſi arabunt, terra arata non germinabit fructum; & proinde prætia illorum animalium debent ſolui de publica pecunia, & ratio, quam ego adduco, quare de pecunia publica potiùs, quàm Fiſci
55 fieri debet, illa eſt, quia intereſt reipublicæ delicta puniti.

Vnum tamen nota, quòd condemnatus ad mortem, ſi Sacroſanctũ
56 Corpus Chriſti ſumpſerit, non poteſt eadẽ die ad mortem duci propter illius reuerẽtiam, Caualcan. de Bracch. Reg. par. 4. n. 191. [Sed poſt duos dies, Marta de Iuriſdictione par. 2. c. 47. n. 9. Surd. verò dec. 121. opiniones refert.] Ego verò hic diuerſimode ſeruatum vidi, & ſecundum voluntatẽ Tribunalis fuit ſeruatum quandoque poſt horas, quandoque eadem die, quandoque ſequenti
57 fuit condemnatus ſuſpenſus, & Caualcan. ibidem tractat. an cõdẽnato debeat dari extréma vnctio, [Surd. deciſ. 121. & ibi Hodiern. dicit, quòd non, & ſi condemnatus allegaret non eſſe præparatum, ſeù accintum ad recipiendum Sacramentum, nõ per hoc differtur exequutio ſententiæ, Bouadill. lib. 3. politic. cap. 15. n. 66.]

Mouet quæſtionem Bouadill. citat. loc. n. 142. ſi quis tempore, quo ad locum ſupplicij ducitur, fuerit
58 à publica Meretrice in virum petitus, an debeat ei concedi, & ſic liberari, & refert Parid. in tract. de ſyndic. in verb. pœna cap. 2. n. 3.

n.3. in Hyſpania ſeruari, ꝙ ſic,
ego vidi Parid. ſed caret aucto-
ritate, dicit tamen, ꝙ in Hiſpania
practicatur,& adducit tex. in cap.
inter opera de ſponſalib. quo per
59 Summum Pontificem ſtatuitur,
publicas mulieres à lupanari ex-
trahentes,& eas in vxores ducen-
tes, indulgentiam habere pecca-
torum; miror tamen quomodo
Par. hoc tex. vtatur, licèt relin-
quat cogitandũ, tamen quid quid
60 ſit, teſtatur Bouadill. hoc non
ſeruari, nec propterea Iuſtitiæ
executionem impediri. Non po-
teſt tamen Officialis pecuniam
61 recipere pro celeri Iuſtitia mini
ſtranda, vel exequenda, Menoch.
de arbitr. Iud. caſ. 341.
Hinc Carnifex domũ extra Vrbem
habere debet, Lipſ. in annal. Ta-
62 cit. fol. mihi 504. à tergo.

Caput Duodecimum.

ARGVMENTVM.

An non Priuilegiatus poſſit adire Regia Tribunalia pro cauſis criminalibus.

Querelæ per perſonas priuilegiatas ſemper recipiuntur.

Quæ ſint perſonæ priuilegiatæ, quæ habent electionem Fori.

SVMMARIVM.

Subditus non priuilegiatus an poſsit Regia Tribunalia adire pro offenſa ſibi facta n. 1.

Quid, data negligentia Officialis loci n. 2.

Delicta puniri intereſt Reipublicæ, n. 3.

Regia Audientia in primis cauſis Baronum non poteſt ſe intromittere n. 4.

Subditus Baronis extra domicilium non trahitur, n. 5.

Perſona priuilegiata admittitur in querela, inde fit diſcuſsio in diſcrimine ſi cõpetit electio, vel ne, n. 5. & 6.

Baroni habenti Priuilegium contra perſonas priuilegiatas cõpetit remiſsio, n. 6.

Priuilegiatæ perſonæ quæ dicantur, n. 7.

Pupillus, Vidua, Virgo, Eccleſia, Clericus, pauper miſerabilis dicuntur perſonæ priuilegiatæ, n. 7.

Pupillus & Vidua numerantur in l. 1. C. quand. Imper. n. 7.

Virgo nõ eſt comprahenſa in l. 1. C. quand. Imper. tamen ex conſtit. Regni vocatur, & gaudet, n. 8.

Vidua quæ ſit, n. 9.

Virgo quæ ſit n. 9.

Virgo habens patrem gaudet priuilegio Fori, n. 22. & 23.

Ampliat, etiam ſi fuerit virgo deſponſata de futuro, n. 23.

Virgo maior eſt Angelis, n. 12.

Virgo in carne triumphat, Angelus ſine carne viuit, n. 13. & 14.

Viuere in carne præter carnem eſt vita nõ Angelica, ſed cæleſtis, n. 14. & 15.

Et maioris meritis eſt, n. 17.

Eſſe virginem eſt virtutis, eſſe Angelum eſt fælicitatis, n. 16.

Virgo obtinet ex gratia, quod Angelus obtinuit ex natura, n. 16.

Virginitas eſt cognata Angelis, n. 17.

Virginitas eſt theſaurus impræciabilis n. 18

Virgo vnde dicatur, n. 19.

Virgo ſtuprata pro ſtupro in eius perſonã cõmiſſo gaudet Fori prærogatiua, n. 21

Clericus pro rebus Eccleſiæ gaudet declinatoria fori, n. 24. 25. & 26.

An pro bonis ſuis, quòd non, n. 26.

An

Digitized by Google

An pro offenſa facta ſibi, ibid.
Monachus an habeat electionẽ Fori, n. 28
Pauper an Fori delinatoria potiatur n. 29
Eccleſia habet electionem Fori, ibid,
Miſerabiles perſonæ quæ ſint, & an gaudeant, n. 30.

QVandò aliquis offenſus, non
priuilegiatus ſubditus Baro-
nis hanc R.A. adiens aliquẽ que-
relat, an poteſt R.A. ſe intromit-
1 tere, illum audire, & informatio-
nem capere, & in cauſa inde pro-
cedere, Capoblanc. mouet quæ-
2 ſtionem in nou. impreſſ. de auct.
Baron. tom. 1. prag. 8. par. 1. n. 176.
& primo loco pro negatiua te-
ſtatur, & dicit, quòd non poteſt,
negligentia, ſiue ſuſpectione ceſ-
ſãte, & videtur manifeſta Iuriſdi-
ctionis turbatio. Inde pro affir-
matiua concludit ex illa genera-
3 li regula, ꝙ intereſt Reipublicę
delicta puniri, & quia autoritate
ipſius R.A. vti maioris Tribuna-
lis delicta occulta probãtur. Nõ
inhęreo auctoritati Capoblanc.
vidi enim ego multa priuilegia
Baronum cũ clauſula priuatiua,
abdicatiua, imò & annullatiua, &
nonnullas, ordinationes à Regio
Collaterali Conſilio relaxatas, vt
pro primis cauſſis R. A. non ſe
4 intromittat, niſi grauamen fuerit
notorium. Vnde cogitarem, cùm
directè ſit contra Reg. Prag. pri-
mam, vbi de delicto quis conue-
5 niri debeat, qua cauetur, vt nul-
lus extra ſuum domicilium tra-
hatur vide Capoblanc. tom. 2. c.
49. Quandò verò cõparet aliqua
perſona priuilegiata, & quærelã
6 contra alium exponit per viam
electionis fori, recipiunť, & ad-
mittũtur quęrelę, inde in diſcri-
mine fit diſcuſſio, ſi electio com-
petit, vel ne, vel ad inſtantiam
Baronũ priuilegia contra perſo-
nas priuilegiatas habẽtium, & ſic
ſeruari in Regno, indiſtinctè te-
ſtatur de Franch. deciſ. 382. n. 10.
Quæ autem dicãtur perſonæ priui-
legiatæ, dicas, quòd ſunt pupillus,
vidua, Eccleſia, Clericus, Mona-
7 cus, pauper miſerabilis, & ſimiles
ac etiam Virgo, quæ licèt nõ re-
8 periatur compræhenſa in l. 1. C.
quand. Imperat. inter pupill. &
vid. in quo text. Inreconſultus.
Virgines non priuilegiat, nõ vo-
cat, nõ includit; tamen aduertẽ-
tes Legum Interpretes omninò
cõpræhendi debere eas, ex maio-
ritate rationis priuilegiatas, voca-
runt. Viduis enim prærogatiuam
9 Fori conceſſerunt; ergò, & Virgi-
nibus priuilegium hoc cõceden-
dum fore rationabile erat; maior
10 ratio enim Virgini, qnàm Viduę
opitulatur, tùm quia ſufficit eſſe
Virginem, vt cunctis priuilegijs,
11 facultatibus, & prærogatiuis po-
tiatur; ſola enim Virginitas du-
cit ad cœlum; tùm etiam, quia
Virgo nedum maior Vidua dici
poteſt, verùm etiam Angelis aſſi
12 milatur; immò maior eſt victo-
ria Virginum in Mundo viuen-
tium, & cęlibem vitam ducentiũ,
13 quàm qnodammodo Angelorũ.
Angeli enim ſine carne viuunt,

Virgines verò cum carne trium-
14 phant. Angeli in carne,& pręter
carnem Angelicam, & cęleſtem
15 vitam agunt, Virgines in carne
cęleſtem vitam ducunt, & quo-
dámodò maioris meriti ſunt;eſſe
Angelum eſt fęlicitatis; eſſe Vir-
ginem eſt virtutis; nam totis vi-
16 ribus Virgo nititur obtinere ex
gratia, ꝙ Angelus habuit ex na-
tura, licèt vtrumque, eſſe Virgi-
nem,& Angelum diuini muneris
officium ſit, non humanum, ex
B. Hieronym. in ſermon. de Aſ-
ſumpt. & beatius eſt in carne
17 imitari vitam Angelorum, quã
ex carne augeri numerum mor-
talium, hæc eſt vberior, fęcun-
diorq́; fœlicitas, non ventre gra-
ueſcere, ſed mente grandeſcere,
non laceſſere pectore,non viſce-
ribus terram,ſed orationibus cę-
lum parturire,ex B. Auguſt. Vir-
18 ginitas eſt theſaurus imprętiabi-
lis,ex Geneſ. cap. 24. & Virgini-
tas dicitur à viro, quaſi importet
immunitatem cõcupiſcentiæ, ex
19 B.Thom. ſecũda ſecundæ quęſt.
152. Vnde,cùm tot Priuilegia in
Virgine fulgeant,totuè prærroga-
tiuæ cõſiſtant, tantaq́; merita, &
ad inſtar Angelorum eluceſcant,
quamuis in l 1. ſupra citata,&
cap. ſignificantibus de offic. de-
legat. Virgines vocatæ non ſint
iuridicè,& omni laude dignos eſ-
ſe eos, qui ad Fori declinatoriam
vocarunt,nempè,Iſern.ad conſt.
Regni ſtatuimus verſ. ſed quid ſi
Virgo,Afflict.ibid. quęſt. 8.Mar.
Giurb. deciſ. Sicil. 82. Maſtrill.
deciſ. Sicil. 127. n. 8. & 9. Viu.
deciſ. 65. n. 5. de Franch. deciſ.
100. Illuſtriſſ. Regen. Tap. in
conſtit. citat. n. 20. qui ampliat
hoc procedere,nulla facta conſi-
20 deratione, an habeat animum
perpetuò in virginitate perma-
nendi,vel ne,Capobl. de auctor.
Baron. prag. 8. par. 1. n. 328. No-
uar. de elect. for. ſect. 1. [quæſt.
11. & Capoblanc. tom. 2. cap.
44. nu. 13. & ſeq.] Quomodo
probatũr virginitas, lege Viſcõt.
in ſingular.folio mihi 287.Quod
21 ampliatur etiam ſi ſtuprata eſſet;
pro ſtupro enim in ſui perſonam
commiſſo declinatoria fori gau-
22 det, Franch. deciſ. 599. Nouar.
cit. loc. nu. 2. Amplia ſecundò,
etiam ſi patrem habeat, Franch.
deciſ. 100. nu. 4. & ſeq. Nouar.
ſect. 1. quæſt. 11. n. 3. etiam ſi
23 per verba de futuro deſponſata
eſt,Maſtrill. cit. deciſ. 127. n. 10.
Et ego obtinui in cauſa
Romanæ virginis de Sancto Ste-
fano Patrem habentis contra
24 Principem Auellęni.Clericus an
habeat electionem fori, diſtin-
gue, quòd aut agit pro bonis Ec-
25 cleſiæ,aut pro bonis ſuis, aut ve-
rò pro offenſa ſibi facta. Si agit
pro rebus Eccleſiæ, habet ele-
ctionem fori, ſimiliter, ſi pro of-
fenſa ſibi facta, ſi verò pro bonis
ſuis agit, ſecus eſt, & foro non
26 gaudet,vt diffusè per Franch.de-
ciſ.597. Ann.allegat.146.& ante
iſtos Viu.deciſ. 27. verùm inſpi-
27 cien-

27 ciendũ eſt, ſi offenſio facta Cle-
rico eſt perſonæ, vel in perſonã.
Monachus an agat,& habeat ele-
28 ctionem fori, dixi fuſius in tit.
Monachus quando agat,& colli-
29 git Nouar. quæſt.33. pauper an gaudeat,& quę deſiderantur,dixi in titulo de Paupere. Eccleſiam fori electionem habere, non eſt
30 qui dubitet. Miſerabiles perſonę quæ ſint, an gaudeant, & quæ cõſiderentur, recurre ad Nouar. in eod. tract. de elect. for. ſect. 2. quæſt. 1. per tot.

Caput XIII.

ARGVMENTVM.

Si concurrãt Iudices alterius Iuriſdictionis, an audiantur in remiſſione Cauſarum.

Quid ſi Regna ſint diuiſa.

SVMMARIVM.

Iudex ſub eodem Imperio ſubditus, an admittatur ad remiſſionem cauſæ, num. 1. 2. *&* 3.

An ſi Regna ſint diuiſa, competat remiſſio ibidem, & num. 4. *&* 7.

Beneuenti Ciuitas an iudicetur extra Regnum, num. 5.

Banniti extra Iuriſdictionem exiſtentes non poſſunt extrahi, nec occidi, num. 6.

POſtquã de remiſſionibus cauſarum loquimur, quæro, quid ſi in cauſa concurrant Iudices al-
1 terius Iuriſdictionis,& petant ipſius remiſſionem ad eos? Diſtingue, quòd: aut petẽs eſt ſub eodẽ Imperio ſubditus; aut verò ſub diuerſo: Si primo caſu, exempli gratia, ſi eſſet ſub Imperio eiuſdẽ
2 Regis, quamuis Regna ſint diuiſa, veluti in Regno Siciliæ vltra, & citra Farum, vel Mediolani, cùm huiuſmodi Regna (quamuis diuiſa) ſub eodẽ D. Rege Hiſpaniarum ſubſint, remiſſiones cauſarum conceduntur, vt nuper cõgerit aliorum auctoritate Capobl. de auctor. Bar. in nou. impreſſ. prag. 8. par. 2. n. 223. [Vide Conſil. Carleual. de Iudic. n. 829. & 830. Merlin. controu. for. c. 95. Peguer. dec. 66.] Si verò ſumus in ſecundo caſu, & ſic ſub diuerſo Imperio, vt eſt ciuitas Beneuẽti, quæ in dies remiſſionem ibi delinquentiũ, & ad noſtrã Prouinciam confugientium petit, prout in cauſa Philippi de Rogerio in hac R. A. inquiſiti de quibuſdam delictis. In quo concurrebã ego pro parte Eccellentiſſimi Principis Venuſij vtilis Dñi Terræ Mõtisfuſcoli, & Caſaliũ ratione do-
3 micilij, & concurrebat inſuper Curia Fæudi, & Curia Beneuentana, & petebat remiſſionẽ dicti inquiſiti ad Curiam Beneuentanã, in qua inquiſitus erat de homicidio, & pro eo ad mortẽ cõdemnatus, replicabam ego, non poſſe Curiæ Beneuentanæ nedũ remitti, verùm etiam, & nec de remiſſione tractari, cùm dominia ſint diuiſa, iuriſdictiones diſtinctæ, & ſub diuerſo Imperio; fundabam doctrina Capoblanc. in nou. impreſſ. de auct. Bar. prag. 8. par. 2. n. 126. qui expreſsè teſtatur, quòd quando Iudices non

4 ſunt ſubiecti vni ſuperiori, ſed
diuerſis,tunc nõ datur remiſſio,
ex Foller. in prag. de exulib. n.8.
5 teſtante ciuitatem Beneuẽti eſſe
extra Regnũ,& extra Iuriſdictio-
nem, & proindè Banniti ibi exi-
6 ſtentes nõ poſſunt inde extrahi,
& in noſtro territorio occidi, [ad
cuius materiam, vide Mar. Ital.
de Immun. Eccleſ. cap. 7. §. 2.
per tot.] Et iterum ex Rouit. in
rub. de exulib. n. 7. teſtante Sac.
Conſil. cõdemnaſſe per decem-
niũ in Inſulã Ioan. Gamboã, eo
ꝙ in Ciuitate Beneuenti,quę im-
mediatè ſubeſt Sedi Apoſtolicæ,
interfecit quendam Sigiſmundũ
ab hoc Regno bannitum, & ex
adductis per Franch. deciſ. 342.
& tãdem fuit inquiſitus remiſſus
ad Curiam Montis Fuſcoli. Don
Michaele Ciaues Commiſſario,
licèt in decreto ſit appoſitum, &
voluit ipſe Commiſſarius appo-
nere,ꝙ de delictis Beneuenti cõ-
miſſis certioretur S.E. qua cer-
tiorata, fuerunt relaxatæ litteræ
tenoris ſequentis v3. A tergo.
A los Magnificos Señores los Auditores, y Auogado Fiſcal de la Audiençia de Monteſuſco. Magnificos Señores. He recibido vueſtra carta del 18. de Iunio,en que dizis, que hauiendo procedido de juſtiçia conforme à lo que os he ordenado por Colateral ſobre la remeſion de Filipo de Rugero preſo en eſſas carceles, à la Corte de Monte fuſco,haueis hecho decreto,que ſe remita, en cuya reſpueſta os encargo, que procedais à los de mas, che reſta para e effetto della, que aſſi conuiene, y es mi voluntad. Nueſtro Señor guarde. Napoles 10. de Iunio 1628. A lo que man daredes. El Duque d'Alua. A la Audiençia de Monteſuſco. Regiſtrada, &c. Poſt quæ vidi ad cor-
roborationem omnium, quæ ſu-
pra dixi Cartar. in tract. de exe-
quut. ſent. tit. capt. bannit. c. 1.
n. 256. qui opinionem Capobl.
& Clar. ſequitur, licèt ipſe non
alleget,qui concludit remiſſionẽ
7 non dari inter diuerſa dominia.
[Et delinquens extra Regnum,
an poſſit in Regno puniri, vide
Foller. in prag. de duell. n.16.]

DE

DE QVALITATE OFFICIALIVM. Cap. I.

ARGVMENTVM.

Officialium qualitas qualis eſſe debeat, ad hoc qui ad officia in Regno admitti debeant

Perſonæ Eccleſiaſticæ quæ dicantur.

Quæuè aliæ Religioſæ, & an Regie Iuriſdictioni ſint ſubditæ.

SVMMARIVM.

Officiales, qui ad exercenda officia in Regno admitti debent, num. 1.

Eccleſiaſticæ perſonæ non admittuntur in Regno ad officia, num. 2.

Quod amplia primò procedere, etiã ſi ſint Religioſæ, num. 2.

Amplia ſecundò, ſi non ſint ſubditi Regiæ Iuriſdictioni, num. 2.

Exteri non ſubditi Regiæ Maieſtati, non admittuntur ad officia in Regno, n. 3.

Milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani, non recipiuntur in officiales in Regno, num. 3.

Et de ratione num 4.

Eccleſiaſticæ perſonæ duplici modo conſiderantur, num. 5.

Strictè autem qui dicantur, & largè num. 5. & ſeq.

Summus Pontifex eſt primus Princeps omnium Eccleſiarum, num. 6.

Sol præcipuus eſt inter aſtra, & continet in ſe plures Stellas habentes motum à priori motu, num. 7.

Cardinales proprio motu ſummi Pontificis trahuntur, num, 8.

Papa poteſtatem ligandi, & ſoluendi à Dño accepit & Principem ſupremum loco ſui elegit illum, num. 9.

Cardinales dicuntur pars corporis, & filij Primi gradus Papæ, num. 10. 11. & 13

Senatores pars Corporis Principis reputantur, num. 12.

Cardinales ſunt in triplici differentia, num. 14.

Et de eorum numero, num. 15.

An Papa in mortis articulo exiſtens Cardinalem eligant, num. 16.

Condemnatus ad mortem ſi ducitur ad ſupplicium, an à Cardinale tranſeunte poſſit liberari, num. 17.

Cardinalium officium quid ſit, num. 18.

Patriarcha dicitur Pater, vel Primus Princeps, num. 19.

Patriarcharum numerus, num. 20.

Patriarcha Conſtantinopolitanus unde dicatur, num. 21. & 22.

Patriarcha Alexandrinus dicitur ab Alexandria, num. 23.

Et à quo fuit ædificata ibidem.

Alexãder Magnus in Ciuitate Alexãdriæ fuit ſepultus, num. 24,

Illuſtriſſimi Alexandri de ſangro laus, num. 25.

Patriacha Antiochenus, quis, & vndè dicatur, num. 26.

Epiſcopus primus Antiochiæ fuit B. Petrus Apoſtolus, inde B. Lucas Euangeliſta, num. 29.

Antiochiæ Ciuitas hodie per hoſtes gubernatur, num. 29. ad fin.

Sedes Patriarchalis, quæ vocatur, & quas

quas Eccleſias habere debet, num.30.

Lãcea, quã fuit mortuus Saluator Mũdi, vbi reperta fuit, & conſeruatur, n. 31.

Patriarcha Hieroſolymitanus vndè dicatur, num.32.

Patriarcha ſi in Dioceſi Epiſcopi deliquerit, ab eodem Epiſcopo punitur, fallit, niſi ille Epiſcopus eſt ſuffraganeus illius Archiepiſcopi, num.34.

Primates quomodò vocatur, & quæ ſit differentia inter Primates, & Patriarchas, & de eorum auctoritate, num. 35. 36 & 37.

Familiares Epiſcopi gaudent fori declinatoria, num. 38.

An procedat in familiaribus Cardinaliũ, & aliorũ Priuilegiatorũ, n 39. & 40.

Familia Cardinalium quomodò debet eſſe, tàm in veſtibus, quàm in moribus ex præcepto Diui Caroli Borromæi, n. 41.

Perſonæ Eccleſiaſticæ quæ dicantur, n.42.

Et ipſarum appellatione qui veniant, num. 42. ad 88.

Fratrum diui Auguſtini Religio vndè dicatur, num 45.

Religio Carmelitanorum vnde dicatur, num. 44.

Religio Dominicanorũ, vndè dicatur, n.46

Religio Beati Baſilij, Seruorum Beatæ Virginis, Redemptionis captiuorum, vnde ortum habeant, num. 46. 47.

Populus Romanus quandò infirmitatibus vexabatur, num. 48.

Religio Sancti Pauli primi Eremitæ, n. 50

Religio Sancti Hioronymi, num. 51.

Religio præmonſtratenſium vnde dicatur, num. 52. & 53.

Religio Benedictinorum vnde dicatur, num. 54.

Camaldulenſes qui, & à quo ſubſtituti, num. 55.

Religionum aliarum numerus, num. 56.

Clerici dicũtur perſonæ Eccleſiaſticæ, n.57

Ordo aliorum clericorum, num 58.

Appellatione Clericorum qui veniant, num. 59. & 60.

Milites. S. Ioannis Hieroſolymitani dicuntur perſonæ religioſæ, num. 62. & quare, num. 69. & vnde ortum habeant, num. 63.

Eorum appellatione qui veniant, nu. 62.

Clerici non poſſunt arma deferre, nu. 65. & 66.

Milites Hieroſolymitani pro fidei defenſione arma aſportant, num. 67.

Milites. S. Ioannis Hieroſolymitani, ſi in officio delinquunt, a quo puniãtur, n 71

An procedat ſi profeſſionem fecit, & habitum non ſuſcepit, num 72.

An procedat in alijs militibus n. 73. 74. 79. 80. & ſeq.

Milites Hieroſolymitani, an ſuccedant in feudo in Reg. n. 75. & de ratione n. 76

Milites Calatrauæ, Alcantaræ, & Sancti Iacobi, an gaudeant fori prærogatiua, num. 82.

Quid in Militibus Sancti Lazari, Sancti Stephani, & alijs n. 83.

Don Didaci de Quiñones laudes, n. 84.

Officiales Baronales non poſſunt eſſe conſanguinei Baronis, vel Affictatoris, ſiue de eorum familia n. 85. & de ratione, num. 86. & 87.

Epiſcopus non poteſt ſibi coniunctum Vicarium, vel Auditorem eligere, n. 88.

Dixi de Officialibus in genere, opportunè dicendum cẽſeo de eorum qualitate; meritò titulum hunc de qualitate Officialium poſui, & con-

sequen-

Digitized by Google

1 ſequenter quæritur, cuius qualitatis debeant eſſe Officiales, qui ad Officia exercenda admitti debent? dicas tu ex Regia Pragmatica prima de Eccleſiaſt. perſon. Perſonas Eccleſiaſticas, Religioſas, & Regiæ Iuriſdictioni non ſubiectas, etiam ſi Religioſo ha-
2 bitu Sancti Ioannis Hieroſolymitani indutæ, & munitæ eſſent, admitti non debere, q; ſequitur Rouit. in eadem Pragmatica nedùm perſonæ enumeratæ in Regia Pragmatica, admitti non debent, verùm etiam, & exteri Re-
3 giæ Maieſtati non ſubiecti, de Franch. deciſ. 479. D. Rouit. in rubr. de Offic. ad Regiam Maieſtatem n. 1. & ſeq. Maſull. ad Capic. deciſ. 178. Et cùm in pragm. ſupra relata prima de Eccleſiaſt. perſon. prohibeãtur admitti perſonæ Eccleſiaſticæ, Religioſæ, & Regi non ſubditæ in illis verbis: *Per perſone Eccleſiaſtiche Religioſe, e non ſogette alla Regia Giuriſdittione, etiam ſe foſſero Caualieri dell'Habito di S. Giouanni Gioroſolimitano.* Quęro, quæ dicantur perſonæ Eccleſiaſticæ, quæ autem Religioſæ, &
4 quare in hoc Statuto prohibeãtur potius ęquites Hieroſolymitani, quàm alij ęquites? Quò ad primum, perſonæ Eccleſiaſticæ duobus modis cõſiderantur. Pri-
5 mò ſtrictè, ſecundò largè. Strictè, ſic in primo caſu dicuntur Sum-
6 mus Pontifex, Cardinales, Patriarchæ, Primates, Archiepiſcopi, Monachi, Clerici, cæterique ſub Pallio B. Petri militantes. Summus Pontifex primus omnium Eccleſiarum Princeps eſt, quem Dominus noſter Ieſus Chriſtus ſolũ Paſtorem omnium vniuerſarum Ouium ſuarum reliquit, & neminem alium parem illi fecit. Et quemadmodũ vnus eſt Deus, vna Eccleſia Catholica, & vniuerſalis, vna Columba, Sponſa, & vna Mater electa, quæ vnius debet eſſe viri; vna Fides, vnum Baptiſma, vnum rerum generale principium, & vnus præcipuus inter Aſtra Sol eſt; ita, & vnus ſtatuitur Pontifex, & quęmadmodũ
7 Sol continet in ſe plures Cœlos, innumerabiles Stellas, habentes motum à priori motu, quo rapiũ-
8 tur; ita, & Summus Pontifex cõtinet plures Cardinales, multos Archiepiſcopos, & Epiſcopos, cęteroſue eorum motum habentes, non proprium, veluti Stellæ, & Cęli motum, ſed proprio motu Summi Pontificis, quo trahuntur, motum habentes à priori motu Solis cœleſtis, qui Dominus noſter eſt, & Sol vocatur, cùm habeatur in Sacra pagina: Sol Iuſtitiæ Chriſtus Deus noſter. Neceſſarium enim fuit, vnum eſſe, & ſolum Præſulem, ad quem ſumma totius Religionis, & poteſtas vniuerſa in Sacra referretur, cui omnes Chriſtiani obtemperent, cuius iuſſu Antiſtites ſacri diuerſorum Regnorum veniant, conueniant, pareant, obediant, & decernant, vt quæ ſibi ipſis approbata

bata veniunt imperandi ratione earum rerum, quæ ſalutem animæ, & fidé reſpiciunt, adimpleát. Vnde Paſtor Eccleſię Claues Regni Cœlorum habens, iuxtà illud Euangelij dictum: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meá, & tibi dabo Claues Regni Cœlorum, & quodcũque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in Cęlis, & quodcũque ligaueris ſuper terram, erit ligatũ, & in Cœlis, & portæ Inferi non preualebunt aduerſus eam. Papa
9 ergo poteſtatem ſoluendi, atq; ligandi primò accepit à Domino, & Principem ſupremum loco ſui illum elegit, cap. in nouo 21. diſtinct.

Cardinales ſunt inſeruientes Sedi Apoſtolicæ, quæ axis, & veluti
10 Cardo aliarum Eccleſiarum eſt. Cardinales enim ſunt Sum. Pontif. Senatus, ad quem ſumma negotiorum omnium Chriſtianorũ defertur, & ſicut Cardinem vocamus negotij ſummam, rei quęſtionem, ita Cardinales, Sacer-
11 dotes præcipuos, & principales: & dicuntur Cardinales pars corporis Papæ, vt in ſimili Senatores
12 pars corporis Principis reputantur, & quemadmòdũ Papa vnus Eccleſiæ Sponſus dicitur, ita Car-
13 dinales filij primi gradus dicuntur, ex ſententia Io. Andr. Imol. in cap. Sacris de pœnitent. in. 6. & vtuntur inſignibus Apoſtolicę dignitatis, dum Legatione funguntur, ex ſtatuto Concil. gener. cap. antiqua de Priuil. Cardinalium autem tituli in triplici differentia ſunt; nam alij dicuntur
14 Cardinales Præsbyteri, alij verò Cardinales Epiſcopi, alij Diaconi. Iſti Cardinales Epiſcopi ſupremum ordinem retinent, illi Cardinales Pręsbyteri medium. Cardinales verò Diaconi poſtremum, & nouiſſimum, omiſſa diſputatione, quis eorum inter eos præferatur; de Commiſſione, quę fit Cardinalibus, & quomodo, vide Marcheſan. in tract. commiſſion. par. 1. cap. 11. Quò ad numerum Cardinalium nó inſudabo, qui licèt terminatus ſit, tamẽ
15 Summis Pontificis arbitrio aliquandò plures, & aliquandò pauciores, & eorum numerus à Summo Pontifice, à quo creantur, quandoque augetur, quandoque minuitur. Tu verò ex cap. ſeptuaginta 16. diſtinct. & cap in nouo 21. diſtinct. dicas numerum ipſorum eſſe ſeptuaginta. Sed Papa Cardinalem eligere non poteſt, quandò eſt in mortis articulo, &
16 ſic exclamat eueniſſe Apont. de poteſt. Proreg. titulo de elect. Offic. §. 1. n. 11. & ſeq.

Si Cardinali obuiam fit condemna-
17 tus ad mortem tempore, quo ad ſupplicium ducitur, poteſt ab illo liberari ſi pileum in capite cõdẽnatus Cardinalis imponit, Carauit. Rit. 259. n. 8. Omitto enim,
18 quid ſic officium Cardinalium, & ſi in eorum Conciſtorio deciduntur controuerſiæ electorum

ad Epi-

ad Epiſcopales,Archiepiſcopales
Metropolitanas,ſeù Patriarchales
Eccleſias , & vbi Eccleſia vacet ,
& ad quem electio pertineat, &
nũ ad Capitulum, Ciuitatẽ, Pro-
uinciam, Regem, vel alios, cùm
noſtrum non ſit; de familiaribus
Cardinaliũ aliàs Deo Duce dicã.
Patriarcha Græco nomine *Patriar-*
cas latino verò primus, vel Prin-
19 ceps, ſeù honorabilior inter Pa-
tres,ſeù inrer præſtantes, & quaſi
Pater dicitur, qui Græcis *Pater*
appellatur,quaſi ſeruans ex ſe ge-
nitos,& licet in Sacris paginis le-
gatur duodecim fuiſſe Patriar-
chas, tamen de quatuor princi-
20 palibus nos dicemus, nempè, de
Cunſtantinopolitano,de Alexan
drino,Antiocheno,& Hieroſoli-
mitano, & omiſſa quęſtione, in
qua non manebo; quis enim ſit
prior, dicã tantùm Patriarcham
Conſtantinopolitanum Sedem
21 habere in Ciuitate Conſtanti-
nopolitana, quæ antea dicta fuit
Bizantium in Thracia,à Pauſania
Spartano primùm condita.In Ci
uitate prædicta fuit Sedes, & Im-
perij caput Orientalis, vt Romæ
Sedes:toti Traciæ præerat,eiuſdẽ
Priuilegijs, & pręrogatiua erupta
Romana Sede.Hodie verò,cum
Chriſtiani ſint expulſi ab illa Se-
de,& Ciuitate quam Agareni oc
cuparunt, Rege Turcarum VII.
Mahomete Amurathi filio, qui
Conſtãtinum XIII. Orientis vl-
timum Chriſtianũ Imperatorem
22 interfecit cum omnibus ſuis,&
Orientale Imperium prædictum
ſubſtulit anno 1453. Conſtanti-
nopolitanum, & Trapezuntium
Imperiũ 12. Regna, 200. Vrbes
Chriſtianis ademit, Peloponeſũ,
& Pontum expugnauit,nũc Tur-
cæ ibi dominantur, & eam Ciui-
tatem Ceſarandum vocant.
Patriarcha Alexandrinus à Ciuita-
te Alexandrię, in qua Sedem ha-
bet, dicitur. Alexandria Ciuitas
23 eſt in Ægypto à Chinocrate iuſ-
ſu Alexandri ędificata, qui voca-
tur Alexãder Magnus, ante Chri-
ſti aduentum,& ſic in anno 320.
ſpatio dierũ quatuordecim, con-
tinet in ſe ſex millia paſſuum mu
rorum, quæ Ciuitas cũ à Magno
Alexandro ædificata ſit, magna
eſt, ampliſſima, & fortiſſima, ab
24 vna parte montibus munita, ab
altera fluminibus, adeò, vt hoſti-
bus ſit difficilis ad illam acceſſus,
in qua ſepultus fuit Alexander
Magnus ipſius fundator, in quo-
dam tumulo nõ multùm magno,
quem inde Chocha Rex Syriæ
ſubſtulit,quandò illuc acceſſit.In
hac Ciuitate Sedes Regis Ægy-
pti, qui Carum indè acceſſit. In
hac Ciuitate Marcus Euãgeliſta
primo loco Euangelium, & Fidẽ
Chriſti prædicauit. Peperit hæc
Ciuitas Origenem excellentiſſi-
mum Dioniſyum,alioſuè doctiſ-
ſimos viros, & Philoſophos, vt
habetur ex Chronic. Mund. fol.
mihi 104. cuius dignitas nõ im-
meritò fuit collata in perſonam
Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi

25 Domini Alexandri de nobiliſſi-
ma,& antiqua familia de Sangro,
nunc verò ad Archiepiſcopatus
Beneuentanæ Ciuitatis dignitatē
aſſumpti,quia ei conueniebat no
minis ratione : Alexandrum Pa-
triarcham Alexādrinum, dictum
ab Alexandria, ædificata ab Ale-
xandro fore munitum, in quem
concurrunt, cunctæ virtutes, &
merita,propter quæ (cœlo fauen
te) rubeo, & Cardinalitio pileo
breui coronabitur cognitis eius
virtutibus;nam fuit à Papa Paulo
Quinto electus, inde per Papam
Gregorium XV. confirmatus in
munere Nuntiaturæ apud Catho
licam Maieſtatem in Hiſpania.
Patriarcha Antiochenus tertio loco
ſequitur, ſimiliter ab Antiochia
26 ciuitate ſic dictus,quę Antiochia
ciuitas in Aſia exiſtens in Prou.
Syriæ per prius Epiſana, ſiue Be-
blata nuncupata, fuit ædificata
poſt ædificiū Alexandriæ, Immò
ante Chriſti aduentum in anno
336. fuit ampliata à Seleuco Ni-
27 canore filio Antiochi, qui vnus
fuit ex principibus Alexādri Ma-
gni, & ab Antiocho patre, & ſic
de eius nomine patricio appella-
tur, quæ in Prou. vt prædicitur,
Syriæ manet, quæ nunc Syriæ ca-
put eſt Ciuitas iſta multum potēs
28 habebatur, & propter eius potē-
tiam Nabucho donoſor Rex car-
cerare fecit in ea Sedechiam He-
bręorum Regem. Epiſcopus hu-
29 ius ciuitatis primus fuit B. Petrus
Apoſtolus per ſeptennium, poſt
quē fuit Lucas Euāgeliſta, in qua
ad Theophilum librum Apoſto-
lorū ſcripſit. ſuper regimine Chri
ſtiano ſpatio mille annorum fuit.
Inde à Soldano Babiloniæ capta
anno 1267.expulſis prius habitā-
tibus, & alias nationes ex ſui ha-
bitandi ſtudio induxit. Nunc ve-
rò abeſt à manibus Chriſtianorū,
ſed per hoſtes gubernatur, vt per
Petr.Greg.Toloſ.ſintag. Iur. vni-
uerſ.par.2.lib.15.cap.7.mihi 151
Sedes Patriarchalis vocatur,ſub qua
Eccleſiæ Cathedrales centūquin
30 quagita tres,& Archiepiſcopatus
quatuordecim,licet aliqui dicant
duodecim, & tercentū ſexaginta
ſex Eccleſiæ ſubſunt, vt ex Chro-
31 nic.mund.fol. mihi 104. Habe-
tur in Chronica prædicta, Lan-
ceā,qua mortuus Saluator mundi
fuit, fuiſſe repertam in Eccleſia
Sancti Andreæ Antiochiæ huius,
quæ magna cum reuerentia fuit
capta à Boemundo Normanno
filio Roberti Ducis Calabriæ, &
Apuliæ,quæ tēpore prælij à Chri-
ſtianorom exercitu aſportabatur,
qua mediante, & deuotione vi-
ctores effecti fuere contra Regē
Armeniæ, qui Ciuitatem iſtam
aggreſſus fuit, chriſtiani autem,
Chriſto fauēte, numerum Centū
millia hoſtiū interfecerunt, non-
nullos Theſauros, nōnullaq; bo-
na hoſtium cepere lanceæ deuo-
tione(Præeſt Patriarcha digniſſi-
mus Illuſtriſſimus, & Reueren-
diſſimus Dominus Thomas d'A-
uolos d'Aquino,cuius laudes, me

rita,

rita, & virtutes cum extollere, & enumerare non poſſim, pertranſeo,) vt habetur in Chronic. Múd fol. mihi 180. à ter. de lancea.

Patriacha quoque Hieroſolymitanus ſequitur, dictus ex Hieroſo-
32 lyma Iudçæ ciuitate, quæ Hieruſalem vocatur, de qua cum Sacræ Paginæ valdè ſe extendant, non licèt me extendere.

Si Patriarcha deliquerit in Diœceſi Epiſcopi, poterit ab illius Epi-
33 ſcopo puniri, Baiard. ad Clar. q. 35. n. 15. niſi ipſe Epiſcopus eſſet
34 Suffraganeus illius Archiepiſcopi delinquẽtis: quem vide; prout dicitur de Capitaneo, qui poterit punire Iudicẽ in Secunda inſtantia in eius Territorio delinquentem, Nouar. quæſtio. forẽs. quæſt. 93. & Capoblanc. tom. 1. par. 2. num. 186.

Primates quodámodo appellari poſſunt Patriarchæ, verùm non om-
35 nes Primates verè Patriarchæ ſunt. Primates, & Patriarchæ, di-
36 uerſorũ ſunt nominũ, ſed eiuſdẽ officij; ad Primates ab Archiepiſcopis appellatur, ſed à Primati-
37 bus ad Archiepiſcopos appellare non licet; de Primatibus, & Archiepiſcopis, eorũ differẽntijs, & auctoritatibus recurre ad cap. primũ, ſecundũ, & tertiũ. diſtinct. 99. & ad cap. nullus primas q. 3.
38 Archiepiſcopi, & Epiſcopi notiſſimi ſunt ideò de eis per tranſeo. Vnum tamẽ dicam, ꝙ familiares Epiſcopi gaudent priuilegio fori, pro ut ipſi Epiſcopi gaudent, Capic. deciſ. 12. Quod an procedat
39 in familiaribus aliorum priuilegiatorũ, vide Maſull. ad Capic. cit. deciſ. 12. Et an procedat in
40 familiaribus Cardinalium, vide Oldrad, conſ. 212. dum occaſio præbet de Cardinalium familia, eſt aduertendum, quòd circa eo-
41 rum mores, ad eſt Epiſtola B. Caroli Boromæi ad Battoreũ ſuum collegã ſcripta, cuius verba placuit hic inſerere videlicet: Curabis, inquit, familiam caſtam, nec patieris inter domeſticos tuos quem piã viuere, cuius nõ modò impudica ſint facta, ſed cuius etiã non ſint verba, & mores admodùm pudici, Habeaſque domi probatæ virtutis viros, qui in hãc rem inuigilent, & te crebrò de domeſticorum vita commonere faciãt. modeſtia in verbis, & cultu corporis cernatur. Inſuper curabis, vt iuramenta à familia tua abſint. turpes ſermones, ſcurriles ioci, conuicia, contumeliæ, & omnium verborum genera, quæ alios lædant, inter tuos nec dici, nec audiri ſines. Veſtitus autem, & ſi decens eſſe poterit, cauebis tamen, vt à familia viri Eccleſiaſtici procul ſit is corporis ornatus, quo milites, & prophani iuuenes vti ſolent. Nihil itaque, ꝙ vanitatem, & oſtentationẽ præſeferat, in tuo, & tuorũ ornatu conſpiciatur, quæ reperitur ex Theſaur. polit. aphoriſm. Ioan. Achoeher. cap. 1. lib. 5. fol. mihi 305.
Perſonæ etiam Eccleſiaſticę dicuntur

Digitized by Google

tur Monachi, & Clerici. Appel-
42 latione enim Monachorum, vel
Fratrũ continentur fratres Car-
melitani, qui ab Helia (vt vulga-
tum eſt) originẽ ſecum trahunt,
qui, cũ Heliſęum ſocium aſſum-
pſit, indè glorioſus in Carrum
igneum aſsũptus, Heliſęum ſpi-
43 ritus ſui duplicis hęredem (Deo
permittente) reliquit, vt ille Poe-
ta dixit.

Mentre che fù Elia al Ciel ſparito,
In Heliſeo il Spirto doppio poſa,
Queſto in vece di quel vien riuerito.

Quorum ordinem, dignitatem, in-
ſtitutionem, & creationem, nu-
44 merum, & alia id conferentia, le-
gas in Chronicis, & Conſtitutio-
nibus ipſius Religionis. Secundò
45 ſunt Fratres B. Auguſtini, qui
patre, nẽpè, Patritio, matre verò
Monica Hipponenſi Vrbe natus
eſt anno ſalutis 358. qui commo
tus lacrymis matris, & prædica-
tione B. Ambroſij ad fidem con-
uerſus eſt, in hęremo propè Me-
diolanum nigro indutus amictu,
ac pellis cingulo aſtrictus, ad dif-
ferentiã aliorum Monachorum,
differentem quoque viuendi mo
dum habuit, & reliquit; deceſſit
anno ſuæ natiuitatis 76. ſalutis
verò 434. cætera de hoc Sancto,
eius vita, Religione, & Inſtitu-
tione habentur, nedum per Con-
ſtitutionẽ dictę Religionis, verũ
etiam per eius vitam in legenda
vitę Sanctorũ; ſub cuius Auguſti-
ni Regula Religiones ferè qua-
draginta militãt. Quas ſigillatim
dicere omitto, & etiã de alijs Re-
ligionibus cùm ad caſum noſtrũ
non faciant, ſed tantùm dicam
Religionum nomina.
Poſt Auguſtini Religionem ſequi-
tur Religio Dominicanorum, B.
46 Baſilij, ſeruorum B. Virginis,
Fratrum Sanctiſſimæ Trinitatis,
Redemptionis Captiuorũ, Cru-
ciferorum, quorum ordo habe-
tur in Chronic. Mund. Fol. mihi
294. in qua habetur hunc ordinẽ
47 Cruciferorum fuiſſe cõſtitutum
ad expellendas peſtiferas hęreſes
48 infirmitates, quibus Populus Ro
manus vexabatur, & Innocẽtius
Papa III. iuſſit, hos Fratres ſem-
per in vna manu Crucem porta-
re, prout hodie ſeruant, & fuiſſe
49 huius Religionis auctorem San-
ctum Cyriacum martyrem anno
Mundi 6414. anno verò Chriſti
1215. Adeſt inſuper ordo Sancti
50 Pauli primi Heremitæ inſtitutus
anno 1215. ab Euſebio Strigo-
51 nenſi vitę ſanctæ, & Religioſæ.
Ordo B. Hieronymi Doctoris
52 Eccleſiæ. Item Ordo Præmon-
ſtratenſium à Prẽmõſtrato Mon-
53 te, qui propè Lugdunum extat.
Item Ordo Benedictinorum à B.
54 Benedicto inſtitutus, quos Mo-
nachos nigros nuncupamus. Cõ-
55 gregatio Camaldulenſis à B. Ro-
mualdo inſtituta, cuius Fratres
perpetuum ſeruant ſilentiũ, præ-
ter quam bis in hebdomada, &
duodecies in anno ſimul come-
dunt, à carnis eſu abſtinent, niſi
infirmitate laborent, amictu albo
induun-

induuntur ruſtici panni lanula,
lęnulam carnibus proximam ap-
plicant, & in cellulis ſegregatis
degunt, & cõtemplationi,vacãt,
Fratres Cartuſienſes, Fratres Ci-
ſterſienſes, Fratres Grandimoſen
ſes Fratres Vallis Vmbroſę, Fra-
56 tres Montis Virginis, Frarres Hu
miliati, qui ordo fuit extinctus
tempore B. Caroli Borromei an-
no 1568. Fratres Siluestrini, Fra-
tres S. Petri Cęleſtini, Fratres
Montis Oliuarum, Fratres Fran-
ciſcani,tam Ordinarij,quam Re-
formati,Fratres Minimorum San
cti Franciſci de Paula, cęterique,
quorum nomine veniunt Prio-
res,Præpoſiti,Guardiani, Vicarij,
Curiones, Rectores, Coadiuto-
res,& cæteri diuerſis nominibus
nuncupati.
Clerici autem,vt ſupra diximus, di-
cuntur etiam perſonæ Eccleſia-
57 ſticæ, quorum nomine veniunt
Canonici B. Marci Mantuæ, Ca-
nonici S. Georgij, Clerici Con-
gregationis Boni Ieſu, Clerici S.
Spiritus de Saxia, qui Hoſpitali-
tatem,quam voto ſolemni profeſ
ſi ſunt,exercere tenentur, Hoſpi
58 talarij dicti ſunt, & Sancti Spiri-
tus ea de cauſa nuncupãtur, quia
Ordo iſte per reuelationem San-
cti Spiritus eſt inueñtus, Clerici
Regulares Theatini; Clerici S.
Pauli Decollati, Clerici Regula-
res Orphanorum, Clerici Regu-
lares Societatis Ieſu, Clerici S.
Hieronymi de Vrbe, Clerici B.
Ambroſij, Clerici Congregatio-
nis Hoſpitalis Agonizantiũ,Cle-
rici Regulares Minores, Clerici
Sæculares,qui proprium habent,
59 teſtari poſſunt, quorum appella-
tione veniunt Archidiaconi, Ar-
chipresbyteri, Decani, Primice-
rij, Cantores,Præceptores, Paro-
chi,Plebani, Cappellani Cappel-
larum, & Oratorij, alijſuè nomi-
nibus dotati Dicuntur etiam lar-
go modo perſonę Religioſę Ope
60 rarij,quos Plato vocat Quęſtores,
obſeruatoreſuè Sacræ pecuniæ,
eoſq; arbitratur neceſſarios in ſin
gulis Templis, qui locorũ, agro-
rumq; ipſis dedicatorum, & fru-
ctuum conductionumq, & loca-
tionum Domini eſſent, & Ariſt.
6.politic. cap. fin. eos nominare
61 videtur ędituos, & ſacrarum pe-
cuniarum cuſtodes, alia ſpecie
(inquit)curationis eſt circa rẽ Di
uinã,ſeu Sacerdotis,& Edituæ cir
ca Tẽpla,vt conſeruẽtur quæ sũt,
& erigantur ruinoſa ædificia, &
cętera omnia, quæ pertinent ad
diuinum cultum. Euenit autem
alibi,vt in paruis Ciuitatibus, cu-
ram hanc eſſe vnam; alibi verò
plures ſeparatas à ſacerdotio,
& eſſe Sacrificulos, Edituos; &
Cuſtodes Sacrarum pecuniarũ,
de quibus ego cogitarẽ gaudere
fori declinat.ſi caſus occurrerer.
Dicuntur etiam perſonæ Religioſæ
Milites Sãcti Io. Baptiſtæ Hiero-
62 ſolymitani, quorũ appellatione
veniunt milites Theutonici, vi-
delicet Milites S. Iacobi in Hi-
ſpania, Milites Ordinis Beatæ
Mariæ

Mariæ de mercede, Milites Sãcti
Lazari, Milites ordinis Calatra-
uentium, Milites Ordinis Alcan-
tarientium, Milites Ordinis mili-
tiæ Ieſu Chriſti, Milites B. Ste-
63 phani. Vnde de quolibet dica-
mus, & Primo Milites Hieroſoly-
mitani, omiſſa elocutione; vndè
originem habeant, & à quo, &
quando inſtitutus fuit eorũ ordo,
& cùm nonnullæ chartæ ſint ple-
næ, tantùm dicam; An ſint perſo-
næ Eccleſiaſticæ, & per conſe-
quens, vtrum fori declinatoria
64 potiantur. Nulli dubium eſt, ꝙ
per ſtatutũ tales reputantur, cùm
verba prag. 2. de Eccleſ. perſon.
ſupra cit. excipiũtur ſpecificè iſti
milites Hieroſolymitani. Sed
65 contrà arguitur ſic. Clericis pro-
hibitum eſt arma deferre: arma
enim clericis ſunt prohibita ex
c. nimium 23. q.8.c.2. de vit. &
honeſt. clericor; ſequitur Cãpan.
ad Clement. de vita, & honeſt.
clericor. n. 23. fol. mihi 68. ſed
iſti milites arma portant; ergò
nõ dicuntur Eccleſiaſtici. Reſpõ-
66 detur, licet clericis prohibitum
ſit arma portare, tamẽ nõ proce-
dit in his militibus, qui ſpeciali
priuilegio libere, & ex profeſ-
ſione arma nedum deferunt, ſed
pertractant pro fidei tuitione ad-
67 uerſus Agarones, exemplo Ma-
cabæorum, ꝙ clericis permiſſum
non eſt, Bouadill. c. 19. n. 11. lib. 2
68 Corroboratur, Eccleſiaſticas per-
ſonas eſſe duabus alijs rationibus,
prima ob votum Caſtitatis. quam
69 iurant: ſecũda quia vxores duce-
re non poſſunt: ergò perſonę Ec-
cleſiaſticæ ſunt, & meritò ſtatuto
excipiuntur, licet Maſtrill. deciſ.
159. n. 17. dicat ibi, fuiſſe electos
ad officiũ hos equites, ſed malè,
quem vide. De priuilegijs horum
70 militum, non me extẽdam. nam
Petr. Gregor. Tholoſ ſintag. art.
mira. lib... cap... latè ſcribit, & ibi
gloſ. de priuil. collige ergò con-
cluſionem, per prag. citat. non
71 poſſe eligi in official. Regni Mi-
lites Hieroſolymitanos, quia nõ
ſunt ſubditi Reg. Maieſt. ſequitur
de Franch. deciſ. 479. & ſic fuiſſe
per S.C. deciſũ, & poſt eũ Caball.
caſ. 64. ea ratione; nam ſi contin-
gat, eos ſe malè gerere, puniri nõ
poſſunt, & poſt iſtos Maſull. ad
72 Capic. deciſ. 178. An hoc proce-
dat, ſi probationes Miles facit prò
habitu ſuſcipiendo, & gratiam
obtinuit, vt admittatur, tamen
Giuſtitia, laſciando à quelli liberamente adminiſtrarla, ſenza darle impedimento alcuno nelle ſpeditioni, e deciſioni delle cauſe, conforme all'obligo, che teneno per ſeruitio de N. S. Iddio, di Sua Maeſtà Cattolica, e per la retta, e buona amminiſtratione della Giuſtitia, aduertendo, che da qui auante nõ habbiamo a ſentire coſe ſimili, nè altre lamentationi di voi, che ci obligaſſero à far le prouiſioni neceſſarie con noſtro diſguſto. Dat. Neapoli die 12. Menſis Maij 1633. El Conde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. In Cur. Principatus vltra fol. 3. Anaſtaſius, Locus Sigilli. Al ſpettabile Gouernatore della Prouincia de Principato vltra D. Martino de Saauedra.

Et, eſt adeò verum, Præſidem nullã habere authoritatẽ in Auditores, ꝙ ampliatur, neque in alios ipſius Tribunalis officiales, &c. cùm iterum idem D. Martinus Saauedra Præſes eſſet dedignatus contra Aduocatum Pauperum ex cauſa defenſionis inquiſitorum, in die Paraſceue eum carcerauit, quo deuẽto ad notitiam Regij Collateralis Conſilij, fuerunt relaxatę prouiſiones, vt manus non imponantur in eũdem Aduocatum Charitatis, nec in alios Officiales huius Regiæ Audientiæ, quarum tenor ſequitur. Philippus Dei gratia Rex, &c. Spectabilis Vir, Regie Conſiliarie fidelis dilectiſſime. *A noſtra notitia è peruenuto, come il dì de Venerdì Santo proſſimo paſſato, eſſendono ſtate date per queſto Tribunale al une hore di termine ad vno inquiſito nomine Antonio Sepe, & hauendo il Dottor Carminio Centrella Auocato de Poueri di queſta R. A fatto inſtanza, che detto inquiſito fuſſe repoſto nella Chieſa, dalla quale era ſtato eſtratto, ve haueſſiuo di ciò preſo ſdegno contro detto Auocato de' Poueri, in modo, che lo cõſignaſtiuo carcerato in mano di dodici ſoldati, e lo faceſtiuo ſtar così carcerato vna notte, ancorche per detto Carminio ſe fuſſero eſſibite prouiſioni noſtre, per le quali ſe ordina, che queſta R. A predetta non s'intrometta cõ detto Auocato de' Poueri; mà occorrendo alcuna coſa, ce ne deſſiuo auiſo. Del che ſemo rimaſti non poco marauigliati, & ci hà parſo duro à crederlo; che quando lo ſapeſſimo di certo, non haueriamo mancato di fare le prouiſioni neceſſarie. Perciò con queſta ve dicemo, & ordinamo, che da qua auanti non debbiate procedere di queſto modo con detto Auocato de' Poueri, nè con altri miniſtri di eſſa R. A. mà li farete fare il ſuo officio liberamente, come ſi conuiene in modo che non s'intendano più coſe ſimili, che ci deſſero occaſione di fare altra prouiſta. Datum Neapoli die 31. Maij 6 3 El Conde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Enriquez Regens. Vidit Rouitus Regens Barilius Secretarius. In Cur. 2. fol. 98. Anaſtaſius. Al ſpettabile Don Martino de Saauedra Gouernatore della Prouincia de Principat' Vltra.* Die 7. Iulij 1633. Montisfuſcoli lectæ in Banca R. A. P. V. fuerunt receptæ ſupra caput omni, qua decet reuerentia,

& di-

& dictum, quòd obſeruentur, & regiſtrentur, & ita, &c. Ceruantes Franciſcus Antonius Vicus Secretarius.

Neque ipſi Auditores, quibus inſolidum eſt demandata Iuriſdictio in Prouincia, habẽt Iuriſdictionẽ in ipſum pauperum Aduocatũ, neque in alios ipſius Tribunalis miniſtros: & in occurrenti caſu Auditor Thomas Brandolino, cùm voluiſſet manus imponere in eundẽ pauperum Aduocatũ, ex eo, quia in defenſione cuiuſdã cauſæ ipſe Aduocatus dixit, confeſſionẽ inquiſiti eſſe factã in loco prohibito; inde alicuius tẽporis ſpatio, illud verbum: loco prohibito, declarauit cũ alio verbo poſtea addito, ideſt in loco, vbi datur tortura, Auditor habebat illud additamentum, in loco, vbi datur tortura, prò falſitate, & ſic informationem cœperat, & dictũ Aduocatũ Pauperum carcerare minabatur; & data per eundem Aduocatum notitia S. E. eiuſque Collaterali Conſilio, fuit ordinatum, R.A. non poſſe ſe intromittere cum eo, virtute prouiſionũ, ſequentis tenoris. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnif. viri Reg. Conſil. fideles dilectiſſimi. *Ci è ſtato preſentato memoriale videlicet. Illuſtriſſimo & eccellentiſſimo Signore: Carminio Centrella Auocato de' Poueri di Monteſuſcolo ſupplicando dice, à V.E. come hauendo difeſo la cauſa di Gio. Battiſta Grelle, come Auocato de' Poueri, hauendo fatte le allegationi in iure in detta cauſa, & allegato, che la confeſſione non era ſpontanea, perche era fatta in loco prohibito, l'Auditor Tomaſo Brandolino pigliò il proceſſo da eſſo ſupplicante, non dandoli tempo di poter dichiarare quella parola* loco prohibito: *onde eſſo ſupplicante alle ſue Allegationi gionſe vna dottrina de Hippolito de Marſilijs, e dichiarò quella parola, loco prohibito, ideſt in loco, vbi datur tortura; detto Auditor Brandolino hà pigliato informatione, habbia gionto dette parole alle ſue allegationi in iure. E, perche Sig. Eccellẽtiſſ. veda V.E. che coſa è queſta, la ſupplica reſti ſeruita ordinare à detta R. A. che tanto in queſto negotio, quanto in altre occorrenze nell'officio d'eſſo ſupplicante, prima di procedere ad atto alcuno, auiſi V.E. o ſuo Collateral Cõſeglio, acciò eſſo ſupplicante poſſa liberamente defendere li poueri ſenza timore alcuno di qualche Miniſtro di detta R. A. tanto più, che per eſſere eſſo ſupplicante eletto dal Regio Collaterale, la detta R. A. non vi hà giuriſdittione contro eſſo ſupplicante, & l'hauerà à gratia, vt Deus. Et inteſo per noi detto memoriale, ne hà parſo far la preſente, con la quale ve dicemo, & ordinamo, ch'al riceuer di queſta debbiate mandare l'informatione preſa per la cauſa predetta à noi in poter dell'infraſcritto Ill. Secret. del Regno Duca de Caiuano, e tra tanto non ve intrometterete ſenza ordine noſtro, per eſſere detto ſupplicãte Officiale di quella, e così oſſeruarete in futurũ, sẽza darne prima auiſo a noi, acciò poſſiamo ordinare quello ne parerà di giuſtitia, e così eſſequirete, non fanno lo con=*

lo cõtrario ſotto pena di ducati mille, la preſente reſti al preſentãte. Dat. Neap. die primo Auguſti 1632. El Conde de Monterey. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Enriquez Regens. Vidit Lopez Regens. Vidit Rouitus Regens. Barilius Secretarius. In partium 58. fol. 65. Alla Regia Audienza di Mõteſuſcolo, che al riceuer di queſta mandi l'informatione preſa per la cauſa predetta à V. E. ad finem prouidendi, e tra tanto non s'intrometta ſenz'ordine di V. E. per eſſere detto ſupplicãte Officiale di quella, & così oſserua in futurum, ſenza darne prima auiſo à V. E. acciò ſe li poſſa ordinare quello parerà di giuſtitia, vt ſupra. Die 15. Septẽbris 1632. Montisfuſcoli præſentes prouiſiones S. E. & Regij Collateralis Conſilij fuerunt lectæ in banca R. A Principatus Vltra, per quã fuerunt receptæ ſupra caput omni, qua decet reuerentia, & dictum, ꝙ retroſcripta copia fuit tranſmiſſa, & circa reliqua obſeruentur, & ita, &c. Brandolinus. Frãciſcus Antonius Vicus Secret.

O quàm periculoſum eſt, Miniſtrũ eſſe iracundum, & cauere debẽt Magiſtratus in Iuſtitiæ adminiſtratione, ne in iracũdiã incidãt; ſemper ſunt laudandi ij, in quibus non ita, non furor dominatur, & Iſidor lib. 3. cap 56. docuit, quòd ſi Iudices iraſcuntur, ipſam iudicij ſententiam in inſaniam vertunt, ex illo vulgato: Iratus neſcit diſcernere verum, vt ex alijs teſtatur Maſtrill. de Magiſtr. lib. 2. cap. 2. n. 96. & ſeq.

Nec Preſes ſolus poteſt inferre ictus funis, Gloſell. nouiter poſita in margin. §. 32. prag. 10. de offic. Iudic.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Præſide abſente, & ab officio egreſſo, vel per mortem, vel quia officium compleuit, cui debentur emolumenta, ad eum ſpectantia.

SVMMARIVM.

Præſide abſente, iuriſdictio exercetur per Auditores, & Fiſcalem, n. 1.

Emolumenta, ad Præſidem ſpectantia, eo abſente, cui debentur, à n. 2. ad 11.

Officiales à Tribunali diſcedentes aliqua graui cauſa ſine licentia, an incidant in pœnam, à n. 12. ad 15.

An habeant ſalarium, ibid.

Officiales abſentes à Tribunali pro cauſa publica, vel ipſius Tribunalis, an habeant ſalarium, a n. 16. ad 24.

Quid ſi abſint cauſa infirmitatis, nu. 25. & 26.

Quid ſi abſint, vocati à Domino Prorege, num. 27.

Multoties occurrit, Præſidem abeſſe à Prouincia, vel per mortem, vel ꝙ officium finiuit; & dicitur, officium Præſidis vacare,
1 & Iuriſdictio exercetur per Auditores, & Fiſcalem, & dubitatur, emolumenta, ad eum ſpectantia, cui debentur? multi dicunt deberi Auditoribus intereſsẽtibus, nam portio, vni ſpectans, alteri exiſtenti debetur, nedũ ex regula l. 1. C. quand. non petent part. verùm etiam exemplo Canonici, qui,

ci,qui, ſi à Capitulo abeſt, diſtri-
2 butiones quotidianę diuiduntur, eo abſente, inter præſentes.

Ego verò diſtinguendum arbitrör; aut tractatur de prouiſione,quam
3 ſingulo menſe percipit à Regia Curia,vti Pręſes;aut verò de emolumentis,non ordinarijs,ſed caſu aduenientibus,vt puta,pro licentijs,quæ conceduntur pro aſportatione armorum; aut verò tertio caſu pro emolumẽtis carcerum, quæ hic, & in multis Audientijs Regni ad præſidem ſpectant.

Si primo caſu,& ſic, ſi tractatur de emolumentis ordinarijs, nempè,
4 de prouiſione, ſeù ſalario, ꝙ ſoldum appellamus, ꝙ ei à Regia Curia ſoluitur ratione officij Pręſidatus, & tunc, cùm perſonæ induſtria videatur electa, ipſi Pręſidi debẽtur,& nõ alijs,&, eo mortuo,vel ab officio egreſſo, ad Regiam Curiam redeunt, & ſic ſemper fuit practicatum.

Aut verò ſecundo caſu, tractatur de emolumentis ordinarijs,nempè, pro licentijs, quæ dantur pro aſportatione armorum, & in iſtis Præſes,ſi eſt præſens, nec, eo ab-
5 ſente, Auditores habent portionem, neque aliquid:omnia enim emolumenta, ex hoc prouenientia, ſpectant ad Secretarium Regiæ Audientiæ, per quem fuerũt empta à Regia Curia, & nullus Præſes, religionem profitẽs, percepit, nec voluit.

Aut verò, tertio caſu, tractatur de emolumentis carcerũ,quæ Pręſidi ſpectant, & in eis nemo alius
6 portionem, neque ratam habet; hinc, Præſide mortuo, vel ab officio egreſſo,dubitat, ſi ad Regiã Curiã deuoluũtur,vel inter Auditores diuidũtur, pluries occurrit, & ſignanter quãdo finito officio
7 Pręſidatus D.Petri Bazan Ord.Calatrauæ Hiſpani,vigilantia intrepiditate primarij,qui ab hac Prouincia ad Præſidatũ illius Aprutij fuit promotus,& per ferè menſes quatuor Officium Præſidis vacauit, donec ſucceſſor aduenit D. Martinus Saauedra,y Guzman;& emolumenta carcerũ diuidebantur inter Auditores, & Fiſcalem, prout hic conſuetum eſt.

Verùm, quia aberat tunc temporis Auditor Thomas Brandolinus,
8 qui Neapoli pro ſuis negotijs peragendis morabatur, fuit dubitatum; an hic Auditor abſens, poterat participare de huiuſmodi emolumentis, vel tantùm inter præſentes, & ſic inſeruientes repartiri debere. Aliqui pro affirmatiua teſtabantur,ex eo; quia Auditor Brãdolinus Neapoli erat cum licentia Proregis, quo caſu, pro præsẽte iudicabatur, & ſicuti ſalarium ſoluitur à Regia Curia;
9 ita denegari non debet hæc portio emolumẽtorum, exẽplo Curati;qui de licentia Epiſcopi à reſidentia abeſt, debentur fructus vt dicam in tit. de abſent.c.1. n. 1.

Alij contrarium ſubſtinebant, hanc portionem non deberi,exemplo
10 eorum,qui abſunt à loco reſidẽ-

tiæ,

tiæ, quibus, licèt debeantur fructus, non debentur tamen diſtributiones quotidianæ, quæ dantur tantùm inſeruientibus ratione perſonalis aſſiſtentiæ, & ſeruitij, vt per Quarant. in Summ. Bullar. verb. Reſidentia, fol. mihi 442. ad princ. & ex hac ratione limitabant concluſionē ſupra firmatā, nempè, quòd fructus debentur abſenti, non autem diſtributiones quotidianæ,

Ego verò dicebam, q̄ vera eſt vtraque opinio, & doctrinæ allegatæ
11 rationabiliter tuentur; tamen in hoc attendenda eſt conſuetudo, quę dicitur altera lex; imò fortior lege, vt dixi in tract. Præcedenti tit. de priuileg. Baron. c. 1. n. 1. Verùm, quia Frācīſcus Antonius Vicus Secretarius, veritatis tutor, teſtatus fuit, alijs vicibus fuiſſe datam portionē, etiā abſentibus, & ſic fuit obſeruatū, & emolumēta fuerunt diuiſa inter Auditores, & Fiſcalem, inter quos fuit comprætenſus Auditor Brandolinus; quamuis abſens, & Neapoli commorans; q̄ tu nota; in dies enim euenire poteſt; verùm de reſidētia, & Officialibus, reſidere debētibus, & quando, vide Mut. cap. Sicil. tom. 6. c. 10 à n. 15. ad n. 27.

Non incongruè ſe offert dubium; pone, quòd Præſes, Auditores, vel
12 alij Officiales ab Officio diſcedāt ex aliqua cauſa graui, & de facto prouenientę; ita, vt non valeant licentiam impetrari à D. Prorege, vt puta improuiſæ infirmitatis, mortem minantis, vel nūcij, mortis patris, matris, vel fratris, vel eorum, aut cuiuſlibet eorum oppreſſionis, ſiuè alia graui cauſa vrgenti, & neceſſaria, an incidāt in pœnam, vel debeatur ſalariū, quod Regia Curia dat? hoc pluries accidit, & accidere poteſt; nam de facto diſcedūt, vna ex iſtis cauſis.

De iure non eſt dubitandum, nec in pœnam incidere, nec ſalarium
13 amittere, ſi de facto diſcedunt, ex aliqua graui, & neceſſaria cauſa; tùm ex illa regula: Quòd abſens ex cauſa neceſſaria, iudicatur pro præſente; cùm etiam, quia, quando quis ad adiuuandum patrem, matrem, vel fratrem oppreſſum, diſcedit ab officio de facto, ſine licentia, dicitur abſens ex cauſa neceſſitatis, & ac ſi præſens in omnibus iudicatur, vt plenius dixi in tit. de abſent. cap. 1. nu. 8. ex Afflit. deciſ. 298. n. 32. & 33. qui Cardinalis vidēs fratrem ſuū oppreſſum, captum, & ſpoliatū, dimiſſa reſidentia, ad adiuuādum fratrem acceſſit; factum enim propriū iudicatur, Afflict. refert.

Et de Monaco, diſcedente à Monaſterio ſine licentia ſui ſuperioris, ſcribit Viſcont. in ſingular. verb. Monacus, verſ. & ſi recedi, fol. 186

Sed in Regno noſtro aliter ſtatutū eſt; nàm vigore multiplicatorum
15 ordinum Regij Collateralis Cōſilij nō poſſunt diſcere ab Officio quauis cauſa, ſine licentia Domini Proregis. Vnde contrauenientes dictis ordinibus, nedùm pœnam

nam

Digitized by Google

nam in eis contentam, incidunt, verùm etiam ſalarium à Regia Curia dari ſolitũ, amittunt, prout in perſona Auditoris Scipionis Monaci, qui abſque licentia diſceſſit, fuit ordinatum, vt reſtitueret dietas perceptas, vt in t. t. de Offic. Auditor. cap. 1. n. 6. & ſeq.

Oritur aliud dubium: Si Præſes, Auditor Fiſcalis, vel aliquis Regius
16 Officialis à ſuo Tribunali abeſt pro ſeruitio ipſius Tribunalis; ſi inſimul propria negotia gerit, an habeat ſalarium ſolitum à Regia Curia dari? Hæc quæſtio occurrit tempore, quo Auditor Andreas Frezza de Sedili Nidi Neapolitano, qui Neapolim acceſſit, à Tribunali deſtinatus penès D. Proregem ad repreſentandũ multa facinora quæ Tiburtius Marra cum ſua Comitiua in hac Prouincia in dies committebat; quo caſu dicitur, vtilitatem Tribunalis, & ſic Reipublicæ peragere; moram traxit in Ciuitate Neapolis ſpatio bimeſtris, & eo reuerſo ad Tribunal, ſuum officium continuando, petebat ſibi taxari, & ſolui dietas vacatas pro cauſa prædicta, prout moris eſt. Præſes, Auditores, & Fiſcus dicebant non deberi, & fuit magna controuerſia, orta inter eos.

Dicebat, inquam, Auditor Frezza, ſibi deberi dietas vacatas Com-
17 munis enim obſeruantia eſt, ſolui dietas ei, qui pro Fiſco, aliquo tẽpore vacat; & tantò fortius debebantur ei, qui de ordine Tribunalis vacauit penès D. Proregẽ pro ſeruitio, nedùm Regis, & publico, pro extirpandis malefactoribus, publicã quietẽ perturbantibus; de iure clarũ eſt, quòd abſẽs pro vtilitate Regia excuſatur, Cãpagn. ad Cap. Regn. poſt cõmiſ-
18 ſum n. 28 Et abſens pro ſeruitio Regio, quamuis nõ principaliter, ſolita emolumenta conſequitur, Thor. to. 2. cõp. deciſ. fol. mihi primo, verb. abſens.

Corroborabat hoc alio medio, Clerico abſenti ab Eccleſia, agenti
19 negotia ipſius Eccleſiæ, deberi diſtributiones quotidianas, cap. ex parte, il 2. de Cleric. non reſidẽt. Ricc. deciſ. 65. ad fin. par. 4.

Et tantò fortius, quia ſequuta erat licẽtia Domini Proregis, cum quo
20 pluries alloquutus fuerat; vnde ſuccedit iuris diſpoſitio, quòd quamuis Curatus à ſua Curata Eccleſia abſit pro ſeruitio Eccleſiæ, vel Epiſcopi, pro præſente iudicatur, cap. ad Audientiam, de Cleric. non reſident. Et per conſenſum Epiſcopi debentur ei cuncta, quę debentur præſentibus, Fuſc. in tract. de viſitat. lib. 2. cap. 4. n. 9. Quarant in Sum. Bullar. tit. de reſident. fol. mihi 443.

Replicabant aduerſarij, abſentiam fuiſſe valdè longam, nempè, bimeſtrem; poterat enim ſe paucis
21 diebus expediri, & ad Tribunal reuerti, ſed Neapoli perſtitit pro negotijs ſuis; vndè ſuccedunt duę regulæ iuris. Prima, quòd deſtina-
22 tus pro aliquo negotio, non de-

Q bet

bet otioſè viuere,ſed illi diligenter vacare,vt Quarant.cit. loc.aſſert,verſ. limita. Et inde, peractis negotijs, pro quibus fuit deſtinatus,reuerti.

Altera, quòd, quando quis propria negotia gerit, etiam ſi pro alijs
23 deſtinatur, non habebit fructus; nàm abſens pro cauſa propria,nõ dicitur iuſta cauſa abeſſe,Mut.to, 5. cap. Sicil. cap. 373. n. 2.

Replicabat Auditor Frezza, detentionem tanto tempore Neapoli fuiſſe ex cauſa, ſibi à Tribunali commiſſa, & quamuis iſto tempore propria negotia geſſiſſet,potuiſſet gerere; tùm, quia abſens
24 cauſa Reipublicæ,poteſt propria negotia gerere, tùm etiam quia ſtante tolerantia D. Proregis, tolerando ſuam moram in Ciuitate Neapolis,cenſetur tacita licentia, & quando quis à loco abeſt cum licentia, poteſt gerere tàm negotia, ſibi commiſſa,quã negotia propria; licentia enim ad omnia iſta extenditur.Pro prima cõcluſione allegabat Mutam tom. 3. cap. Sicil. cap. 15. n.71.& ſeq. Et pro ſecunda,eundem Mut. to. 6. cap. 61. n. 58.

Cætera verò, quando Officiales abſunt, vel cum licentia Proregis,
25 vel eius mora, in Ciuitate Neapolis toleratur,vel à D. Prorege ſint vocati, & ibi detenti, quamuis detentio, & mora fuerit longa,& per aliquos menſes,ſemper fuit eis ſolitum ſalarium à Regia Curia,præcedente ordine tamen D. Proregis, ſic fuit practicatum in perſona Auditoris Donati Coppola,nunc Iudicis in Ciuilibus M. C. viri genere primarij,&
26 digni ſuo ſplendore, cui prouiſio fuit ſoluta, quamuis mora in Ciuitate Neapolis, ad quam acceſſit pro recuperanda ſalute,fuiſſet longa.

Et iterum, vocato à Dño Prorege Auditore D. Ioãne Angulo, quãuis eius detentio in Ciuitate Neapolis fuiſſet per multos menſes, ei fuit ſolutum ſalarium;cum ordine tamen D. Proregis. Et iterũ in perſona D. Franciſci Valcarcel à D. Vicerege vocati.Et ſimiliter quando D. Andreas de Zuniga in eadem Ciuitate Neapolis, per tres menſes perſtitit, fuit à Perceptore Prouinciæ ſolutum ſalarium, quod tu nota, quia in dies euenire poteſt. Et pro coronide quæri poteſt,an Præſide deficiente poſſint Auditores cauſas ad modum belli expediri decam infra in tit. de Poteſtat. ad mod. belli cap. final. in fin.

DE OFFICIO AVDITORIS. Caput I.

A R G V M E N T V M.

Auditores Prouinciarum vnde dicantur.
Quam Iuriſdictionem habeant.

SVMMARIVM.

Auditores Prouinciarum quomodo vocantur, n. 1. 2. 3 & 4.
Habẽt ordinariã Iuriſdictionẽ, n. 3. & 59
Auditores an Prouinciam equitare poſſint, & in quibus caſibus, num. 6. & 10 & à num. 19. ad 28.
Actuarij, & ſcribæ non admittuntur ad exercitium abſque perquiſitione, n. 7.
Panis curiæ datur carceratis dietim ante omnes alias expenſas, n. 8. & 9.
Auditores Prouinciarum cauſas in banca, & non alibi expediant, audito fiſco, num. 12. & 13.
Auditores Prouinciam equitantes, an poſſint ſe intromittere in negotijs non ſibi commiſſis, ſed occurrentibus, à num. 14. ad 18.
Dietæ vacatæ per Auditores Prouinciarum à quo debent ſolui, a n. 29. ad 34.
Auditores boni, & Auditores mali qui dicantur, à num. 35. ad 39.
Auditores Prouinciarũ, an poſſint abſente Præſide cauſas axpedire, à n. 40 ad 57
Quid in cauſis ad modum belli, n. 49. 50. & 51.
Podagra morbus eſt, num. 41.
Infirmitas leuis nõ dicitur infirmitas, n. 42
Ex infirmitate quid oritur, num. 47.
Iudices M.C.V. abſente Regente, an ſententiare poſſint, num. 45.
Præſes Prouinciæ in quacũque illius parte poteſt Ius dicere, num. 54.
Andreæ Gambacortæ Præſidis laudes, num. 55.
Fabij Caraccioli laudes, num. 56.
Auditor, an poſſit, cum Præſide, & cum Fiſco cauſas expedire, n. 58. 59. 60. & 61.

OPortunè tractãdum fore
cenſeo de Officio Au-
ditoris in Regijs Au-
dientijs deputati, non
autem Baronalis, vul-
gò Secundarũ cauſarum nuncu-
pati, & Auditores Regij quomo-
do vocari debent variæ ſunt Do-
1 ctorũ opiniones, multi enim eos
Conſiliarios vocant, ex l. conſi-
liarios, ff. de Offic. aſſeſſ. notat
Bald. in l. nemini, in princip. C.
2 de Aduocat. diuerſ. Iudic. Alij ve-
rò eos vocant Præſidis collegas,
ea ratione, quia aſſiſtunt Præſidi,
& in commiſſionibus vocantur,
3 vt ipſe Præſes Regij conſiliarij,
& habẽt ordinariam Iuriſdictio-
nem, & Imperium maius, quàm
Præſes, & adminiſtratio cuilibet
inſolidum competit l. 4. & l. de
omnibus, ff. de Offic. Præſid. me-
lius Carau. in rit. 53. n. 2. Alij ve-
4 rò eos aſſeſſores vocant, quia Præ-
ſidi aſſiſtunt, vt cum eorum con-
ſilio procedant; cuius Aſſeſſoris

officium adeò Carthaginenſibus
placuit, vt, ſi Imperatores ſine
5 Conſilio aliquid adminiſtraſſent,
etiam ꝙ proſperum, fœlicemq́;
ſucceſſum traheret, in crucẽ tolli;
etenim exiſtimabant, nec falsò;
nã tàm numeroſo exercitu, quàm
multitudine conſiliariorum eſt
bellica res adminiſtranda, ideò
rectè Iulius Cæſar dicebat, non
minus eſſe Imperatoris conſilio
ſuperare, quã gladio, vt teſtatur,
Onoſandr. in tract. ſtrategic. c. 3.
fol. mihi 18. Ego autem quidquid
cęteri dicant, cum communi, &
pœnès omnes poſteriores vulga-
to dicto reſideo, eos Auditores vo
cãdos eſſe, & omiſſa diſputatio-
ne, quomodo Auditores vocent,
vnde dicantur, vnde eorum Of-
ficium eſt ortũ, & cuius qualitatis
eſſe debent, ſed tantùm aliqua de
eorum Officio dicam, & primò
pro obſeruantia, & declaratione
cap. 18. & 24. prag. 89. cap. extãt
prouiſiones in facti contingentia
in hac R. A. per Regium Collate-
rale relaxatæ tenoris ſequẽtis v3.
Philippus Dei gratia Rex, &c.
Illuſtris, & Magnifici Viri, &c.
*Li giorni paſſati per noi furno ſpedite
prouiſioni del tenor ſequente*, v3. Il-
luſtris, & Magnifici Viri &c. *A no=
ſtra notitia è peruenuto, come contra la
forma della Regia Pramatica delli 89.
capi nel cap. 1. & non obſtante, che in
queſta R. A. vi ſono ſolamẽte dui Au=
ditori, l'Auditore Scipione Monaci è
6 andato fuor di queſto Tribunale a fare
otto Commiſſioni, cinque di parte, e tre
di Fiſco, del che, ne vẽgono ad eſſer im=
pedite le cauſe de' carcerati di queſto
predetto Tribunale, il che inteſo per
noi, ci è parſo farui la preſente, per la
quale vi dicemo, & ordinamo, che
da qui auanti circa l'vſcire di queſti
magnifici Auditori, debbiate omnina=
mente oſſeruare la predetta Regia Prag
matica, e l'altri ordini vi ſono ſopra
queſta materia; & ordinamo cõ la pre=
ſente à detto magnifico Auditor Mo=
naci debbia comparere auanti di noi, e
dire la cauſa perche non deue reſtitui=
re le giornate haue hauute per tale com
miſſioni, mentre è vſcito contra la for=
ma di detta Regia Pramatica nel cap.
24. doue ſtà ordinato, non ſe ammet=
7 tano li Maſtrid'atti, nè Scriuani, ſen=
za prima preſentare fede della perqui=
ſitione di Vicaria, e delle Corte delle lo=
ro Patrie di doue ſono, come non ſono
contumaci, nè inquiſiti: dall'Auditor
Staiuano, & dall'Auocato Fiſcale ſi
è ammeſſo all'eſſercitio di Maſtrod'at=
ti di queſta R. A. Giulio Matthia de
Serino Senza tali requiſiti, ſotto prete=
ſto teneua prouiſione della Summaria,
che ſe li deſſe la poſſeſſione, il che inteſo
per noi, ci hà parſo ordinarui, ſin come
con queſta vi ordinamo, che debbiate in
tal particolare oſſeruare, è far oſſeruare
ad vnguem detta Regia pragmatica
ſenza alterarſi punto. Anco hauemo
inteſo, che ſtando ſtabilito per detta Re=
8 gia prag. al cap. 8. che ſi dia il pane
alli poueri Carcerati. e ciò ſi faccia con
puntualità, e ſi preferiſca ad ogn'al=
tra coſa, e ſpeſa, e queſto non obſtante
ſi e mancato, e manca darſe detto pa=
ne, e n'è nato, che per non hauer li po=*

ueri

Digitized by Google

ueri Carcerati lo detto pane, da queſſo
Tribunale ſono ſtati mandati dal Car=
ceriero alcuni poueri carcerati fuora
delle carcere queſtuando per dentro, e
fuora queſſa terra, e ſe ne fuggì da
la catena vno di eſſi carcerati inqui=
ſito di furto, e ciò manca, perche han=
no concluſo queſſi magnifici Auditori
fare vna rota in queſſo Tribunale, al=
l'vſo del S.C. di Capuana, e per ciò li de=
nari di prouenti ſi conſegnano al Fiſca=
le per tal'effetto. Alche volẽdo noi pro=
uedere, come in effetto ſe conuiene, ci hà
9 *parſo faruì la preſente, per la quale v'or=*
dinamo, & commandamo, che con ef=
fetto debbiate far dare il pane à detti
poueri carcerati, conforme ſtà ordinato
per detta R. prag. quale oſſeruarete in=
uiolabilmente, poſtponendo ogn'altra
ſpeſa, atteſo non conuiene, che detti po=
ueri carcerati patiſcano, e ci darete aui=
ſo, che così l'hauete eſequito. Datum
Neapoli die 30. Septembris 1618. El
Duque. vidit Conſtantius Regens. vi=
dit Valenzuela Regens. vidit Vrſinus
Regens. vidit Alderiſius Regens. Sa=
lazar Secret. In Cur. Principatus Vl=
tra, vt ſupra. Al preſente ſemo ſtati
informati, che lo preinſerto noſtro ordine,
non ſolo non è ſtato eſequito, ma meno ſi
trouail che inteſo per noi ci hà dato ma=
rauiglia, come l'ordini noſtri non ſono
eſequiti, e conuenendo, che s'eſequano,
ci è parſo di nuouo faruì la preſente per
la quale vi dicemo, & ordinamo, che
con effetto debbiate oſſeruare, & eſequi=
re, & far oſſeruare, & eſequire pun=
10 *tualmente quanto in detto ordine ſi*
contiene. & à tale s'eſequa, ordinamo
con la preſente al magnifico Auocato
Fiſcale di queſſa R. A. che debbia te=
nere particolar penſiero, che detto ordine
s'oſſerui nel modo, ch'in eſſo ſtà dechia=
rato, e lo faccia regiſtrare dal Secreta=
rio di queſſa R. A. al quale anco l'ordi=
namo, che così conuiene, & è ſtato. & è
la volontà noſtra, e non ſi faccia il cõ=
11 *trario per quanto ſi hà cara la gratia,*
e ſeruitio della preſata Maeſtà. Datum
Neapoli die 26. Martij 1619. El Du=
que. vidit Conſtantius Regens. vidit
Valenzuela Regens. vidit Vrſinus Re=
gens. vidit de Marra Proregens. Sala=
zar Secret. In Cur. 1. Principatus Vltra
fol. 50. Alla Regia Audiẽtia di Prin=
cipat'Vltra. perche oſſerui lo preinſerto
ordine di V. E. continente più capi, &
all'Auocato Fiſcale di eſſa tenghi pen=
ſiero s'oſſerui, e regiſtri dal Secretario di
quella, vt ſupra.

Sed pro declaratione cap. 1. ipſius
Regiæ prag. quòd Auditores in
12 R. A. votent, & cauſas expediant,
audito in omnibus Regio Fiſco,
non autem in alijs partibus, extat
ordinatum per prag. 8. de offic.
13 magiſt. Iuſtitiar. qua cauètur, &
diſponitur, Auditores non poſſe
alibi, quàm in R. A. cauſas termi-
nare, Viu. deciſ. 401. n. 1. [Poſ-
ſunt tamen domi expedire pro-
uiſiones, decreta interlocutoria,
& alia ordinatoria, vt nuper fuit
declaratum per Regium Colla-
terale Conſilium, virtute proui-
ſionum ſequẽtis tenoris, v3. Phi-
lippus Dei gratia Rex, &c. Mag.
Viri Regij fideles dilecti. *A no=*
ſtra notitia è peruenuto, che in virtù di
vn capitolo contenuto in vna carta no=

ſtra

Digitized by Google

ſtra delli 8. di Nouembre proſsimo paſſato 1631. vi è ſtato prohibito dal Mag. Preſide di queſta R. A. che voi Mag Auditori di eſſa, non ſpediſsiuo coſa alcuna nelle voſtre caſe, e perche la noſtra intentione non è ſtata di prohibire di ſpedire le ſolite prouiſioni in caſa con li decreti interlocutorij, & altri atti ordinatorij, mà ſolo la ſpeditione delle cauſe, che ſete obligati ſpedire in Tribunale, conforme alle Regie pragmatiche; per queſto ve dicemo con queſta, che poſsiate ſpedire in caſa le dette prouiſioni, decreti interlocutorij, & atti ordinarij, conforme le dette Regie pragmatiche: atteſo con queſta medeſima ordinamo al detto Mag. Preſide, che così lo debbia permettere, & eſſequire ſenza innouare coſa alcuna: dando ordine, che la preſente ſe regiſtri, e conſerui per il Mag. Secretario di queſta R. A. acciò in futurum ſe ne habbia la notitia, che conuiene. che tale è noſtra noſtra volontà. Dat. Neap die 30. Ianuarij 1632. El Conde de Monterey. vidit Carolus de Tapia Regens. vidit Enriquez Regens. vidit Lopez Regens. vidit Rouitus Regens. Regiſt. in Cur. 1. Calabriæ Citra, & Vltra fol. 22. à tergo. Alli mag. Auditori della Regia Audienza di Calabria Vltra, &c.]

Sed quæro, dato quòd aliquis ex Auditoribus Prouinciam properaret pro negotijs ſibi commiſſis, an poſſit vltra ſibi cõmiſſa proce-
14 dere; Ego diſtinguendum fore aſſero, q aut tractatur de negotijs criminalibus; aut de ciuilibus, ſi in criminalibus, ſubdiſtingue; aut ſumus in caſibus, dilationem non admittentibus; aut verò in negotijs, celerem expeditionem non requirentibus; ſi ſumus in primo caſu, poteſt Auditor, vel Fiſcalis celeri præſidio remediũ adhibere, & in negotio ſe ingerere, ſequitur Bouadill. to. 1. Politic. lib. 2. cap. 20. n. 9. fol. 874. Si verò in ſecundo caſu, tenetur
15 Tribunal certiorare, & ab eo reſponſionem habere, & non aliter ſe immiſcere cap. 28. Reg. prag. 89. cap. & non poteſt citare ad informandum, nec ad capitula in negotijs ſibi commiſſis cap. 89. quod ante pragmaticam non obſeruabat. Si verò ſumus in ciuili-
16 bus, ſubdiſtingue; aut ſumus in ſentẽtijs diffinitiuis; aut in cauſis inchoandis, vel prouiſionibus,
17 mandatis, ſiuè actis, nõ vim diffinitiui continentibus. Si ſumus in primo caſu, nullo modo expedire poteſt. Si verò in ſecundo caſu, poteſt, & valet, Viu. deciſ. 37. n. 16. & ſequen. Cuius dicta circa querelas fortè porrigendas Audi-
18 tori in partibus, & informationes capiẽdas, citationeſq; expediendas corruunt, & reuocantur, ex cap. 73. prag. citat.

Dixi ex prag. 8. cauſas in Tribunali terminandas eſſe, audito Regio Fiſco, & cum eius interuentu, &
19 etiam abſente Præſide, ex prag. 9 eodem titul. de offic. Iuſtitiar. concordat Viu. deciſ. 37. num. 1. Quæro ſi contingat aliquod graue negotium in Prouincia, pro

quo

quo aliquem ex Officialibus Tri-
20 bunalis deſtinare neceſſarium
eſſet, an poſſit Præſes aliquem ex
aula deſtinare, & vtrum deſtina-
tus licitè poſſit accedere? dicit
Viu. deciſ. 37. num. 15. ex citat.
prag. 8. Auditores diſcedere non
poſſe, niſi vrgente cauſa, & fuiſſe
inde hoc ordinatum, nedùm hoc
intelligi debere de Auditoribus,
verùm etiam de Aduocato Fiſca-
li vigore prouiſionum Collate-
ralis Conſilij de anno 1583. ex-
peditarum, quas ipſe refert n. 16.
21 inde per prag. 89. cap. cap. 1. ex-
tat ordinatum, non poſſe Audi-
torē abeſſe, neque Fiſcum ab Au-
dientia abſque expreſſa licentia
22 Regni Proregis; verùm in nego-
tio vrgenti, quod dilationem nō
admittit, licet deſtinare, inde E.S.
23 reſcribere, & de modo, & quo-
modo ſi contingat duos Audi-
tores vno, & eodem tempore de-
ſtinare, habetur in cap. 2. in ea-
dem prag. 89. cap. poſt quæ or-
tis nonnullis difficultatibus, fue-
runt per Regium Collaterale
Conſilium relaxatæ prouiſiones
ſequentis tenoris, v3. Philippus
Dei gratia Rex, &c. Mag viri Re-
gij Cōſiliarij fideles dilectiſſimi.
*A noſtra notitia è peruenuto, come nel-
l'vſcire, che fanno li Magnifici Audi-
tori di queſta R. A. e dell'altre di que-
ſto Regno à pigliare alcune informa-
tioni, ò per altro effetto, così d'ordine
noſtro, come di queſto Tribunale nelli
caſi ſono permeſſi, che poi ne date auiſo
conforme l'ordini noſtri, alle volte ſuole
accadere, che ſi ritroua alcuno dell'Au-
ditori fuora del detto Tribunale, &
eſce l'altro, e così viene à reſtar ſolo vn
Auditore nel Tribunale, lo che non*
24 *cōuiene poiche non ſi può in queſta ma-
niera attendere all'eſpeditioni delle
cauſe. E perche la volontà noſtra è ſta-
ta, & è ſempre, reſtino dui Auditori
nel Tribunale, quando occorre, che per
ordine noſtro, ò per cauſe vrgenti queſto
Tribunale ne deſtina alcuno, conforme
detti ordini noſtri; per ciò ci ha parſo
farui la preſente, per la quale vi dice-
mo, & ordinamo, che da quà auanti,
hauendo da vſcire alcuno Auditore
con ordine noſtro, e di queſto Tribunale
nelli caſi vrgenti, conforme ad altri no-
ſtri ordini che da noi tenete, quali oſſer-
uarete ad vnguem, volemo non poſſa
vſcire ſe non reſtaranno li altri due Au-
ditori come di ſopra, acciò non ſi venga
à retardare l'eſpeditione delle cauſe &
maſſime delli carcerati; altrimente à
quell'Auditore vſcirà contra la for-
ma di queſto noſtro ordine, etiam con li-
cenza noſtra, ordinamo, e così dechiara-
mo con la preſente, che non ſe li paghino
le giornate, che vacarà in tal commiſſio-
ne per lo Regio Fiſco, ne per le parti,*
25 *che lo dimandaranno, oltre che contra
di loro ſi faranno da noi altre prouiſio-
ni, che ci pareranno d'altra pena à no-
ſtro arbitrio, com'à tranſgreſſori di noſtri
ordini, & à tale ſi ſappia, che queſto
noſtro ordine ſi oſſerui puntualmente,
ordinamo con la preſente all'Auocato
Fiſcale di queſta Regia Audientia,
che (ſuccedendo il caſo) che reſti vn
Auditore ſolo, debbia fare la ſua iſtan-
za, che non ſe li paghino le dette gior-*
26 *nate,*

26 *nate, & lo Preſide, e l'altri Auditori facciano così eſequire, & tutto ad vn tempo detto Fiſcale ne dia auiſo acciò poſſiamo declarare la pena à noſtro arbitrio, altrimente, non eſequendo così*
27 *detto Fiſcale, ſi procederà contro d'eſſo à lo che conuiene; Per tanto così s'eſequa, che tal'è noſtra volontà, & intentione. Datum Neapoli die 18. Ianuarij 1619. El Duque. Vidit Conſtantius Regens. Vidit Vrſinus Regens. Vidit Valenzuola Regens. Vidit de Marra Proregens. Salazar Secret. In Cur. 1.*
28 *Principatus Vltra fol. 42. Alla Regia Audientia di Principato Vltra.* Et cùm fuiſſet per Auditorē Scipionem Monaco cōtrauentum, fuit citatus ad dicendum cauſam quare reſtituere nō debebat dietas habitas, & receptas à commiſ-
29 ſionibus, pro vt ſupra dixi, & licèt per prius huiuſmodi dietæ vacatæ ſoluebantur per Magiſtrum Cameræ huius Prouinciæ cum taxatione dietarum, & ordine totius Tribunalis prag. 11. de Offic. Iudic. c. 41. tamen hodie eſt prohibitum, & non poſſunt dietæ ſolui, niſi taxatur per Regiam Cameram Sūmariæ virtute literarum à Regio Collaterali Conſilio relaxatarum, quarum tenorē pro omnium ſcientia placuit inſerere, v3. A terg. Spettabili, & Magnificis Viris, Gubernatori, & Auditoribus in Prouincia Prin-
30 cipatus Vltra, Regijs Conſiliarijs fidelibus dilectiſſimi. Intus verò. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Spectabilis, & Magnifici Viri Regij Cōſiliarij fideles dilectiſſimi; *A noſtra notitia è peruenuto, che per non aſſiſtere tutti voi Magnifici Auditori, & Auocato Fiſcale nel Tribunale come ſete obligati, non ſe ſpediſcono le cauſe, in gran danno delli poueri carcerati; poiche ogni vno di voi ſi procura commiſſioni, non ſolo da queſti Regij Tribunali, ma anco da queſt'iſteſſo Tribunale dell'Audientia, & ciò contra la forma dell'ordini, che vi ſono. Per lo che noi volendo rimediare in queſto, non ſolo per quello tocca à queſta Regia Audientia; mà anco à tutte l'altre del preſente Regno, à tale li carcerati non*
31 *ſe macerano nelle carceri, ci è parſo farui la preſente, per la quale vi dicemo, & ordinamo, che da quà auante tanto il Præſide, come l'Auditori, & Auocato Fiſcale di queſſa detta Regia Audientia non debbia vſcire da queſſo detto Tribunale, per qualſiuoglia cauſa, ſenz'eſpreſſa noſtra licenza in ſcriptis obtenta, oſſeruandoſi in queſto particolare*
32 *le Regie pragmatiche, & ordini, che vi ſono. Verum ſe alcuna volta per alcuno caſo forzoſo, ò repentino vſcirà alcuno di voi, volemo ſi debbia votare in la Rota di queſſo detto Tribunale,*
33 *& cōcorrendo la maggior parte di voi, in tal caſo poſſa vſcire ad eſſequire il negotio, che li sarà commeſſo; ita, che nō ſi debbia dar Commiſſione neſſuna ne à voi predetti mag. Auditori, e Fiſcale, ò altra perſona, ſe non ſi votarà in queſſo detto Regio Tribunale nel modo predetto, & in tal caſo, che ſarà concluſo vſcire alcuno di voi per neceſſità forzoſa, come di ſopra, ſubbito ne darete auiſo chi è vſcito, e perche cauſa; e de più,*

quando

quando tal'vſcita ſarà ad iſtanza del R. Fiſco, non ſi debbia, ne poſſiate recuperar le giornate, che ſi vacaranno, ne
34 *dal Perceptore, ne dal maſtro di Camera, ſenza prima darſene auiſo alla Regia Camera della Summaria, perche liquidi dette giornate hauerà vacate, & queſto ſi debbia oſſeruare puntualmente, atteſo ordinamo con queſta alli detti Perceptori, & Maſtro di Camera, non paghino tali giornate, ſe non ſaranno ſtate liquidate da detta Regia Camera. Per tanto così s'eſequa. che tale è noſtra volontà, non facendoſi il contrario, per quanto ſi hà cara la gratia, & ſeruitio della prefata Maeſtà. Dat. Neap. die 20 menſis Maij 1630. El Duque d'Alcalà. vidit. Carolus de Tapia Regens. vidit Enriquez Regens. vidit Lopez Regens. vidit Rouitus Regens. In Cur. 1. Principatus Vltra fol. 4. Alla R. A. de Principato Vltra. Die 19 menſis Iunij 1630. Montisfuſcoli præſentes prouiſiones S. E. & Regij Coll. Conſilij fuerunt lectæ in Banca R. A. Principatus Vltra. per quam fuerunt receptæ ſupra caput omni, qua decet, reuerentia, & dictum, quòd obſeruentur, & regiſtrentur. Brandolinus. Frãciſcus Antonius Vicus Secret.*

Materia Auditorum proſequendo; ad futuram ſcientiam neceſſe eſt, omnia de eorum Officio diſſere-
35 re; ſecundum capacitatem enim Auditorum moderatur lingua Aduocatorum, & in Sacra Pagina in Ezechiele habetur, quòd pro-
36 pter bonos Auditores malis Doctoribus ſermo datur, & è contra, propter malos Auditores bonis Doctoribus ſermo ſubtrahitur; ille enim bonus Auditor eſt, cui
37 auris bona eſt, quæ libenter audit, prudenter diſcernit audita, obediẽter operatur intellecta, ex diuo Bernard. multi enim legũt, & ab ipſa lectione ieiuni ſunt,
38 multi verò vocem ſtudij cãtant, ſed vacui recedunt, quorum, & ſi venter comedit, viſcera non replentur, & ſi mente intellectum ſtudij percipere videantur, obliuiſcendo, & non ſeruando quæ audierunt, videntur eſſe literati, & in dies in quolibet negotio dubitant; vndè oportunè quæro, an Auditores poſſint cauſas expedire, abſente Fiſco, vel præſente, & non contradicente, vel contra-
39 dicente, & proceſſu non viſo per eum? vide quæ dixi in tit. de Offic. Fiſci n. . vbi habes, an requiratur interuentus Fiſci, & alia pulcra ad materiam.

Et ne ieiunus ab hac materia lector diſcedat, quæri poteſt, an Audi-
40 tores poſſint. abſente Præſide, cauſas expedire criminales, vel ciuiles, interlocutorias, vel diffinitiuas, ſi Præſes abeſt à loco iudicij, benè poſſunt, & non eſt qui dubitet, cùm Tribunal reſideat in aſſiſtentibus: ſed dubium ſtat, ſi Præſes eſt in Regione, tamen non interuenit in aula, in qua cauſæ deciduntur? pluries hoc accidit ex cauſa infirmitatis Præſidis, & ſignanter tempore Præſidatus Adriani Brancatij Comitis Caſtilionis, conſciẽtiati, pruden-

tis,& omni virtute ornati, qui infirmitate Podagrę in pedibus vexabatur,& non poterat ad locum cauſarum, & ſic ad aulam accedere,propter quam pedum inhabilitatem reddebatur inhabilis, ſimul cum Auditoribus,& Fiſcali
41 illuc accedere. Podagra enim morbus eſt,& excuſat, ex tex. in l. Podagrę C.qui morb. ſe excuſ. lib. 10. Podagræ enim eſt imbecillitas,atq; humoris à natura alieni de fluxio, pedes occupãs, Leonard. Fuchſius inſtit. medic.ſept. 1. lib 3.cap. 25.[de Podagra,& Officiali podagrico vide Regen. Tap. in cap. Regn.Item prædicti Caroli,el 35.fol.215.col.2.Amendol. ad Franch. deciſ. 210.n. 75. & Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 2. de Magiſtrat. lib.2.cap.10.n.17. & ſeq. par. 1. Et Seneca in epiſt. 28. quã Lucillo ſuo amico ſcri-
41 bit: Inter alias vexationes, quas patitur podagricus tres ſpecialiter enumerat, & de eis contriſtatur,nempè, carere aſſuetis, voluptatibus abſtinere à cibo, ſitire,eſurire,vt fol mihi 378.]Et dubitatur, immò fuit magna controuerſia, ſi poterant Auditores cum alijs Dominis in aula ſe prębentes cauſas expedire, abſente Pręſide,vel tenebantur ad locum Præſidis, & ſic eius camerã adire,cum infirmitas hæc grauis ſit ex pedũ inhabilitate;ſi eſſet enim
42 quartana,leuis iudicaretur,& nõ excuſaret, nec impediret, Imbrian. in tract.de repulſ. requiſit. 1. nu. 30. Vnus ex Auditoribus Præſidem coadiuuando dicebat, debere ad locum Præſidis accedere, nedùm, vt illi complaceant verùm etiam ne nullitas actuum
43 iudicetur,& allegabat Afflict. in Conſt. Regn. cùm noua n. 4. ex quo habetur, quòd aſſeſſores Viceregis in Prouincia ſententiam
44 proferentes ſine ipſius Viceregis præſentia non benè procedunt, & ſententia eſt nulla, prout in ſimili dicit Affl. de Iudicibus Ma-
45 gnæ Cur. Vic. qui non poſſunt ſententiam proferre abſente Regente; ergo quidquid ipſi agerẽt ſine præſentia Præſidis, nedùm in Regione,verùm in eodem Palatio exiſtentis, nullũ erat. Alter verò Auditor replicabat, Auditores poſſe cauſas expedire ſine
46 præſentia Præſidis, vt congerit Carauit. Rit. 64. n. 3. Alter verò Pręſidi replicando,& alijs votantibus contradicendo,dicebat,cũctas cauſas terminari debere in loco ſolito cauſarum,& ſic in au-
47 la,& non poſſe fieri mutationem de loco ad locũ, ne acta reddantur nulla, & allegabat Capobl. de Baron. tom. 2. cap. 16. nu. 6. Et addebat ex infirmitate oriri perturbationem mentis, & memoriæ, & rei gerendæ impedimentum,ex Rouit. ad rubric. de adminiſtr. & qui perſonaliter ſeruiunt n. 12. & iterum in prag. 12. de Offic. Sac. Conſ. n.8. Ex quibus diſcordis opinio,ac diſpar vo-
48 tum reddebatur, ꝙ perplexi erãt

effecti

effecti; videns ego doctrinas allegatas eſſe potius ad contradicendum Pręſidi, & ad inuicem omnibus replicaui. Primò aſſerenti ſententiam prolatam ſine conſenſu Pręſidis eſſe nullā, pro-
49 cedere, quandò nomine ipſius Pręſidis, vel Regentis profertur, vel quandò Pręſes habet poteſtatem, vel militarem, ſiuè ad modū belli, quo caſu eius pręſentia requiritur, in alijs verò cauſis ordi-
50 narijs, & deficiente poteſtate, ac facultate, poterant Auditores, abſente Præſide, illas decidere, pro prima ratione, adducebā Afflict.
51 cit. loc. pro ſecunda adduci poterat prag. 11. de offic. Iudic. c. 53. [Foller. in conſt. Iuſtitiarij, non per calendas, n. 13. & 18.] Secūdò Auditori affirmanti ex Carauit. citat. loc. poſſe ſententias, abſen-
52 te Pręſide, proferri, replicaui hoc procedere, quando Præſes à Tribunali abeſt, vt ſupra dixi, pro vt ipſemet Carauit. ibidem affirmat; ſed in hoc caſu Præſes eſt præſens in Palatio, & ſic in loco Iudicij; ergo eius præſentia deſiderabatur. Tertiò Capoblanc. inhæ-
53 renti eſſo mutationem loci, dicebam nō eſſe mutationem; ſenſus enim Capoblanc. pro vt ipſe loquitur, eſt de vno loco ad aliū diuerſum, & à Tribunali diſtanti; ſed in hoc caſu Præſes eſt in Regione, immò in eodem palatio;
54 ergo eius præſentia requiritur, & addebam, Pręſidem poſſe in quocumque loco ſuæ Prouinciæ Ius dicere, & reddere, etiam ſi ibi nō conſueuit, ex Regent. d'Apont. deciſ. 33. n. 24. Ex quibus magis dubia reddebatur eorum volūtas; tamen ego teſtatus fui, pluries fuiſſe hoc obſeruatum, & cauſas expeditas coram Præſide in lecto iacente ex cauſa infirmitatis in eius camera, in eodem palatio exiſtenti, & ſic extra aulam, & locum ſolitum cauſarum, tempore
55 nēpè Andreæ Gambacortæ Marchionis Celentiæ, Præſidis integerrimi, & integritatis non modicæ, ac etiam tempore D. Fabij Caraccioli Comitis Picerni, optimi Præſidis, qui multas meretur
56 laudes propter intrepiditatem, independentiam, & vigilantiam; tamen in hac quęſtione Dudacus
57 Rubeus de Victoria Aduocatus Fiſcalis vigilantiſſimus, doctrina, practica, & bono regimine ornatus eos ad concordiam reduxit, vt Præſidem in lecto infirmum adirent, ibique cauſas votarent, inde verò diuerſimodè fuit obſeruatum, quandoq; Præſidem infirmum adierunt, quandoq; in aula, ipſo abſente cauſas terminarunt. Vnde non poteſt in hoc ſolitum allegari, cùm aſſenſu Officialium procedat. [Verùm ſi Præſes fuerit impeditus, vel noluerit ad Tribunal accedere, debent Auditores, & alij Officiales ſe congregare in loco, & hora ſolita cauſarum, & cauſas expedire, nec Præſes impedire valet, prag. 7. §. 1. de Offic. Iuſtiar. Baldax. de An-

R 2 gel.

gel.ad, l. tres C. de Epiſcop. audient. num. 9.]

Et ſi vnus eſt Auditor cum Præſide, vel ſine, & cum Fiſco, an poſſit

58 cauſas expedire? dicas quòd ſic, dummodo ille Auditor ſit Commiſſarius cauſæ, Carauit. rit. 53.

59 n. 2. ea ratione, quia Auditores ſunt inſolidùm Iudices, & habẽt adminiſtrationẽ inſolidùm, qui ibi dicit, quòd per prius erat vnus Auditor, & ab illo tempore, & ſic ab anno 1558. fuerunt duo Auditores.

Nos verò hic ſeruamus, quòd quando adeſt vnus Auditor, & vult

60 cauſas terminare, concurrere debet conſenſus partium, & Fiſci in criminalibus; in ciuilibus verò ambæ partes acquieſcant, aliàs vna ipſarum, vel ambabus contradicentibus, non poteſt diffini-

61 re, & aduentus collegæ expectatur, & ſic fuit practicatum toto tempore vitæ meæ, & hodie pra-

62 cticatur. Vidi quandoque dubitatum, ſi poterant Auditores domos proprias Dominorum pro habitatione propria auctoritate capere, & dato, q. poſſent, an do-

63 mini illarum affictum, ſiuè penſionem alterare? pluries hoc occurrit, & altercationes ſunt ortæ, proindè, vt veritas clareſcat, ſciẽdum, q. vtrũque eſt deciſum per Regium Collateral. Conſiliũ virtute prouiſionũ ſequẽtis tenoris. *Magnifico Gouernatore, ſemo auiſati per vna voſtra delli 16. del paſſato, ch'eſſendo andato in la Città di Lucera il magnifico Auocato Fiſcale di queſſe Prouincie per accomodare il Tribunale, doue hà da ſtare la R. A. conforme all'ordine noſtro, hauendo voluto alcuni Officiali trouarſi caſa per l'habitatione, li padroni di quelle hanno alza-*

64 to il pigione al doppio di quelle, che ſe ſoleano locare, & hauendoci ſupplicato d'opportuna prouiſione, vi riſpondemo, che debbiate prouedere, che ſe paghi lo

65 pigione delle caſe, che vorranno l'Officiali di queſta predetta Audientia per loro habitatione al prezzo, che di preſente s'allogano l'altre caſe ſimili in quella Città, auertendo però di nõ fare amouere li padroni delle caſe, doue habitaſſero, e faceſſero loro incolato: e così

66 s'eſſequa, che tal'è noſtra volontà. Dat. Neapoli die 12. Octobris 1579. El Marques. vidit Reuerterius Regẽs. vidit Salernitanus Regens. vidit Salazar Regens. Baptiſta de Muñatones Secret. Regiſtrata in Cur. Capitanatæ fol. 102.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Auditores an poſſint in cauſis ſe intromittere, & illas proſequi, & expedire ſine Commiſſione, an verò requiratur, vt à Præſide committatur.

SVMMARIVM.

Auditores an cauſas expedire poſſint abſq; quòd committantur, num. 3. & ſeq.

Præſes in cauſis ad modum Belli cum voto omnium Auditorum procedere debet, num. 9. & 10.

Verbum, tutti l'Auditori, poſitũ in pragmatica

matica quid importet, n.10.13. & 14.
Auditores omnes repræſentant vnum corpus, & eorum Officium eſt indiuiduum, num.11.
Iuriſdictione pluribus conceſſa, remanet pænès alios, ſi vnus deficit, vel moritur, n.12. contrarium, n.14.
Arbitri ſi plures ſunt electi, vno mortuo, vel deficiente, an ſuperſtites poſsint ſententiare n.16. & 17.
Poteſtas ad modum Belli an dicatur delegata Auditoribus n.18. Et an cenſeatur communicata, vti vniuerſis, vel vti ſingulis, n. 19. & 20.
Poteſtas quando dicatur conceſſa nomine proprio, vel appellatiuo, n. 21.
Tortura non poteſt inferri, niſi cum duobus Auditoribus, n. 22. & 23.
Cauſarum commiſsio quomodo fiat, & an poſsit mutari. n 24. & 25.
Cauſa ſemel commiſſa, an poſſit alteri committi, n. 26. & 27.
Iudices an poſsint ſibi cauſas committere, n. 28. 29. & 30.

DIxi ſupra, quòd Auditores dicuntur Iudices ordinarij, & ordinariam habent Iuriſdictio-
1 nem, & inſolidùm, vt dicit Carauit.rit.53.n.2.& propterea poſsũt expedire cauſas, etiam abſente Prçſide, & etiã vn⁹ Auditor abſq; alterius collegę interuentu. Quęro
2 neceſſariò, an Auditores poſſint cauſas expedire abſq; commiſſione, vel requiritur, vt cauſę à Prçſide cõmittantur? quili-
3 bet diceret prima fronte, quòd, ex quo dicuntur Iudices Ordinarij, poſsũt expedire, & ſi vnus inçeperit, alter finire, & terminare valet, & ſic antiquitus obſeruatũ fuiſſe aſſerit de Franch.deciſ.143.
4 in fin. & Rouit. ad rub. de offic. Sac. Conſ.n.5.& 6.ex quo ſequebant multitudines, & cõfuſiones, fuit introductũ, vt cauſſæ comittãtur, & ipſarũ cõmiſſio, nõ dici-
5 tur delegatio, ſed potius partitio, ſeù diſtributio, vt Frãch & Rouit. teſtantur, ex quo ſequitur, ꝙ ſi cauſa eſt commiſſa vni Auditori, non poteſt alter in ea procedere,
6 ſed ille contiuuare (niſi Commiſſarius fuerit abſens, vt ſupra dictũ eſt) & ſi fuerit alteri commiſſa, cenſetur iniuria illata ei, cui primo fuit diſtributa, quod cum oc-
7 curriſſet in cauſa Antonij de Auguſtino publici delinquentis, ac ſocij illius famoſi capitis bannitorum Nicolai Vallone, qui fuit captus per D. Antonium del Rio Auditorem in hac Prouincia tẽpore, quo Neapolim progrediebatur, & ducto ad carceres huius Reg. Audientiæ, fuit ſtatim examinatus coram Adriano Brancacio Caſtilionis Comite, & huius Prouinciæ Prçſide, per Andream Freccia Auditorem, & primum locum inter votantes obtinentem, & coram Regij Fiſci patrono, qui confeſſus fuit nonnulla crimina, per eum patrata, fuerunt ſibi datæ defenſiones, & cõpilato proceſſu, quærebatur, an Auditor Freccia poterat ipſe ſolus eum expedire? multa media multi allegabant, & ſignanter Fiſci Patronus, qui inſtabat cauſam termi-

terminari antedicta ratione, ꝙ
Auditores habēt Iuriſdictionem
ordinariam inſolidum, & proin-
de ipſe ſolus poterat decidere;
8 Aduocatus Pauperum pro nega-
tiua tuebatur, ex verbis prag. cap.
89. quæ hodie eſt pragm. 10. de
Offic. Iud. §. 52. in qua habentur
verba hęc: *Quando è conceſſo al Pre-*
9 *ſide il procedere ad modum Belli in al-*
cuna cauſa, ò per l'ordini generali, ò per
commiſsione particolare, ordinamo, che
ritrouandoſi nell'Audientia debbia
procedere con voto, e parere dell'Au-
ditori tutti, inteſo il Fiſcale. Vnde
10 cū in prag. adſit illud verbū: *tut-*
ti, res eſt clara, & vnus expedire
nō poteſt, & addebat, ꝙ per iſtud
verbum: *tutti*, cenſetur poteſtas
data omnibus Auditoribus, quia
tunc omnes ſimul repræſentant
vnum corpus, & eorum officium
11 dicitur indiuiduum: alij alia ad-
duxere. Ego dicebam, ꝙ verum
eſt, quando poteſtas eſt pluribus
cōmunicata, & vno mortuo, vel
12 deficiente, poteſtas illa remanet
pœnès alios collegas; tamen de-
bet intelligi in Iudicibus ordina-
rijs, qui de ſui natura habent Iu-
13 riſdictionem; ſed in caſu noſtro
ſecus eſt; nā ſumus in poteſtate
ad modum Belli, tributa per Reg.
prag. Præſidi, quæ iubet procedi
cum voto omnium Auditorum
per illud verbum: *tutti*, cenſetur
delegata, quo caſu vno deficiēte,
vel mortuo, Iuriſdictio expirat, &
14 allegabam Marant. in pract. di-
ſtinct. 5. n. 35. qui n. 33. infert,
ꝙ quando Iuriſdictio ad Iudices
inſolidum non competit, nedùm
15 ſententia non poteſt ferri per
vnum ſolum; verum etiam om-
nes concurrere debent ad votan-
dum, [Reg. Rouit. dec. 81. n. 5.]
prout in ſimili dicimus in mate-
ria laudi, ꝙ ſi plures ſunt arbitri
16 electi (non data tamen poteſta-
te à partibus inſolidū) vno mor-
tuo, vel deficiente, non poſſunt
cæteri ſuperſtites ſententiare, ex
Blanc. in tract. de compromiſſ.
17 quęſt. 7. n. 17. Ergò Auditor Frec-
cia non poterat ſolus procedere,
ꝙ hæc poteſtas ad modum belli
18 cenſetur delegata ipſis Auditori-
bus, quo caſu, & ſi ordinarij ſint
in alijs, in hoc efficiuntur ambo
delegati, & per conſequens vnus
non valet ſine altero procedere,
& allegabam Maur. Burg. in tract.
19 de mod. proced. ex abrupt. quęſt.
84. n. 3. qui n. 1. infert, ꝙ hæc po-
teſtas eſt communicata non in-
ſolidum, vt ſinguli, ſed tanquam
vniuerſi, atque complexiuè, & in-
ſimul concurrūt in exercitio Iu-
riſdictionis, & vnus ſine altero
procedere nequit, &, ſi procedit,
nulliter agit, ex defectu noto-
20 riæ poteſtatis, & adducit non-
nullos Doctores, & licèt idem
Burg. quæſt. 79. n. 3. diſtinguat,
quibus verbis cōmunicetur po-
teſtas, ſi nomine proprio, vel ap-
21 pellatiuo, ꝙ ego amitto, cùm ca-
ſui noſtro adaptari non poſſint,
ſtante quòd pragmatica dat po-
teſtatem Præſidi, vt cum voto
omnium

omnium Auditorum procedat, tamen perſiſtebam in mea opinione, Auditorem de Freccia ſolum procedere non poſſe abſq; alterius Auditoris cōdelegati interuentu, & exemplificabam; quādo enim Auditor Imbrianus illos inquiſitos Apicij ſolus expediuit, non fuit à Collaterali Conſilio approbatū, & inferebā aliud corollarium, ex prag. cit. 10. de Offic. Iudic. §. 22. in quā habentur hæc verba. *Item ordinamo, che li decreti di tortura in detta R. A.*
22 *ſi faccino almeno con dui Auditori, li quali ſottoſcriuano, altrimente ſiano nulli, & inualidi.* Et ante iſtā prag. adeſt alia 5. §. 6. de Offic. Magiſt. Iuſtitiar. qua cauetur torturam
23 inferri nō poſſe, niſi duobus Iudicibus concurrentibus, [Immò ſi omnes ſunt in loco, debēt omnes interuenire, prag. 1. de quæſt.] & ex inde inferebā, ſi vnus ſolus torturam irrogare non poteſt, quanto magis in actu cōdemnationis ad mortem? taliter, q; noluit procedere, & tanquā prudens aduentū ipſius Auditoris del Rio expectandum cenſuit, inde ſuperuenit Auditor del Rio, & ex incuria Scrib. fuit aſportatus proceſſus ad Præſidē, qui immemor, quòd in cauſa proceſſit Auditor Freccia, ipſam commiſit Auditori del Rio, & dubitabatur, quis eorum Cōmiſſarius erat, dicebat Auditor Freccia in cauſa ipſum proceſſiſſe, præſente Præſide, & Fiſci Patrono, ex quo tacita commiſſio, ſeù partitio cenſebatur, &
24 tantò fortius, quia primum locū inter votantes obtinebat, & allegabat prag. 8. de Offic. magiſtr. Iuſtit. §. Item dopò in quo hæc verba leguntur; *Item dopò, che la cauſa è commeſſa tanto ciuile, quanto criminale al Magnifico Giodice, quello*
25 *habbia da finire, non eſſendoci alcuno giuſto impedimento ſopra il quale prouederà il Signor Regente.* Sequitur Rouit. ad prag. 1. de Offic. mag. Iuſt. n. 2. & 3. qui aſſerit, quòd ſi aliter fieret, nullitas eſſet, & proinde inferebat, quòd cùm ipſe à principio, præſente Præſide, proceſſiſſet, examinando inquiſi-
26 tum, defenſiones dando, compilando, & publicando proceſſum, & non aderat iuſta cauſa, nō poterat ab eo inuocari; quādo enim cauſa eſt commiſſa, non poteſt Superior alteri cōmittere. Iniuria
27 enim fieret ei, cui primo loco fuit commiſſa, Rouit. ad prag. 2. & 3. de ſuſpict. Official. n. 16. & 17. ergo non poterat Auditori del Rio committere. Auditor del Rio replicabat Auditorem Freccia malè proceſſiſſe abſque Cōmiſſione Præſidis; videbat enim cauſam ſibi ipſi commiſiſſe, q;
28 prohibetur. Iudices enim non poſſunt ſibi ipſis cauſas committere, prag. 9. de offic. Iudic. & prag. 21. §. item per alcuni, verſ. hodie de offic. magiſtr. Iuſtitiar. Carauit. Rit. 16. n. 2. Scaglion. Rit. 123. nu. 2. ex quo habetur, q;, & ſi cauſæ Sūmariè ſint cœptæ

coram Iudicibus, vel exiſtente Regẽte, tàm poſt terminũ, quàm in qualibet parte Iudicij cõmittuntur. Replicabat Auditor Freccia, Auditores poſſe ſine commiſſione procedere in cauſa, Carau. Rit. 265. n. 29. circa fin. Hæc quæſtio tridui ſpatio fuit ventilata; Præſes inde illam eidem Auditori Freccia recommiſit, & fuerũt difficultates ſublatę, & ipſe Auditor Freccia fuit Cõmiſſarius cauſæ, & proceſſit cũ collega ipſius Auditoris del Rio, & inquiſitus condẽnatus ad mortem, raptatus, & diuiſus in fruſtra, poſtea vidi Thor. compend. deciſ. tom. 2. fol. 305. col 1. verbo Iudex, licet allegata per Thor. non poſ-
29 ſent huic caſui adaptari, Thor. enim loqitur de duobus Cõmiſſarijs, quibus fuit cauſa cõmiſſa, primo loco vni, poſtea alteri, &
30 concludit præferri illũ, & Commiſſariũ eſſe, cui primo loco fuit cauſa commiſſa, quod nota, quia in dies euenire poteſt.

DE OFFICIO FISCI.

Caput I.

ARGVMENTVM.

Fiſcus quid ſit; vnde dicatur, & à quo ſit creatus.
Quotuplex ſit, & quid ſit eius Officium.

SVMMARIVM.

Fiſcus quid ſit, & vndè dicatur, a n. 1. ad 6. a n. 15. ad 18.

Fiſcus quotuplex ſit, num. 2. ad 21.

Fiſcus quæ priuilegia habeat, n. 7. & 8.

Procurator Fiſci an Iudicetur, vti Aduocatus Fiſci, an verò differat, & in quo, num. 9. ad 14.

Fiſcus an ſit idoneus fideiuſſor, n. 7. & 18.

Compoſitio iniuſtè facta an repetatur ab Officiali, qui illam fecit vel à prouentuum Perceptore, num. 19 20 & 22.

Iudex indebitè componens, qua pœna punitur, n. 21.

Compoſitio quid ſit, & in quibus caſibus fieri debeat, à n. 23. ad 27.

Compoſitio an poſſit fieri, ſi non ſunt inditia num. 25. ad 27.

Fiſcus an appellet in Regno, n. 28. ad 37. 71. & 72.

Fiſcus an habeat recurſum, & in quibus caſibus, num. 38. ad 50. num. 60. ſeq.

Recurſus quid ſit, & an, illo pendente, poſſit aliquid innouari, n. 51. 52. & 53.

Appellatio facta his verbis: ad ſuperiores in forma, quid operetur, n. 54. & ſeq. 58. & ſeq.

Appellationi renuntiatur ſi ſit actus contrarius, num. 55. 56. & 57.

Fiſcus an cenſeatur inhærere appellationi interpoſitæ per partem, n. 60. 62. Quid in priuato, num 68. 69. 70. 74. & ſeq.

Adhæſio an requiratur expreſſa, vel ſufficiat tacita, num 63.

Appellationis tempus appellanti currit, & an poſſit renũtiari appellationi, n. 64

Fiſcus

Fiſcus quando nõ reperitur priuilegiatus, iudicatur priuatus, n. 66. 67. & 76.
Fiſcus an det eſſe actui, num. 71.
Fiſcus an poſſit proſequi appellationem, ſi reus appellans appellationi renuntiauerit, num. 77. & ſeq.
Fiſcalis an poſſit, abſentibus Auditoribus, cauſas expedire, n. 83. & in quibus caſibus, ibid. & ſeq.
Fiſcalis quæ negotia expedire poteſt, num. 85. & ſeq.
Calumniator, Præuaricator, & Tergiuerſator, qui dicantur, & an differant, num. 87.
Fiſcus ſi recurſum non habet, an poſſit de nullitate dicere, num. 85. & ſeq.
Fiſcus interuenire debet in relationibus, & ſua manu ſubſcribere, n. 89 90 & 91.
Fiſcus an interuenire debeat in cauſis ad modum belli, num. 92. ad 94.
Fiſcalis an connumeretur inter Auditores, & in quibus caſibus, num 95. 96. & 97.
Fiſco abſente, an Auditores cauſas expedire poſſint, num. 98. ad 104.
Fiſci interuentus, vel præſentia an requiratur in cauſis, an verò ſufficiat conſenſus, & in quibus caſibus, n 105. ad 112.
Dietæ vacatæ per Officiales pro capiendis informationibus, à quibus debeantur, n. 113. ad 117. & n. 118. ad 139.
Barones quas expenſas ſoluere teneantur pro remiſſionibus cauſarum, n. 118. ad num. 130.
Debitor Fiſci, an ex mora teneatur ad vſuras, n. 132. ad 137. & 141.
Vſuræ, an debeantur Fiſco à debitore moroſo, num. 134. & ſeq.
Præſcriptio an debeat locum contra Fiſcum, num. 138.
Pœna penæ an debeatur, num. 139.
Acceſſio acceſſioni non datur, num. 140.
Pœna Inſtrumenti liquidati, obligationis incuſatæ, & ſpreti mandati, quæ ſit, num. 141. ad 152.
Quid in Curijs Baronalibus n. 153. & ſeq.
Pœna ex inſtrumento, vel obligatione pro cauſis feudalibus, vel pro prouentibus, an debeatur Baroni, num. 154.
Mandata Iuſtificata an expediantur, & quomodo, num. 155. & ſeq.
Fiſcus an teneatur proſequi Iura Fiſci cõtrà ſuos cõſanguineos, n. 161. & ſeq.
Fiſcus an poſſit agere extra terminum, & quid in cauſis admodum Belli, num. 164. & ſeq.
Fiſcalis an habeat Iuriſdictionem, & poſſit carcerare, vel Iuramentum deferre, num. 167. ad 173.
Procurator Fiſcalis an poſſit interuenire in cauſis, & poſſit informationem capere, & Iuramentum deferre, num. 174. & ſeq.
Pœna an debeatur Fiſco, ſi debitor ſe cum parte concordauit, num. 178. & ſeq.

Deueniendum fore cenſeo ad officium, & perſonam Aduocati, Procuratoriſq; Fiſci, & antequam ad eorum di-
1 lucidationem deueniam, dicendum puto, quis creauit Fiſcum, quid ſit Fiſcus, & vnde dicatur Fiſcus; quò ad primum, vide Leonard. in pract. offic. titul. Magiſtr. Iuſt. n. 30. quò ad ſecundum, omiſſa ea diſputatione, ſi verum eſt illud, quod in Iure reperitur, dicitur, tres reperiri in Iure procu-

2 ratores, vt inquit Carauit. num. 5. rit. 17. procuratorem, nempè, rerum patrimonialium, rerum Fiſcalium, & Cæſaris, & quę ſit inter eos differētia, dicas primò,
3 quòd Fiſcus in effectu dicitur Camera, & repoſitorium publici Theſauri, & gloſ. in l. prouincijs C. de numerar. lib. 12. dicit, quod Fiſcus dicitur quaſi ſaccus, in quo pecunia Regis deponit, alij
4 verò, immò Bald. in l. Papinianus §. meminiſſe, ff. de inoffic. teſtament. dicit quòd Fiſcus dicitur cuſtos, Sacriſtia, & Armarius pu-
5 blici Theſauri, licet idem Bald. in cap. ad hæc 3. col. ex tex. in l. ſine hærede, ff. de calumn. & Lap. in rubr. de donat. inter vir.
6 & vxorē, conentur dicere, illum Fiſcum eſſe ſaccum; tamen parcat mihi Bald. nam Fiſcus, cùm à Rege eligatur, & de præſtantioribus eligitur l. binos, vbi Bal. C. de Aduoc. diuerſ. Iudic. dicitur habere dignitatem, vocatur Clariſſimus, vt in l. 1. l. laudabile, & l. reſtituenda, C. de Aduoc. diuerſ. Iudic. quibus in legibus Clariſſimi appellantur, nonnulla
7 priuilegia ſpecialia habet ſpectabilis dicitur, §. vetus Authen. de Iudic. [Donat. Ant. de Marin. reſol. quotidian. cap. 202. n. 12. refert Septimum Seuerum antequam fuiſſet creatus Imperator, Officium Fiſci exercuiſſe.] & propter illius dignitatem, cæte-
8 ros Aduocatos, licèt antiquiores, & dignitate fulgitos pręcedit, ꝙ tu amplia, procedere etiam in Procuratore Fiſci, qui alios Aduo-
9 catos aliam dignitatem non habentes præcedit, cùm licèt Procurator ſit, tamen Aduocatus appellari poteſt, l. non intelligitur, §. vltim. in gloſ. in verb. reſtituūtur, ff. de Iur. Fiſc. & licèt Officiū Procuratoris vile munus ſit Iaſon. in rubric. C. de Procurat. tamen cùm ſit Procurator Fiſci,
10 multum differt ab alijs, & proindè eius Officiū nō vile eſt, Ioann. de Plat. in l. vniuerſos; C. de decurion lib. 10. & eſt verū, quòd Procurator Fiſci, multum differt à Procuratore Cæſaris, Caſtren. in l. 2. C. ſi aduerſus Fiſcum; tu verò de Offic. procur. Fiſc. vide Petr. Greg. Toloſ. ſyntag. Iur. vniuerſ. lib. 49. c. 7. par. tertia, per totum; Tamen contrà illam regulam, ꝙ
11 Officiū Procuratoris dicitur vile, aduertatur, quòd vile, illud eſt, quando Procurator fuit conſtitutus ad negotia, non autem ad lites, & Rouit. in rubric. de procur. n. 9. 18. & 23. tenet hoc Officium Procuratoris, non eſſe vile, &
12 poſſe per quē exerceri abſq; vllo præiudicio doctoratus, & nobilitatis, & probat præſertim ea ratione, quia Procuratores admittuntur ad gradum doctoratus, ſi
13 enim Officiū vile eſſet, non admitterētur, ꝙ argumentum validiſſimum, & fundatiſſimum eſt, & proindè in Regijs Tribunalibus Aduocati antiquiores, gra-
14 uiores, & ſeniores Officium, tàm Aduo-

Aduocati, quàm Procuratoris in eadem cauſa exercere non dedignantur, quilibet enim Officio Aduocati, & Procuratoris fungi poteſt in eadem cauſa Petr. Gregor. Toloſ. ſyntag. Iur, vniuerſ. lib. 49. cap. 4. per tot.

Redeundo ad ſecundum quæſitum, vndè dicatur Fiſcus? dicas, quòd
15 dicitur quaſi fixus, nēpè firmus,
appellatur duplici de cauſa, prima quia ſemper eſt diues, & eſt ſoluendo, & veluti Mare magnũ ſemper ditiſſimus, l. 2. ff. de fund. dot. Fulgoſ. conſ. 70. ſecunda quia
16 eſt fixus, & ſtabilis; perpetuus
enim eſt, & nunquam moritur, l. vnica §. fin. ff. ſi quis Ius dicend. non obtem. & licèt perſona mutetur, tamē idem Fiſcus sēper eſt.

Tu autem declara; quòd licet Fiſcus ſoluēdo ſemper ſit, & ditiſſimus, vt ſupra dixi, tamen non po-
17 teſt idoneus fideiuſſor appellari,
ea ratione, quia non habilis, ſed difficilis ad conueniendum, vt declarauit Sac. Conſ. teſte Afflict. deciſ. 88. Eſt tamen verum, quòd ſi fuerit facta per quem
18 compoſitio, tamen iniuſtè, & pe-
pecunia ad Fiſcum peruenerit, ſeù ad Perceptorem prouentuũ, nedum poteſt agi contrà Officialem, qui eam fecit, verùm etiã pecuniam reſtitui, Vrſill. ad afflict. citat. deciſ. 88. ad fin. & à Fiſco repetere, nulla factã diſcuſ-
19 ſione cũ Fiſco. Sed cõtrà quem
agatur, an contrà Officialem, qui eam fecit, vel contrà Fiſcum, ad quē peruenit? dicas, q̄ agitur cõtrà officialē, qui iniuſtè illã admiſit, Put. de ſyndic. in verbo Iudex
20 malè iudicãs, nã cõpoſitio in caſi-
bus in quibus cadit, nõ debet cũ omnibus indifferēter fieri; ſed cũ illis, qui non amplius in crimen inciderint, Grãmat. vot. 9. & 35. Qua autē actione tenetur Iudex indebitè compoſitionem faciens
11 dicas, quòd iniuriarum actione
punitur ex Put. dicit Carauit. rit. 276. n. 2. Qui cautelam pro compoſitione faciēda dat, & qualiter practicet' cõpoſitio, & tranſactio, ibi per eũ. Indè pecuuia repetitur
22 à Fiſco, ſeù Perceptore, ad cuius
poſſe peruenit. Quæ compoſitio debet fieri ſponte, & concordia, nõ autem metu carceris, tormē-
33 torum, vel violentiæ, quo caſu
extorſio dicit', & Iudex in ſyndicatu teneretur, & ſic diffinitur;
24 Compoſitio eſt conuentio rei
cum Præſide facta ex cauſa, lite
25 pendente, de dubio criminis ſta-
tu, de ſoluendo Fiſco certam pecuniam ad redimendã litis vexationem factam, & legitimè concordatam; & ad hoc, vt procedat,
26 debet de delicto conſtare ſub-
ſtantialiter; nam ſi parum conſtat, vel indicia ſufficientia non
27 extant, dicitur extorſio, & cõpul-
ſio facta metu carceris, Capobl. de auctor. Bar. prag. 6. n. 11. & ſeq.

Quæro, vtrum Fiſcus appellat. de Iure communi; appellat. Innoc. &
28 Abb. in c. cũ clamor de teſtibus,
quem ſequuntur, Par. de Put. de

ſyndic.in verb.condemnatio,&
Gramm.deciſ.14.In Regno verò
noſtro, ne dum non datur Fiſco
appellatio, verum denegatur re-
29 pulſa, quia loco ipſius habet in-
terrogatoria,denegatur terminus
ad magis inpinguandum, & ter-
30 minus ad examinari faciendum,
vt dicit Carauit.rit.258.n.3. [Se-
quitur Nouar. tom.2.de grauam.
vaxallor. me citat. grauam. 162.
n.2.] Et quòd in Regno non de-
tur appellatio, dicit Grammatic.
deciſ. 14. & quòd in tota italia id
ſeruetur, dicit Ioſeph Ludouic.
31 deciſ.Lucenſ. 1. n.41. & ſequen.
Habet verò reclamationem, quã
32 recurſum appellamus, Carauit.
cit.rit.258.n.15.ea ratione,quia
33 ſi prohibita eſt appellatio, non
prohibetur ſupplicatio,l. 1. C. de
ſentent. præfect.præt. in illis ver-
bis:ſupplicãdi tribuatur facultas;
ſed hic recurſus admittitur quan-
34 dò Fiſcus notoriè eſt grauatus,
quia notoria iniuſtitia nullitati
æquiparatur c.inter cætera de re
Iudicat.quæ de ſui natura ſublata
nõ cenſetur, etiam ſi appellatio
35 prohibetur,ſi verò non eſt noto-
riè grauatus, non datur recurſus,
36 quia in dubio pro ſententia præ-
ſumitur,de Franch. deciſ. 148. &
iterum deciſ. 370. & commiſſa
37 reclamatione, decernitur ſi eſt
deferendum petito recurſui, vel
ne,ſequitur Maſull.ad Capic. de-
ciſ. 144. in prin.
Iterũ quæro, quibus in caſibus hic
recurſus competat? diſtinguen-
38 dos eſſe duos caſus arbitror, aut
ſumus in cauſis ciuilibus,aut verò
in cauſis criminalibus; Si ſumus
in cauſis ciuilibus,ſubdiſtingue;
aut ſunt merè ciuiles,aut ciuilita-
39 tem continent, vel ciuile Iudi-
cium trahũt;ſi primo caſu, habet
appellationẽ indiſtinctè in om-
nibus cauſis ciuilibus, Moſcatell.
pract. crimin. tit. de iniur. n. 44.
citat.Capic.deciſ.35. appellatio-
nẽ in cauſis ciuilibꝰ dediſſe affert.
Si verò ſecũdo caſu, & ſic in cau-
ſis criminalibus;tamen Iudicium
40 ciuile concernentibus,vt puta,
quòd quis gaudeat indultu, vel ꝙ
quis remittatur ad Iudicẽ loci de-
licti,originis,vel domicilij,vel ad
Iudicem Eccleſiaſticum, quo-
rũ articuli licèt ciuiles ſint, per
41 prius non dabatur recurſus,vt di-
cit de Franch.deciſ. 470. Si verò
decretũ interponitur, quòd quis
in priſtinam libertatem ponatur,
42 tũc recuſus datur, de Franch.de-
ciſ 470. ad finem. Et ſi fuerit ſu-
43 per exceptione clericatus deci-
ſum,vide Reg.Tapp.in prag. 1. &
prag.nos autẽ de Offic.Sacr. Cõſ.
n. 18. Si autem fuerit reſolutum,
indulgentiam denegandam eſſe,
44 reclamatio admittitur, allegat
deciſ.de Franch.n.6.Hodie verò
declaratione Regij Collat. Conſ.
fuit reſolutum in caſibus ſupra
45 narratis Fiſco competere recur-
ſum virtute prouiſionum, qua-
rum tenor eſt videlicet. Philip-
pus Dei Gratia Rex, &c. Magni-
fici viri Regij fideles dilectiſſimi:

Semo

Semo informati, come in queſſa R. A.
ſempre occorre per ſeruitio del Regio
Fiſco, & per querela de parti, che ſi pi-
gliano informationi ſopra diuerſi delit-
ti graui, e priuilegiati, e contra li recet-
tatori di Foraſciti; la cognitione de'
quali ſpetta à queſſa R. A. e per li
Baroni delle Trrre doue ſono detti de-
linquenti ſi domãdano le remiſſioni del-
le cauſe, e molte volte li mag. Audi-
tori di queſsa R. A. non voleno amet-
tere l'appellationi, che per li Procura-
tori Fiſcali ſi fanno in ſeruitio del Re-
gio Fiſco nelle cauſe, doue reſta agraua-
to; al che volendomo noi prouedere, co-
me ſi conuiene, ci è parſo fare la pre-
46 *ſente, per la quale vi dicemo, & ordi-*
namo, che quando occorrerà appellare
detto Procurator Fiſcale delli decreti
circa la remeſſione di dette cauſe alli
Baroni, e loro Corti, mentre è articolo
ciuile, e ſi tratta à chi deue competere
la cognitione della cauſa, non debbiate,
pendente detta appellatione innouare
47 *coſa alcuna, ne procedere à conſignare*
li carcerati, atteſo così conuiene, & è
noſtra volontà. Dat. Neapoli die vlti-
ma menſis Maij 1604. El Conde
de Venauenta. vidit d'Aponte Regẽs.
vidit Conſtantius Regens. vidit de
Caſtellet Regẽs. Salazar Secret. In Cur.
Principatus Vltra fol. 39. Et iterum
cùm caſus alius occurriſſet, fuit
reſcriptum E.S. eiuſque Collate-
rali Conſilio, à quo fuerunt rela-
xatæ prouiſiones ſequentis teno-
ris, v3. Philippus Dei gratia Rex.
Illuſtris, & Magnificis Viris Re-
gijs Conſiliarijs fidelibus dilectiſ-
ſimis. *Per vna voſtra del 1. d'Agoſto*

paſsato ci auiſaſtiuo, come eſsendoſe trattata in queſſa R. A. la cauſa di Sabato Maranzino, querelato da Ferrante de Mattia de inſulto, e ferita, & anco de tonſione monetæ; per la qual cauſa per la Corte de Serino ne fù dimandata la remeſſione, e per voi fù prouiſto, che in quanto al primo caſo de tonſione monetæ, cauſa remaneat, & quo ad inſultum, remittatur. Et vedendo poi, che per detta tonſione non ci era delitto in genere, l'habilitaſtiuo ad omnem ordinem, e per il Procuratore Fiſcale non obſtante, che all'Auocato Fiſcale non parſe appellare dal decreto di detta remiſſione, ne fù appellato, ſotto preteſto, che tanto eſſo quanto l'Auocato Fiſcale ne può appellare in virtù d'vna noſtra prouiſione, ilche inteſo per noi, fù ordinato à detto Procurator Fiſcale auiſaſſe la cauſa l'hauea moſſo à fare tale appellatione; il quale ci hà riſpoſto, che mentre ſi tratta la remeſſione l'Auocato Fiſcale fè inſtanza in ſcriptis, come appare nel proceſſo originale fol. 44 prouedere, che cauſa remaneat, in virtù della quale inſtanza prouedeſtiuo, ſi proceda in eſſa R. A. non obſtante la remeſſione dimandata, come appare nell'iſteſſo proceſſo fol. 46. & trattandoſi ad inſtantia dell'inquiſito la reuocatione di detto decreto, fù oppoſto per eſſo, come Procurator Fiſcale, che ſtaua ben prouiſto, che ſi procedeſſe in queſſa R. A. & non ſi doueua reuocare per più ragioni da eſſo propoſte, che in la ſua l'accenna, non obſtante le quali, e detta appellatione fù prouiſto, che remittatur cauſa cum informatione ad Curiam Terra Sereni, firmo remanente

decreto,

decreto, quòd cauſa remaneat, quo ad caput tonſionis monetæ. E perciò eſſo n'haue appellato à noi, quale pendente, non douendoſi procedere, ne innouare coſa alcuna, conforme alla prouiſione noſtra, che ci ne hà inuiato copia, la quale ordina, che quãdo occorre al Procuratore Fiſcale appellare dalli decreti circa le remiſſioni di cauſe, mentre ſi tratta, à chi deue competere, non ſi debbia pendente appellatione innouar coſa alcuna, ne procederſe à conſignatione di carcerati, &c. Et hauendo noi inteſo il tutto, reſpoodemo, che detto Procurator Fiſcale hà fatto bene ad appellare, e voi hauete fatto male à procedere in
48 *tal cauſa, mentre pendeua detta appellatione: e per queſto vi ordinamo, che da quà auanti nelle cauſe non debbiate innouar coſa neſſuna, mẽtre detto Pro*
49 *curator Fiſcale appellarà dalli decreti ſe fanno, ne amouerſe li carcerati; mà oſſeruarete lo precalendato noſtro ordine, & in quãto tocca alla predetta cauſa del detto Sabato Maranzino & altri carcerati per l'iſteſſa cauſa hauemo commeſſo alla Vicaria proueda di giuſtitia ſuper articulo remiſſionis cauſæ*
50 *prædictæ, e per ciò vi ordinamo, quello ordinarà la ſudetta Gran Corte eſſequirete, che tal'è noſtra volontà. Dat. Neap. die 14. menſis Octobris 1609. El Conde Venauenta. Vidit de Caſtellet Regens. vidit Valcarcel Regens. Salazar Secret. In Cur. Prouinciæ Principatus Vltra fol. 224. All' Audienza de Principato Vltra, &c.*

Et hoc eſt illud, ꝙ quidam ſcire cupiebant, nempè, ſi pendente recurſu, curſus cauſæ impediebat, & impedire legitur præcalendatis prouiſionibus, & nimirum, cũ
51 recurſus ſimilis appellationis ſit, Blanc. de compromiſſ. q. fin. n. 17. & recurſus regulatur ſecundũ terminum appellationis, Marſil. ſing. 78. quos ſequitur Maſull. ad Capic. deciſ. 144. n. 2. Et cum de
52 ſui natura de Iure appellationis effectus operatur, quòd ea pendente, nil eſt innouandum, ergò recurſu pendente, nil de nouo faciendum, ſiuè attentandum, ꝙ cũ
53 occurriſſet in anno 1613. in hac R. A. in cauſa in eadem vertente, contrà Doctorem Io. Petrum Berna Terræ Ayrolæ inquiſitum cum alijs de ſcaſſatione carcerũ cum comitiua Terræ Rotundorum, extractione carcerati noctis tempore armata manu, inſultu cuſtodibus, & alijs, fuit denique die 9. Septembris 1613. Antonio Polito cauſæ Commiſſario remiſſus ad Curiam Rotundorũ, de quo ſub die 11. Septembris prædicti, fuit interpoſita appellatio per Fiſcum, per quem fuit dicta appellatio interpoſita his verbis v3. Appellat, & æquè principaliter de nullitate dicit ad S. E. & ad Superiores ad quos ſpectat in forma. Inde ſequuntur alia verba, v3. Inſtando forma ordinum S. E. & Collateralis Conſilij in omnib⁹ ſeruata, nil innouari, nec ad aliquem actum habilitationis carcerarorum procedi, appellatione pendente. Et ſic pendebat appellatio, & carceratus detinebatur,

batur, ſeruata forma præinſertarũ prouiſionum Collateralis Conſilij. Videns carceratus obtinere nõ poſſe ſuam excarcerationem, procurauit, vt Aduocatus Fiſcalis firmaret cedulam, vt motis eſt, pro eius excarceratione. Inde ad negotium reuerſus, poſt firmam prædictam Fiſcus prohibuit eius excarcerationem, & poſt decem dies datos ad appellandum, Baro Rotundorum, cui cauſa erat remiſſa, inſtabat pro conſignatione carcerati, & copia proceſſus; fundabat hoc ſibi denegari non debere, duobus de cauſis. Prima, quia appellatio erat deſerta ex eo, quia non erat facta ad M.C.V. Iudicem competentem, quam ipſe adiuit, & copiam nõ inuenit; nam quando Fiſcus appellat ad Superiores, ad quos ſpectat, tenetur infra decem dies declarare
54 Iudicem, ad quem appellat, ꝙ cũ infra decem dies adimpletum nõ ſit, appellatio deſerta efficitur. Secunda, quia per firmationem cedulæ ſequutam poſt appellationem pro excarceratione carcerati erat ortus actus contrarius appellationi, cui per hunc actum contrarium ſequutum, cenſeba-
55 tur renunciaſſe, l. ad ſolutionem C. de re Iudic. & cap. quò ad cõſultationem, & ibi Felin. de re iudicat. [Et ſi fuerit facta cedula falſa pro excarcerando inquiſito carcerato, qua pœna punitur, vide Reg. Rouit. deciſ. 2.] Vndè inſtabat carceratum ſibi conſignari. Fiſcus dicebat neutrum ex allegatis per Baronem ſubſtinere; nam aduerſus primum dicebat dari legitima tempora ad appellationem proſequendam, infra quæ, etiam ſeruata forma præinſertarum prouiſionum S. E. ad excarcerationem procedi non poteſt, recurſu pendente; validabat hanc eius inſtantiam, ꝙ & ſi appellatio fuiſſet interpoſita ad Superiores, ad quos ſpectat, dum primò fuit dictum ad S.E. ad quã vti Principem quilibet recurrere poteſt, & tempora proſequenda non erant lapſa; poterat appellationem proſequi, Iudicem ſupremum adire, copiam proceſſus præſentare, cauſæq; terminationẽ petere. Quo verò ad ſecũdum, & ſic quòad ſubſcriptionem cedulæ, dicebat nedùm fuiſſe deceptũ in eius ſubſctiptione ab actuario, verùm etiam, ꝙ non per hãc ſubſcriptionem cenſebatur re-
56 nuntiatum appellationi, in cuius renũciatione requirebatur actus expreſſus; nam tex. in l. ad ſolutionem C. de re Iudic. procedere dicebat, quando quis petijt di-
57 lationem ad ſoluendum poſt ſententiam, vel quando quis ſoluit poſt illam, vel fecit diuiſionem bonorum, hoc enim caſu cenſetur renunciaſſe appellationi: ſed in caſu noſtro concurrebat neutrum iſtorum, ergò non poterat dici renuntiaſſe appellationi Vrſill. ad Afflict. deciſ. 78. nu. 8. & ſeq. Replicabat Baro appellatio- nem

nem eſſe omninò deſertam, ex eo, quia nõ fuit declaratus Iudex, ad quem infra decem dies, vt voluit Bart. & Angel. in l. 1. §. ſi quis ff. de appellat. & proinde carceratum conſignari debere. Inhærebat Fiſcus per eum primo loco adductis, ꝙ & ſi appellatio, quandò eſt facta ad plures Iudices, non expreſſo, nec declarato infra decem dies, ad quem, redderetur dubia, & incerta, prout de Iure cõmuni, Bart. ad Angel. reddunt citat. loc. dubiam, nihilominus etiam non expreſſo no-
58 mine Iudicis, & etiam ſi fuerit dictum ſic ſimpliciter: appello, vel appello ad competentem Iudicem, vel appello ad Superiores vel appello ad Reg. Audien. ad M. C. V. ad Sacrum Conſilium & ad alios Superiores in forma, ſemper appellatio valet, & cenſetur facta ad Iudicem immediatè
59 ſupremũ, vt voluit Muſcatel. de appell. p. 1. gloſ. tenebitur, n. 30. & ſeq. concludit Ricc. deciſ. 12. par. 1. ergo de primo ad vltimum concludẽdum venit, appellationem valere, carceratum detineri debere, & acta ad M.C. trãſmitti, Hęc cauſa poſt multa fuit diũ vẽtilata, & tandem deciſa; cùm Politus ille valdè in ſua opinione reſidebat, & fuit dictũ excarceret, poſt quæ Fiſci procurator M. C. V. adijt, & in Bãca Danielis proui ſiones obtinuit ſub die 10. Octobris 1613. pro traſmiſſione actorum, & licèt fuiſſet ordinatum reduci inquiſitos ad carceres; tamẽ manu Iudicis Maſcambroni fuerunt addita hæc verba: Verùm pro nunc non reducatur inquiſitus ad carceres; ecce, quòd per appellationem non fuit impedita habilitatio, tù cogita, quia fuit ante prag. 89. c. 40. Et iterum in anno 1621. inquiſito, & carcerato Antonio Capuano Terræ Sereni de homicidio, & denique per R. A. liberato, fuit per Fiſcum reclamatum, & fuit dubitatũ, an pendente reclamatione, poterat inquiſitus habilitari? dicebã ego in diſcurſu non poſſe habilitari, & exequutionem decreti ſuperſederi, & impediri virtute præinſertarum literarum Regij Collateralis, tamen virtute Reg. Prag. 11. de Offic. Iudic. c. 40. fuit recurſus admiſſus, & inquiſitus habilitatus; Et iterũ cùm eſſent inquiſiti in hac R. A. Ioannes Franciſcus Zampaglione, & alij Terrę Caletri de reſiſtentia, & alijs, me pro Excellentiſſimo Dño Principe Venuſij patrocinãte, fuit cauſa ad Curiam Caletri remiſſa, & cùm recursũ habuiſſet ad M C.V. Fiſci Procurator inſtabat, pendẽte recurſu, inquiſitos non habilitari; tamen me inſtante, virtute præinſertæ pragmaticæ fuerunt habilitati, ꝙ nota. Si verò ſumus in ſecũdo caſu, & ſic in criminalibus; ſubdiſtingue; aut reus eſt
60 abſolutus; aut verò fuit condemnatus. Si primo caſu, procedit opinio, quòd habet recurſum, ſi noto-

notoriè eſt grauatus, ex Franch. deciſ. 148. & DD. ſupra citat. vide Apont. de poteſt. [Proreg. tit. de elect. Official. §. 1. n. 53. Aut verò reus eſt condemnatus, & iterum ſubdiſtingue: aut reus appellauit à tali ſententia; aut verò non appellauit, ſi primo caſu, cenſetur ipſo Iure facta ad hæſio, & poteſt Fiſcus petere ſententiam, reformari in peius, pragm. 8. & ibi Rouir. de appellat. & de Franch. deciſ. 467. ad fin. Baiard. ad Clar. quæſt. 94. n. 32. Capoblanc. prag. 8. n. 125. [Nouar. de grauam. vaſſall. tom. 2. granamin. 161. n. 1. & ſeq. nec requiritur citatio, ſed ſufficit, vt procurator Fiſci ad ſit Reg. Rouit. dec. 14. n. 4.] quod accidit in hac R. A. in perſonam Notarij Scipionis de Iacobo Angelo de Accadia, contra quem ſententia fuit reformata in peius, vt dixi ad Grammatic. deciſ. 14. tamen quādo inquiſiti appellant, appellatione pendente, impeditur, prag. 46. de Offic. Magiſtr. Iuſtit. Quando
61 reus eſt abſolutus, nedùm Fiſcus poteſt reclamare, vt ſupra dixi ſi notoriè eſt grauatus, verùm etiā, & de errore actus dicere, & ſen-
62 tentiam impugnare, etiam ſi non reclamat, de Franch. deciſ. 398. & poteſt de nullitate dicere, vt dicam Infra n. 88.

An verò ſufficiat tacita adhæſio, vel requiratur expreſſa, & infra tempora appellationis? aliqui dice-
63 bant, cenſeri factam eſſe adheſionem ipſo iure, nec requiri expreſſam. ex deciſ. de Franch. 467. in fin. ex prag. ſupra cit. & ibi relat. iuxta gloſ. in cap. vt circa de elect. in 6. Tu verò dicas, quod Fiſcus, dum de eius intereſſe tractat, debet infra tempus appellationis venire ad illam, ab alio interpoſitā proſequēdam ex Bald. in authen. hodie, C. de appellat. & Oldrad. conſ 255. [Nouiſſime Reg. Rouit. deciſ. 14. n. 5. & deciſ. 16. n. 5.] nam
64 tempus appellationis currit ad beneficium appellantis, & non poteſt appellans appellationi renunciare in præiudicium illorū, qui poſſunt ad hærere; & ſic Fiſci, & ſi renunciat, renunciatio iſta, ſibi tantùm nocet, Bald. in l. 1. C. ſi vn. ex plur. col. final. in fin. Caſ-
65 ſan. in conſuetud. Burgund. de redd. vend. ad recat. §. 3. ne Fiſcus, & reus ad imparia iudicentur, & quandò Fiſcus non reperi-
66 tur priuilegiatus, inſtar priuati iudicatur, meritò tenetur infra tempus appellationis inhærere,
67 appellationi aſſiſtere, & illam proſequi, & ius ſuum petere; nam adhærens dicitur ille, qui appellationis per alium interpoſitæ intentionis effectum conſequitur, & dicitur inhærere, quaſi, quod cum appellante ſit vnus ſpiritus; quia ad vnum finem vnitum, & irreparabilem ambo tendunt, Oldrad. conſ. 290. Alij dicunt, hoc proce-
68 dere in eo, qui inhæret appellationi, ab alio eius nomine interpoſitæ in tempore valido, tunc ille, cuius intereſt, debet infra tem-

pus inhęrere,& ratam appellatio-
69 nem habere, ſecus verò quando
quis appellationem proſequitur,
non per viam ratificationis, ſed
per viam proſequutionis actus
validi per alium geſti, prout eſt
Fiſcus, qui non ratificat appella-
tionem ab inquiſito factam; ſed
principaliter ex intereſſe, q. ha-
bet in cauſa ex iure ſibi quæſito
propter appellationem interpo-
70 ſitam ab alio, poteſt etiam extra
tempus venire, DD. omnes in l.1.
C. qui admitti, & ratio eſt, quia
ipſe Fiſcus non dat eſſe actui, &
ſic appellationi, nec in eſſe pro-
ducit, vel ipſum validat, ſed ille
actus in ſe eſt perfectus, & vali-
71 dus, & Ius ſibi acquiſitum fuit ex
vnione iuris, & indiuidui intereſ-
ſe, Reg. Apont. conſ. 7. n. 10. &
ſeq. [Licet Carolus Rex, & Regi-
na Ioanna mater Ordinaſſent, vt
Fiſcus nõ ſe intromittat in diſcuſ-
ſione cauſę, vt in cap. 24. Neapol.
fol. 123] Ergo clarè videtur, Fi-
ſcum poſſe extra tempus appella-
tionis, ab inquiſito interpoſitæ,
proſequi. Si verò ſumus in ſecun-
do caſu, & ſic ſi reus non appella-
uerit, tunc Fiſcus habet recurſũ,
72 ex Franch. deciſ. 148. ad fin. &
iterum ad deciſ. 487. n. 11. & ſeq.
ſi notoriè eſt grauatus, nempe
quando ſentẽtia eſt notoriè iniu-
ſta, quæ exequutioni nõ deman-
datur, Guttier. practicar. quæſt.
lib. 1. quæſt. 120. de Franch. deciſ.
86. n. 15. dicitur autem iniuſta,
quotieſcumque ex eiſdem actis,
73 quibus fuit prolata, non conſtat
de eius Iuſtitia, Farinacc. dec. 77.
contra deciſ. Afflict. 28. tenentẽ
contrarium.
Dixi ſupra, ſi inquiſitus appellaue-
rit, cenſetur facta adhęſio per Fi-
ſcum ipſo Iure, quod tu limita
niſi pars quærelans adeſſet, quæ
quęrelam expoſuit, & non appel-
74 lauit, non præſumitur adhæſio-
nem fieri, ſed oportet ſpecificè
appellare, de Franch. deciſ. 467. ad
fin. Baiard. ad Clar. quæſt. 94. n.
24. qui dicit, non dari recurſum
Fiſco, quandò adeſt inſtigator
75 ſecretus, vel apertus, ſequitur
opinionem de Franch. Rouit.
prag. 8. de appell. n. 2. Quandò
appellatio prohibetur parti, pro-
hibetur, & Fiſco, vt ſeruet ęquali-
76 tas Magon. deciſ. Lucenſ. 58.
Nam quandò Fiſcus non reperi-
tur priuilegiatus, inſtar priuati
iudicatur, vt ſupra dixi. Sed ſi pars
quærelans appellauit, indè eum
pœniteat, an Fiſco præiudicet, &
77 an Fiſcus appellationem proſe-
qui poſſit? dicunt aliqui, poſſe
Fiſcum proſequi, ex quo appella-
tio eſt cõmunis, ex tex. in l. am-
pliorem C. de appellat. afferunt
alij, q. tex. prædictus, & titulus: ſi
vnus ex pluribus, non procedit
in criminalibus, & proinde non
poſſe Fiſcum appellationem in-
terpoſitam proſequi; tamen, q.
non poſſit in hoc caſu, quia Fi-
78 ſcus non appellat, & incapax ap-
pellationis eſt, & propterea ap-
pellatio interpoſita per reũ Fiſco

non

nō prodeſt. de Franch. deciſ. 658. tu vide Farinacc. in 3. vol. q. 101. n. 17. Sed ſi fuerit facta condemnatio in cauſis criminalibus pecuniariter, an poſſit condemnatus appellare? diſtingue; aut appellans eſt confeſſus, aut verò nō. Si eſt confeſſus, non impeditur
79 per appellationem. Si verò non eſt confeſſus, ſubdiſtingue; aut condemnatus eſt pauper; aut eſt
80 diues; Si eſt pauper, data cautione in forma, impeditur per appellationem; Si verò eſt diues, & ſic in ſecundo caſu, non admittitur
81 appellatio, niſi facto depoſito, Baiard. ad Clar. quæſt. 94. n. 28.

Dixi ſupra ex prag. 8. de Offic. Mag. Iuſt. non poſſe Auditores cauſas expedire, niſi in plena banca, & cum interuentu Fiſci. Inde ſupe-
82 ratam eſſe difficultatem, & poſſe etiam, abſente Fiſco, cauſas expedire, vt extat declaratum per Reg. Collat. Conſ. Nunc verò è contra oportunè quęro, an Fiſcus, abſen-
83 tibus Auditoribus, poſſit cauſas expedire [Pro negatiua colligitur ex Gloſell. in prag. 10. de Offic. Iudic. §. 2. vtrum.] Carauit. rit. 168. n. 5. mouet quæſtionem; & dicit, poſſe Fiſcum, abſentibus Auditoribus, cauſas expedire, ſed vnum ſalis granū addit, nempe, vt non faciat ex propria ſua perſona, & ſic Iure proprio, quia nullam habet Iuriſdictionem, ſed vti conſultor Præſidis, ad quem, abſentibus Auditoribus, vti Iudi-
84 cibus ordinarijs, Conſultorē eligere ſpectat, & proinde ōnia acta ſubſcribi debere manu ipſius Præſidis, & ipſius Fiſci, & ſic ſeruatū fuiſſe in Regia Audientia Principatus Citra, aſſerit, ſed ratione caret, quam ego duplicem adduco. Primam, nempè, quia Fiſcus ratione ſui officij eſt à Rege approbatus l. 2. & l. reſtituēdæ C. de Aduoc. diuerſ. Iudic. Secundam, quia cùm ſit à Rege approbatus, & pro Rege interuenit, eius Conſilium eſt auctoritatis, & poteſt eſſe Iudex, etiam in cauſa propria, Alex. conſ. 34. vol. 1. in princ. & n. 10. Quod ego intelligerem, ſi Carauit. opinioni inhærerem, poſſe cognoſcere cauſas ęrariorum, aut rerum Principis, vel Fiſcalium, non au-
85 tem priuatorum, niſi ratione cōſenſus quorum intereſt. Immò, etiam, q̀ de cauſis Fiſcalibus agatur, excipiuntur quatuor caſus, quos cognoſcere non poteſt Fiſcus, quos ponit gloſ. in l. 1. in verb. perſonas C. de Iuriſd. omn. Iud. vt egregiè omnia cumulat Petr. Greg. Tolosan. ſyntag. iur. vniuer. par. 3. lib. 49. cap. 7. n. 9. & ſeq. qui n. 12. dicit, quòd quis non poteſt denunciare, aut accuſare de crimine publico ſine
86 Fiſco, qui denunciationi ſe ſubſcribat, nā ſi probationes non habuerit denunciator, vel apparuerit calumnioſè eſſe denunciatū, ne quis contra debitum vexetur, contra denunciatores auctoritatem Iudicis imploret, iuxta tex. in l.

in l. omnes C. de delator. lib. 10. Quidquid tamẽ, & Carau. & Petr. Gregor. dicãt, neutrum ſeruatur, nec ſeruatum vidi. Primum, inquam, non fuit ſeruatum, nam Fiſcus niſi prouiſiones, & acta ordinatoria, & memorialia in incidentibus expedire ſolet, Auditoribus abſentibus, & non alia. Secundum nunquam vidi ſeruatũ, nam indiſtinctè recipiuntur denũciationes, & accuſationes abſque ſubſcriptione, & auctoritate Fiſci, ſed tantùm ordine Præſidis, & Auditorum, ſiuè alterius ipſorum, vt caſus expoſtulauit per Actuarios Regiæ Audientiæ; fuit tamen obſeruata conſtitutio Regni in multis caſibus, prout dixi ad Gram. deciſ. 59. q. quomodo procedat, & quomodo dicatur calumniator, præuaricator, aut tergiuerſator, & quomodo diffe-
87 rant, vide Petr. Greg. Toloſ. ſyntag. Iur. lib. 2. par. 3. lib. 32. cap. 20. cit. de accuſ. delict. per tot. Sed quã ſupra dixi Fiſcum habere recurſum, oportunè quæro, an abſque recurſu poſſit de nullitate dicere? dicas, q. ſic, ex prouiſionibus à Regio Collaterali Cõſilio Audientiæ Bari relaxatis, vigore quarũ fuit iniunctũ Fiſcum
88 de nullitate dicẽtem audiri, quarum tenor eſt v3. Mag. viri, &c. *A noi è ſtato preſentato memoriale del tenor ſequente, v3. Illuſtriſſ. & Eccellentiſſ. Sig. l'Auocato Fiſcale della Prouincia di Terra di Bari fà intendere à V. E. come per l'Audientia di detta Prouincia è ſtato carcerato Carlo Scarſicello della Città di Bitonto huomo di maliſſima vita, che hà cõmeſsi molti delitti, e tra l'altri quattro homicidij, delli quali pretende eſſere ſtato liberato, & indultato, contra il quale eſſendono ſtate ordinate molte diligenze de' ſuoi delitti, e che ſi faceſſero le debite perquiſitioni, non altrimẽte quelle ademplite, la detta Audientia haue liberato detto Carlo, & opponendoſi de nullitate tanto del decreto predetto di eſſerſi liberato, quant'anco de nullitate dell'aſſolutione di detti homicidij hà ſuperſeſſo detta Audientia alla ſua eſcarceratione, e dato tempo per vn giorno à proponere le nullità, non altrimente permettendo farſe le diligenze ordinate alle perquiſitioni. Per tanto hà voluto ricorrer'à V. E. e farl'intendere il modo di detto procedere, e non permettere contra tal'inquiſito farnoſi le debite diligenze, maſſimamente che ſi ponno anco annullare l'aſſolutioni di detti homicidij, & caſtigarſe vn tal delinquente, il quale potrà inquietare la Prouintia, con commettere altri delitti, tanto più, che ſe detengono molti carcerati di detta Città ladri, e delinquenti, che ſi hanno da tormentare, & da eſſi ſe ſpera ſcoprirnoſe gran delitti commeſsi per detto Carlo ſopra lo che ſi degnarà far quella prouiſione, che più eſpediente parerà à V. E. acciò il predetto Carlo non ſia eſcarcerato, e vada inpunito di ſuoi delitti, che l'hauerà a gratia, vt Deus, &c. Et viſto per noi il tenor del preinſerto memoriale, ci è parſo farue la preſente, per la quale vi dicémo, & ordinamo, che ſopra le nullità in detto preinſerto*

ſerto memoriale contenute, debbiate ad plenum intendere il detto Magnifico Aduocato Fiſcale di queſta Prouintia, e così l'eſſequirete, che tal'è noſtra volontà, & intentione. Datum Neapoli die 15. menſis Decembris 1596. Il Conde d'Oliuares. Vidit Ribera Regens. Vidit Goroſtiola Regens. Vidit Conſtãtius Regens. Barrionouo Regens. All'Audientia di Terra di Bari.

Aduocatus verò Fiſcalis, debet, nedùm interuenire in cauſis, vt ſupra dixi, & in compoſitionibus; virtute cap. 36. in pragm.

89 cap. 39. Verùm etiam in relationibus, quę fiunt S. E. & eius Collaterali, & dubia, & difficultates ipſius in dorſo relationum adnotari ſua manu, virtute prouiſionũ Collateralis Conſilij ſequẽtis tenoris, v3. Mag. viri Regij Conſiliarij dilectiſſimi. *Il mag. Auocato Fiſcale di queſta Prouincia ci hà ſcritto, che per queſta R. A. ci è ſtata fatta relatione della cauſa di Franceſco Gentile, e che eſſendoli portata à firmare la firmò, dicendo, che non poſſeua per eſſo, perche non ſi faceua compita, e conforme al proceſſo, e che dopoi fù lacerata, e che ſe ne fè vn'altra, e ci fù tranſmeſſa ſenza firma. Per tanto vi ordinamo, che ci debbiate dare auiſo, perche fù lacerata la detta prima relatione, e chi la lacerò, e con che ordine, e ſe quella, che fù fatta vltimamente, mandata ſenza firma dell'Auocato Fiſcale, è conforme al proceſſo, ſe ſi fè ſenza intendere detto Auocato Fiſcale, e perche cauſa non ci fù inteſo, il qual'auiſo ci lo mandarete ſubbito con inſertion della preſente, e per l'auenire ogni volta, che occor-*

90 rerà farſi à noi relatione, ci intenderete il predetto Auocato Fiſcale, e li ſuoi dubij, e difficoltà le farete ſcriuere nelle

91 dette relationi, fando anco ſottoſcriuerle di ſua mano, e non fate lo contrario, per quanto ſi hà cara la gratia, e ſeruitio di Sua Maeſtà. Dat. Neapoli die penultimo Auguſti 1578. Il Marches. Vidit Reuerterius Regens. Vidit Salernitanus Regens. Vidit Salazar Regẽs. Baptiſta Muñatones Secret. In Cur. 1. Capit. fol. 25. Tu autem ſcias, q̃ Fiſcus nedùm interuenire debet in compoſitionibus, & relationibus, in quibus eius dubia, & difficultates adnotari debent, vt ſupra dixi, verùm etiam & in alijs relationibus, vt ex Regia pragm. 8. de relat.

Sed, an Fiſcus debeat interuenire in cauſis ad modum Belli. [Antiquis

92 temporibus non poterat Fiſcus ſe intromittere in cauſis ad modum belli, nec in illis audiebatur, neque in illis, quę committebantur Præſidi, vti Capitaneo ad Guerram, vel contra Banditos, & vidi prouiſiones relaxatas à Regio Collaterali prohibitiuas Fiſcali Prouincię Capitanatę in anno 1576. quod Iuri conſonum videtur ex adductis per Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. quæſt. 48. n. 6. qui Auocatos, & Procuratores Fiſcales tantum in cauſis patrimonialibus admittendos eſſe refert, ſecus verò in alijs cauſis, verùm, quia Theſaur. ratione, & doctrinis caret: ſed tantum propter obſer-

obſeruantiam in illo Senatu teſtatur, non eſt attendenda illa doctrina cum in Regno noſtro eſt deciſum, vt Fiſcalis interueniat in omnibus cauſis Cāpaneę, & ad modum Belli ex reſponſ oà Regio Collaterali recepto, v3.] Philippus Dei gratia Rex, &c. Mag. viri Regij fideles dilectiſſimi. *Hauemo viſto quanto per vna voſtra delli 18. del paſſato ci hauete ſcritto intorno, che il Gouernatore di queſſa Prouincia non vuole permettere, che voi habbiate da interuenire nelle cauſe di Campagna del modum Belli, e così anco, che hauendoli fatto iſtanza, che li Commiſſarij, che ſi ſpediſcono, ſe nominano nel Tribunale conforme all'ordini, che vi ſono nell'vno, e nell'altro particolare, delli quali ci hauete inuiato copia con lo de più, che in ciò ci andate ſignificando; al che riſpondendo, ve dicemo, che hauemo ſcritto, & ordinato al detto Gouernatore, che conforme all'ordini, che vi ſono, vi debbia intendere in tutte le cauſe Criminali, e di Campagna, e che nel reſto oſſerui l'ordini, che nel deſtinar Commiſſarij ſi prouedano*
93 *in Rota, con intendere à voi, come ad Auocato Fiſcale, e per ciò vi ordinamo, che dal canto voſtro così lo debbiate eſſequire, & oſſeruare, che tal'è noſtra volontà, & intentione. Dat. Neap. die 25. Maij 1605. El Conde de Venauenta. Vidit de Caſtellet Regens. vidit Valcarcel Regens. Salazar Secret. Regiſtrata in lib. Curiæ fol. 172. a tergo.* Literæ verò per Scriptorium ſunt, v3. *Muy mag. Señor. Hà parecido conueniente, que el Abogado Fiſcal de eſſa Audiençia enteruenga en las cauſas de Campagna, y las que ſe deſpacharen con el modum Belli, y aſſi*
94 *os encargo, Señor, que le oygays en ellas todas las vezes, que ſe allare adonde ſe deſpachan las tales cauſas, para que pueda hazer en ellas la diligençia, y eſtançias neceſſarias, pues eſto non haze daño a la buena adminiſtraçion de la juſtiçia. N. S. guarde. Napoles à 30. Iulio 1605. A lo que mandareis El Conde de Venauenta.*

Et ſi contingat ordine Collateralis Conſilij aliquod negotium committi, in quo dicatur, quod mittatur aliquis ex Auditoribus, vtrū hoc nomine Auditorum includatur Aduocatus Fiſcalis? dicas, quod ſic,
95 ex literis Collateralis Conſilij tenoris ſequentis, v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Mag. viri Regij Cōſiliarij fideles dilectiſſimi. *Per vna lettera ſcrittaci dal Preſide di queſſa R. A. della data delli 19. del paſſato hauemo inteſo, come hà riceuuto l'ordine noſtro, doue s'ordina, che ſi mandaſſe à Maratea à pigliar informatione cōtra Ouidio Giordano di quella Terra, e far altre diligenze, e come, che in queſſo Tribunale non ſtauano più Auditori di doi, atteſo l'Auditore Paſchale ſi ritroua à Tramonti per ordine noſtro, per non laſciar ſprouiſto il Tribunale, li pare dar l'ordine all'Auocato Fiſcale Tarancone di queſſa predetta Regia Audienza, che ſi ritroua in Laurino, che andaſſe in detta Terra di Maratea, & eſſequiſſe l'ordine noſtro, & à tale l'informatione camini bene, ſenza che non ſi poſſa allegare nullità,*

nullità, ci hà ſupplicato s'approbi non ſolo detta informatione, ma ancora declari, che per l'auenire quando s'ordina da noi, che ſe mandi vn Auditore, ſe debbia ancora intendere frà quelli l'Auocato Fiſcale, al che riſpondendo
96 *vi dicemo, che ci pare bene queſto, e però approbamo detta informatione, che ſe piglia per detto Auocato Fiſcale, non obſtante, che nel detto ordine noſtro ſi dica ſe mandaſſe vn Auditore, e così anco declaramo, & vol mo, che quando da noi s'ordina per l'auenire à queſta R. A. ò al detto Auocato Fiſcale, che ſe mandi à pigliar informatione per vn' Auditore, ſe intenda etiam fra detti Auditori il detto Auocato*
97 *Fiſcale di queſta predetta R. A. ita, che ſtia ad arbitrio voſtro, ò di detto Preſide di mandare ò vno Auditore, ò lo detto Auocato Fiſcale; per tanto così s'eſequa, che tale è noſtra volontà, & intentione. Datum Neapoli die 22. menſis Aprelis 1615. El Conde de Lemos. vidit Conſtãtius Regens. vidit Montoya Regens. vidit de Caſtellet Regens Salazar Secretarius. In Cur. 1. Principatus Citra fol 118. Alla Regia Audientia di Principato Citra, & Baſilicata, &c.*

Verùm quia vigore prag. citat. 8. de Offic. Mag. Iuſt. & nonnullis alijs Pragmaticis cauetur, cauſas nullo modo terminari poſſe abſque Fiſci interuentu. Quæro, dato, quòd Fiſcus reperiatur abſens
98 à Tribunali, cauſa abſentiæ, infirmitatis, aut alio impedimento impeditus, prout ſæpè contingit, vtrũ cauſæ criminales ſine ipſius interuẽtu terminari poſſint? plurics hoc occurrit in hac R. A. Aduocato, & Procuratore Fiſcalibus deficientibus, & proceſſibus criminalibus per eos, vel vnũ ipſorum nõ viſis. Nam ſi proceſſus fuerint percunctati, & inſtatũ in ſcriptis pro Iuribus Fiſci, & deinde contingat abſentia, vel vnus ipſorum in Tribunali adeſ-
99 ſet, non eſſet dubium, cauſas terminari poſſe, & ſic pluries fuit hic obſeruatum: ſed dubium ſtat, ambobus abſentibus, proceſſibuſq; non viſis, nec partibus Fiſci, & ipſius Iuribus in proceſſu in ſcriptis non propoſitis; Ego diſtinguerem; aut ſententia profertur pro Fiſco; aut verò cõtra Fiſcum,
100 ſi ſumus in primo caſu, ſententia lata ad fauorem Fiſci valet, etiam abſentibus Aduocato, & Procuratore, Gloſſ. in §. diuus in l. non intelligitur, ff. de Iur. Fiſc. Si verò contra Fiſcum, nullo modo cauſas expediri poſſe, Aduocato,
101 & Procuratore Fiſcalibus in auditis, & cum eorum interuentu, vt extitit declaratum per plures Pragmaticas, & ſignanter in prag. 6. §. 23. de Offic. Iuſtitiar. quam ſequitur Carauit. ad Prag. ad Macedon. §. 1. n. 15. & ſeq. qua cauetur, omnia decreta interlocutoria, & diffinitiua, & omnes prouiſiones interreſſe Regij Fiſci tangentes in banca cum eius interuentu, & ipſis auditis expediri, & ſi ſecus, omnia acta ſunt nulla, ſequitur Viu. deciſ. 37. in princip.

Quid

Quidquid tamen ſit, ſciendum, q̄
etiam ipſis Fiſcalibus abſentibus,
cauſæ criminales expediri per
Magnificos Auditores poſſunt, vt
extitit declaratum per prouiſio-
nes Collateralis Conſilij tenoris
ſequentis, v3. Philippus Dei Gra-
tia Rex, &c. Magnifice Vir. Con-
ſiliarie fidelis dilectiſſime. *Ci ha-
uete ſcritto per vna voſtra delli tre del
preſente, chè il Magnifico Ottauiano
Ceſare Auocato Fiſcale di queſta
R. A. è andato fuora del luoco di queſ-*
102 *ſo Tribunale con Commiſſione noſtra,
e che queſſa Audientia dubita ſpedir
le cauſe dell'inquiſiti per l'Auocato Fi-
ſcale abſente, tanto più quando ſono di
momento, acciò in futurum non ſi poſſa
allegar alcuna nullità, & ſando inſtan-
tia di prouiſione, in queſto vi ordinamo,*
103 *che debbiate ſpedire, e fare ſpedire le
dette cauſe da queſti Magnifici Au-
ditori, non obſtante l'abſenza di detto
Magnifico Auocato Fiſcale, tãto più,
che di proſſimo ritornerà all'eſſercitio di
detto ſuo Officio, & non conuiene tra-
tanto, che le cauſe ſi differiſcano di ſpe-
dire, che tale è noſtra volontà. Datum*
104 *Neapoli die 17. Aprelis 1585. Don
Pedro Giron. Vidit Cadena Regens,
Baptiſta Muñatones Secret. In Cur. 1.
Principatus Citra fol. 75. Al Gouer-
natore di Principato Citra.* [Tu verò
ſcias aliter fuiſſe per Inuictiſſi-
mum Regem noſtrũ Hiſpania-
rum ordinatum, nempè, vt cauſæ
non expediantur abſente Fiſco,
vt apparet ex eius voluntate de-
clarata in Inſtitutionibus D. Pro-
regi in cap. 69. ſequentis tenoris,
*Procurereis, que el Abogado Fiſcal
no ſalga de la Audiençia con commiſ-
ſiones, con las quales ſuole eſtar auſente
mucho tiempo, y nueſtre Fiſco padeçe,
y ſe haçen coſas en ſu auſençia, que no
ſe haurian, ſe eſtuuieſſe preſente, y ſe
guarda algunas vezes algunas cauſas
para tales tiempos, ſaluo en alguna cau
ſa de mucha emportantia, y vrgentiſ-
ſima, y por pocos dias, y entretanto to-
do lo que buenamente ſe pudiere dexar
de eſpedir ſin prejuitio de las partes, ſe-
ra bien, que ſe entretenga, ò differa has-
ta la vuelta del dicho Abogado Fiſcal.*
Videtur hic ordo obſtare prouiſio-
nibus ſupradictis inſertis à Regio
Collaterali relaxatis, & ad inuicẽ
contradicere, & dubitari poſſet,
quibus obſeruantia ſit danda? di-
co, quòd ſunt ſeruandæ prouiſio-
nes Collateralis Conſilij, quia à
Domino Prorege cum Conſilio
procerum ſunt relaxatæ, & vim
legis obtinent, duabus de cauſis,
Prima, quia ſupradictum capitu-
lum præinſertum inſtruit: ſed nõ
cogit D. Proregem ad ſic agen-
dũ; præeſt enim in Regno, & eſt
informatus de omnibus, quæ ſer-
uitiũ ſuæ Maieſtatis concernunt,
laudabile; immò neceſſarium vi-
ſum fuit mandare, vt cauſæ abſen
te Fiſcali finiantur pro celeri ip-
ſarum expeditione, & eo abſente
remanent Auditores, quibus mul
tum Rex, & lex cõfidit. Secunda,
quia eadem Maieſtas in nonnul-
lis locis eius inſtructionum man
dat ad arbitrium D. Proregis eſſe
ſeruare, vel non ſeruare inſtru-
ctionem,

ctionem, in quibus expediens videtur, & pro maiori ſeruitio, publicaq; vtilitate non ſeruare; vndè, cùm iſtæ ſint inſtructiones, illæ deciſiuæ prouiſiones, debent illæ obſeruari.]

Sed poſt quam, vt prædicitur, vigore Reg.prag.ſupra citatæ requiritur interuentus, vtrum debeat in-
105 teruenire, & cũ præſentia conſenſus? aliqui diſtinguendo dicunt, quòd, aut deſideratur eorũ præſentia, vt actus ſolẽnizetur, & tunc ſufficit præſentia, licèt contradicat; aut verò præſentia requiritur, vt ille actus reguletur, vt poſſit ille contradicere, & op-
106 ponere, & tunc præſentia cum conſenſu exigitur, ex primeua opin.Felin.cap. non poteſt de re Iudic.col.4. & 5.refert nouiſſimè Carauit.ad Macedon.§.10. n.23. Tu verò diſtinguè: aut tractatur de concernentibus ad Iuſtitiam,
107 nempè inferre torturam, cauſas expedire, & ſimilia: aut verò tractatur de alijs, nempè de gratia alicui facienda, quam poſſet dici non Iure fundari, aut in alijs de mera Iuſtitia, vel electione nun-
108 tiorum, deſtinatione Commiſſariorum, & ſimilia. Si primo caſu, licèt deſideretur eorum præſentia, Afflict. in conſt.tit.2. not. Tamen non requiritur conſenſus; ſi ipſi enim contradicunt votantes, prout ſibi ipſis videbitur,
109 prouident. Si verò ſecundò caſu, tunc eſt neceſſarius conſen-
110 ſus cum ipſa præſentia, Carauit. cit. loc. n. 4. ꝙ procedit etiam in excarceratione, & habilitatione. Sed quid in examinatione teſtiũ
111 in cauſa Fiſcali contra Fiſcum, & in delatione torturæ? Afflict. cit. conſt.9. n. 5. & ſeq. dicit, nõ debere interuenire. Ego autem contrarium vidi, ſcilicet ſemper Fiſcum interuenire, quandò tamen voluit, & in delatione torturę, & in examinatione teſtiũ contra tamen opinionem, Bald. in l. ſi quando, C. de teſtib.col. 2. vbi dicit, ꝙ ad Iudicem ſpectat, teſtes examinare, & non ad partes, & ſicuti Aduocatus partis non po-
112 teſt interuenire; nam actus iſti fiunt in ſecreto, & ſine pręſentia partium, ita & Aduocatus Fiſci interuenire non deberet. Durum enim eſt contra ſtimulum calcitrare, & proinde ego ſemper cũ communi obſeruantia tranſiui, & nunquam placuit huiuſmodi ſubtiliſſimum pũctum amplecti.

Et ſi contingat aliquem ex Officialibus deſtinari pro negotijs vrgẽtibus, vel commiſſis à Superioribus, cuius expenſis dietæ vacatæ ſolui debent? extant prouiſiones
113 Collateralis Cõſilij tenoris ſequentis, v3.. Philippus Dei gratia Rex, &c. Mag. viri Regij Conſil. fideles dilectiſſimi. *Come ſapete da noi s'inuiano molte volte alcuni memoriali, e lettere, che ci vengono ſcritte, & inuiate da diuerſe perſone di queſta Prouincia, doue dimandano ſe li proueda in diuerſe coſe, particolarmente di de-*
114 *litti ſucceſſi in perſona di mariti, figli,*

 fratelli,

fratelli, ò altri, che dicono li ſono ſtati
ammazzati, ò feriti, & che altri han-
no fatto, e fãno eccesſi in le Città, e Ter-
re di doue ſono; e medemamente ſo-
gliono inuiare capi contra diuerſe per-
ſone: e da noi vi s'ordina, che ve ne deb-
biate informare, ò pigliarne informa-
tione, e farcene relatione p dopoi proue-
dere, e per voi in eſſequutione di detti
noſtri ordini, ci ſolete inuiare alcuno
dell'Auditori, Fiſcale, ò altri, perche
ſe n'informi, ò pigli informatione del
contenuto in detti memoriali, lettere, e
capi, acciò ne poſſiate fare relatione, e
prouedere, conforme nelli ordini noſtri
ſi ſuole contenere. E perche giuſta coſa
è, che li detti Auditori, Fiſcale, ò al-
tre perſone che inuiate per tal'effetto,
ſiano loro pagate le giornate vacano in
ciò, e non conuiene ſe paghino dal Regio
Fiſco, ci hà parſo per ciò farui la pre-
ſente per la quale vi dicemo, & ordina-
mo, che quãdo da noi vi ſi ordina ſimil
115 *ſorte di coſe di pigliare informatione*
del contenuto in detti memoriali, lette-
re, ò capi, che ve s'inuiano in dett'ordi-
ne, ci mandate perſone ad eſſequirlo, nõ
debbiate far pagar le giornate, che in
ciò vacano dal detto Regio Fiſco, ò
116 *veramente vi coſtaſſe pienamente eſ-*
ſerno poueri, ma le farete pagare da
quelli ad inſtantià di chi ſono le lettere
ſcritteci, ò memoriàli, ò capi, come di
ſopra; e di più vi ordinamo, che in que-
117 *ſte occaſioni nõ debbiate inuiare l'Au-*
ditori, ò l'Auocato Fiſcale, eccetto
quando da noi nell'ordini ſe dirà, che ſi
ci mandi Auditori, ò il Fiſcale, e non
altramente: per tanto così eſſequirete,
che tale è noſtra volontà, & intentione.

Dat. Neapoli die 22. Octobris 1616.
Io el Duque. vidit Conſtantius Regens.
vidit Montaluus. Regens. vidit Lo-
pez Proregens. Salazar Secrcret. In
Cur. 1. Principatus Vltra fol 5. Allà
Audientia di Principato Vltra, &c.

Quomodo autem huiuſmodi dietæ
ſolui debeant, quando pro Fiſco
vacant, habetur in prag. 89. cap.
in cap. 41. Sed ſi contingat cau-
ſas remitti ad Barones, cuius ex-
118 penſis fieri debeant? diſtingue;
aut de iure; aut verò, ex commu-
ni obſeruantia, ſi primo caſu, di-
cit Baiard. ad Clar. q. 38. n. 38. ꝙ
debet remitti expenſis remiſſio-
nem petentis, & ſic ipſius Baro-
nis, ꝙ amplia procedere etiam ſi
in decreto nõ ſit appoſitum. Sed
quid in Epiſcopo petente remiſ-
119 ſionem Clerici à Iudice ſæcu-
lari, an ſumptibus ipſius Epiſcopi
petentis remiſſio fieri debeat, an
verò ipſius Clerici inquiſiti, vel
ipſius Iudicis inquirentis, cùm
nullam Iudex laicus in Clericum
habeat Iuriſdictionem? Fabr. in
l. vnica C. de offic. Proconſ. te-
net Iudicem ſæcularem ſuis ex-
penſis remittere debere Clericũ
ad ſuum Epiſcopum, vide Boer.
deciſ. 303. Aut verò ex commu-
ni obſeruantia dicas, ꝙ ſumpti-
bus ipſius Baronis remitti debeat
120 & nouiſſimè fuit declaratuum
per Regium Collaterale Conſi-
lium mediantibus prouiſionibus
relaxatis, quarum tenor eſt, v3. A
tergo. Magnificis Viris, Guberna-
tori, & Auditoribus in Prouincijs
Capi-

Capitanatæ, & Comitatus Moliſij Conſiliarijs Regijs fidelibus dilectiſſimis. Luceræ. Intus verò;

121 Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici Viri. *Per la Voſtra delli trè dell'inſtante hauemo viſto quello vi occorre intorno alle prouiſioni ſpedite ad inſtanza dell'Iluſtre Duca di Bouino, perche ſe li fuſſero rimeſſi li carcerati d'Orſara inquiſiti de homicidio, de quali hauendoui dimandata la rimeſſione, hauete prouiſto ſe le rimettano, e fatto iſtanza, che ſe le conſignaßero al Fiſco, à cauſa, che il detto Duca ricuſaua pagar le giornate vacate à prendere l'informatione, al Commiſſario, e Maſtrod'atti, che ci andò ſeruata la forma delle prouiſioni della Camera, & anco in virtù dell'antico ſolito, ch'è in queſta R. A. che quando alli Baroni ſi ſono ri-*
122 *meſſe le cauſe ſi ſono pagate le giornate al Commiſſario, & Maſtrod'atti alla ragione della nouella Pragmatica, con altre ragioni in detta Voſtra apportate, per lo che viſte dette prouiſioni, per lo Fiſco s'è replicato lo medeſimo, & a voi hà parſo darcene auiſo, perche ve s'ordina quello hauete da eſequire, al che riſpondendo, vi dicemo, & ordinamo, che in tal particolare debbiate oſſeruare l'ordine di detta Regia Camera, & ſolito, che ſi hà ſoluto oßeruare in queſta predetta R. A. conforme la riſpoſta del R. Fiſco, che li Baroni paghi-*
123 *no le giornate, mentre ſe li rimetteno le cauſe & carcerati, che così conuiene, &*
124 *è di ragione, & anco eſequite, che coſì è noſtra Volontà.* Datum Neap. die 31. menſis Martij 1610 *El Conde de Venauenta. Vidit Conſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Salazar Secret. In Cur. 1. Capitanatæ fol. 175. Regiſtr. Alla Regia Audientia di Capitanata, e Contado di Moliſe.*

Regius Procur. Fiſcalis inſtat pro obſeruantia retroſcripti ordinis ordinari Capitanio, & Ærario Terræ Vrſariæ, quòd cum effectu obſeruet, & obſeruari faciat iuxtà ipſarum ſeriem, continentiam, & tenorē, & in caſu inobſeruentiæ, deſtinari Commiſſarium pro obſeruantia ordinum, & ita dicit, & inſtat, alijs ſaluis, &c. Luceriæ die 23. Aprilis 1610. Procur. Fiſcalis. Spectabili, & Magnificis Viris Regijs Gubernatori, & Auditoribus R. A. Capitanatæ Regni Siciliæ Mag. Conſiliarijs Intus vero. Spectabiles, & Magnifici Viri.

125 *In queſta R. Cam. s'è inteſo, che molte volte occorre per queſta Regia Audientia mādarſe Cōmiſſario per pigliare diuerſe informationi in queſſa Prouincia contra delinquenti ad inſtantia del Regio Fiſco, & alcune volte alcuni delli Baroni delle Terre, doue ſuccedono li delitti per poßerli verificare, & hauere li delinquenti in fortijs procurano eſſi,*
126 *che con l'autorità di queſto Tribunale vi vadino Commiſſarij, e che dapoi preſe dette informationi, & verificati detti delitti, e molte volte hauuti li carcerati in fortijs, dimandano la remeſſione delle cauſe in loro Tribunali, in virtù delli loro Priuilegij, che tengono, e quelli ſe li rimettono, e detti Baroni dopoi conſequiſcono molte centenara di docati da detti inquiſiti per le compoſitioni, ſenza che habbiano fatta opera alcuna nel pi-*

gliar dell'informationi, ò altro i e che lo Regio Fiſco alle volte faccia dette ſpe=
127 *ſe, e pagamenti, non ſenza molto inte=reſſe della Regia Corte nel che conue=nendo farſe prouiſione per indennità di detta Regia Corte, acciò per l'auenire non ſucceda farſe ſimile pagamento, ò ſpeſa ſenza vtile alcuno della Regia Corte, ne hà parſo farui la preſente per farui intendere il tutto, e vi dicemo, & ordinamo, che debbiate auertire, e tener mira particolare per indennità della detta Regia Corte, che quando occorre mandarſe à pigliare alcune informatio=ni, ò fare altra diligenza in nome della*
128 *Gran Corte per qualſiuoglia cauſa, e dopoi detta cauſa ſi rimettaad alcuno Barone in virtù di Priuilegio, ò altro, debbiate prouedere, che quelli debbiano prima pagare in beneficio di detta Re=gia Corte tutte le ſpeſe, e pagamenti fatti, tanto nel pigliare dette informa=tioni, quanto in ogn'altra coſa per cauſa di quello, acciò non reſti in danno, e do=*
129 *poi fatto detto pagamento rimetterle; auertendo per indennità della Regia Corte di così eſequirlo, e farli eſequire i & acciò ſe ne habbia chiarezza in ogni tempo, farete affigere copia della preſen=te in lo Tribunale di queſta Regia Au=dientia predetta, e farete anco regiſtra=re in libri di quella, acciò in futurum ſe ne habbia chiarezza. Datum Nea=poli in Regia Camera Summariæ die 8. Nouembris 1600. Ferd. Fornarius M.C.L. Petrus de Valcarcel. Conſen=ſu Caſtellanus Secretarius, Iulius Cæ=*
130 *ſar Mancinus. Regiſtrata in Cur. 87. fol 73. Alla Regia Audientia di Ca=pitanata, ſe li dice, che quando occorre rimetterſe alcuna informatione preſa ad inſtanza del Regio Fiſco ad alcuno Barone, faccia prima pagare le ſpeſe, che ſono occorſe farſi, tanto nel pigliare informatione della detta cauſa, quan=to in altro beneficio della Regia Corte, acciò non reſti in danno, e dopoi la ri=mettino.* [Non habuit notitiam de hoc ordine Capoblanc. tom. 2. cap. 98. ideò dubitauit. Verùm, quãdo deſtinatur Commiſſarius ad capiendam informationem ad inſtantiam pauperis quærelan tis, vel forum eligentis, nõ ſoluun tur dietæ vacatæ, nuper congerit Io. Bapt. de Thor. tom. 3. comp. verb. Baro col. 2. fol. 104. neque ſoluuntur dietę ſi Cõmiſſarius ſit deſtinatᵘ Fiſco inſtãte Thor. ibi.]
Verùm quando cõtumaces ſunt inquiſiti; non poteſt tractari de re-
131 miſſione, niſi purgata contumacia, ut dixi in tit. de contumace. Quęro vnum, quòd quotidiè euenit, ponè quod quis ſit Fiſci debitor, ex aliqua cauſa, vel pęna, & cum ſolutionem protrahat, in mora cõſtituatur, an ex hac mora aduſuras teneatur,
132 prout occurrit in facto cauſſa Perilli Fontis Roſei, contra quem fuit liquidatũ inſtrumẽtum in hac R. A. per ſuũ creditorem, vigore cuius, pęnæ ob-
133 noxius eſt ad rationẽ caroleni vnius pro quolibet ducato, & quia deſtiut per quoddam tempus à ſolutione, Magiſter Camerę vſuras ratione more petebat, ſuam prætenſionẽ fundabat, ex

tex.

tex. in l. cùm quidam §. vſuræ ff. de vſuris, in quo habentur hęc verba: Vſuræ enim non propter
134 lucrum petentium, ſed propter moram non ſoluentium infliguntur, & propterea dicebat quòd ratione moræ, ſibi vſuræ debebantur, addebat aliã rationem, ex eadem l. cùm quidam §. Fiſcus ff. eodẽ, ex huiuſmodi verbis; Fiſcus ex ſuis contractibus vſuras non dat, ſed ipſe acci-
135 pit, & proindè ex ſpeciali priuilegio Fiſci debitores abſq; interpellatione quando non ſunt in mora, ad vſuras tenentur ipſo iure, ipſoque facto, Peregrin. in tract. de Iure Fiſci lib. 6. tit. de debitor. Fiſcal. n. 1. & 2. Ego autem contrarium ſentiens, ſubſtinui, hunc debitorẽ ad vſuras non
136 teneri, ex l. 1. C. de Fiſcalib. vſur. lib. 10. in qua habentur hæc verba: Eius ſummæ, quam tibi pœnæ nomine inflictam probaturus es, vſuræ non exigentur; nec enim multam tibi procurator meus irrogauit, vltra quam placitum eſt, ſed pœnã te iuſſit inferre; ex quo tex. clarè colligitur, vſuras non deberi, & ſufficere pęnam ſoluere, & iterum ex tex. in l. fin. ff. de
137 magiſtr. conuen. vbi habetur, conſtitutionem eſſe, pœnarum vſuras peti non poſſe, quemadmodùm, nec vſurarum vſuras peti debere, nec exigi poſſe, ex Peregrin. de Iur. Fiſci lib. 6. tit. de debitor. Fiſcal. n. 3. Et ratio rationis eſt, quia pœna pœnæ non debetur, vt adducit Capoblan. ex cit. l. 1. de vſur. Fiſcal. in tract. de auct. Baron. in nou. impreſſ. prag. 14. n 76. & in antiqua impreſſione dixerat in dic. prag. n, 46. Et an currat præſcriptio, ſi Fiſcus diù moratus ſit in pœnã exi-
138 gendo? vide Farinacc. q. 10. n. 33. [Sed ſi Fiſcus eſt debitor, an teneatur ad vſuras, vide de Thor. tom. 1. comp. deciſ. verbo Fiſcus ex ſuo fol. 238. col. 2. Et, q̃ pœ-
139 na pœnæ non debeatur, amplia procedere, tàm in pœna conuentionali, quàm legali, ex Peregrin. ibid. ea ratione, quia acceſſio acceſſioni nõ datur, ex gloſ. & Bald.
140 in l. neque eorum ff. de vſur. & proindè concludebam, q̃ quãuis mora fuerit, ad vſuras hic de-
141 bitor non tenetur, quod partes audientes, inde ſe concordarunt; poſt hæc autem ſcripta, vidi Regent. Conſtant. in addit. ad tres lib. C. in tit. de Fiſcal. vſur. n. 12. & ſeq. ad meam opinionẽ comprobãdam. Pœna autem obliga-
142 tionum incuſatarum, & Inſtrumentorum liquidatorum, ad quã rationem debeatur? dicas ad rationem caroleni vnius pro quolibet ducato. Pœna verò ſpreti mandati, citationis ſimplicis, vel
143 mandati deciſiui, vel citationis relaxatæ ad dicendũ cauſam quare, an debeatur ad eandem rationem? multi dicunt, quòd exigitur ad eandem rationem, quæ in ipſo actu comminata eſt, quæ com
144 minatio ſolet minorari. Alij dicunt

Digitized by Google

cunt loci conſuetudinem eſſe ſeruandam, Marant. in tract. de multiplic. alienat. n. 121. dicit, q; diſtinguendum eſt, quòd: aut actus continet certam pœnam, &
145 cùm mera comminatio de futuro ſit, non habet vim ſentẽtiæ, & proindè inobediens, condemnatus nõ dicitur, & quatenus poſſet exigi pœna, debet minorari, & refrenari, & hoc caſu debet intelligi illud dictum, quòd pœna debet minorari. Si verò citatio, mandatum, vel præceptum non
146 ſic ſimpliciter pœnam contineat, vt puta, ſub pęna ducatorũ centum, aliàs in caſu contrauentionis procedatur ad exactionem dictæ pœnæ, tunc tota pęna exigi põt ea rõne; quia huiuſmodi ſecunda comminatio vim decreti ſubſtinet, & non ſtat in finibus cõminatis, vt Marant. ibid. aduertit; Capobl. verò de auctor. Bar. nou. impreſſ. prag. 14. n. 73. teſtatur, tarenum vnum exigi pro
147 comminata pœna in citatione ciuili, & pro mandatis deciſiuis, tarenum vnum pro qualibet vncia comminata; in actis vero iudicialibus, nempè, in mandatis, & prouiſionibus, pœnam non
148 exigi, ſed in pęnam ille actus expletur in illius cõtumaciam, vt ibid. n 74. Apud nos verò obſeruantia eſt, in R. A. exigitur pęna hoc modo v3. Pro inſtrumentis
149 liquidatis, & obligationibus incuſatis ad rationẽ caroleni vnius, pro quolibet ducato; pro citationibus, & mandatis ciuilibus, pęnã continentibus, quæ vulgò mandata Iuſtificata nuncupantur, ad eandem rationem caroleni vnius
150 pro quolibet ducato à debitore citato, & contumace effecto exigitur, q; dicitur primum decretũ, & vltima contumacia, verùm Magiſter Cameræ tenetur in exactione, ſeruata forma Inſtructionum Regiæ Cameræ pro adminiſtratione ſui Officij datarum relaxare tertiam partem pęnæ prædictæ, adeò vt ex tribus partibus pœnæ, duas exigat, & in cedula
151 de recepto apponat tertiã partem pœnæ relaxãdo, & ſic obſeruatur, & obſeruari vidi. In alijs verò citationibus, & actis Iudicialibus, nempè factis in Iudicio
152 aſſiſtentiæ, vel ſimili, ſi citati debitores contumaces efficiantur, non exigitur pœna, ſed actus, pro quo fuerunt debitores citati, in eorum cõtumaciam expletur, & hoc eſt illud, q; Capoblanc. citat. loc. n. 74. adducit. [Et ſi lex, vel ſtatutum imponit pœnã corporalem, & pecuniariam, ſi condemnatur inquiſitus ad corporalem, non facta mentione de pecuniaria, an Fiſco competat pecuniaria? vide Taſſon. de anteſat. verſ. 12. obſer. 2. n. 28. verbo: fuit dubitatum.]

In Curia autem Baronali pœna pro Inſtrumentis liquidatis, & obli-
153 gationibus incuſatis ad eandẽ rationẽ caroleni vnius pro quolibet ducato exigitur; pro mandatis,

tis, & citationibus, vt ſupra iuſtificatis appellatis exigitur tarenus vnus pro quolibet debitore citato, & pro ſua contumacia contrà eum contracta, quod Capoblanc. ibid. n. 77. dicit, fuiſſe moderatũ, ſiuè pœna moderata in Vniuerſitate Piſticij ad carolenum vnũ
154 per Sac. conſil. Sed ſi pœna dependet ab incuſatione obligationis, vel liquidatione inſtrumenti ſtipulati, vel ſtipulatæ pro cauſis feudalibus, vel prouentuum, non debetur, nec pœna exigitur, ea ratione; cùm ſine obligatione tales cauſæ exequi poterũt, actus cenſetur facti in fraudem, & ſpe conſequendę pęnæ, Capoblanc. prag. 14. n. 75. Pro alijs verò citationi-
155 bus, & mandatis, vel actis iudicialibus, vt ſupra non exigitur, ſed actus expletur in contumaciam, vt ſupra dicitur. Nonnullas limitationes habes per Maranc. in eod. tract. dę multiplic. alien. n. 322. & ſeq. Sed an huiuſmodi
156 mandata iuſtificata poſſint relaxari ad inſtantiam alicuius creditoris contra debitorem, diſtinguè, quòd: aut creditor actor eſt perſona priuilegiata, & poteſt illa obtinere; indè facultas comparendi remanet ſalua, tàm Baroni, quã ipſi debitori ſubdito citato, & fori declinatoriam, obijciendi ad ſuũ Iudicẽ: ſi verò actor eſt perſona nõ priuilegiata, prohibetur, nedũ ex Regia prag. vbi de delict. quis cõueniri debet, in qua conſtituiſ, ꝗ nullus extra domiciliũ extraha-
157 tur, ſed per ſuum proprium Iudicem ordinarium cognoſcatur; verùm etiam, & ex alia prag. quæ eſt tertia de Offic. Sac. Conſ. §. nos autem, qua cauetur, vt nullus à domicilio diſtrahatur, niſi ex
158 priuilegio trahentium, & priuilegij cauſa omninò exprimatur, ſequitur Petra ad Gram. deciſ. 26. n. 2. & nouiſſimè Capobl. in nou. impreſſ. de auct. Baron. prag. 8. par. n. 80. [concordat Nouar. de grauam. Vaſſall. tom. 1. grauam. 101. n. 5. & iterum in tom. 2. de elect. fori ſeſſ. 1. q. 20. per tot.] ea ratione, ne citati vexentur ad petendam poſtea remiſſionem,
159 quæ hic non ſeruantur, ſed indiſtinctè mandata iuſtificata relaxantur ad inſtantiam omnium, & ſingulorum ea petentium, & vocantur ab idiotis mandata in bianco, ex eo, quia relaxantur, & cõſignantur abſque deſcriptione tàm creditoris, quàm debitoris, & indè actores deſcribunt eorum
160 nomina, & alia debitorũ, quantitates, & cauſa, quod malè.

Tu ſcis, quòd Fiſcus tenetur proſequi contra omnes reos. Quæro nunc, an Fiſcus teneatur agere, &
161 proſequi contra eius cõſanguineos? Peregrin. in tract. de Iure Fiſci tit. de Aduoc. Fiſcal. n. 8. & 9. ex tex. in l. petitionem C. de Aduocat. diuerſ. Iudic. pro negatiua affirmat, Fiſcum, nempè, non cogi contrà ſe, & ſuos patrocinare, & n. 9. dicit, non prohi-
162 beri Fiſcum cõtrà, tueri cauſam propriam

propriam filiorum, cóſanguineorum, & pupillorum, quorum eſt tutor, etiam ſi in eadem cauſa Fiſcũ adiuuaret, ſed non aſſignat rationem, quã inde tradit Maur. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 19. n. 234. qui Peregrin. ſequitur, & illa eſt, quia carnem ſuam nemo odio habere debet, dum ex Eccleſiaſticum illud dictum habetur: carnem tuam ne deſpexeris, & alia, quam idem

163 Burg. adducit, quia prima charitas incipit à ſe ipſo, hoc ſeruatũ nõ vidi a quodam Auditore: ſed in nonnullis alijs fuit obſeruatũ.

Scis etiam tu, ꝙ Fiſcus eſt priuilegiatus, & inqualibet cauſa poteſt agere, ſcias tamen, ꝙ non poteſt agere niſi infra terminum, etiam ſi ad modum Belli procedatur,

164 vel alio modo diſpenſatiuo, intra quem probationes ſunt recipiendæ, & habilitatur ad agendũ, quo elapſo, excluditur ab agẽdo, Burg de mod. proced. ex abrupt. q. 5. n. 283. & iterum q. 19. n. 239. qui licèt adducat Farinacc. q. 1. n. 68. tamen dicta Farinacc. ad caſum noſtrum non conferunt; Et ſi priuilegiatus Fiſcus reperi-

165 tur, non poteſt agere niſi in caſibus à Iure permiſſis, etiam ſi procedatur ad modum Belli, vel ex delegatione, vel alio modo inuſitato; huiuſmodi enim poteſtas non aliud operatur, niſi alterationem modi procedẽdi, nempè de ordinario ad extraordinarium, & præſupponit habilitatem ad agendum, Burg. cit. q. 19. n. 154.

166 Et adeò verùm eſt, vt in cauſis ad modum Belli, vel Palatinum, vel militarem, vel offenſiuum, vel ex præeminentia, inditia debeant plenè probari. prout in cęteris cauſis; idem Burg. q. 41. per tot. ꝙ nota, quia multi Iudices in hoc decipiũtur prætextu iſtius extraordinariæ facultatis. [Capoblanc. tom. 2. cap. 52. n. 16. & ſeq.]

Materiam proſequendo quęro vnũ, ꝙ quotidie euenit, & euenire poteſt, an Fiſcus habeat Iuriſdictio-

167 nem effectus, eſt, quia in confrontatione, quæ fit delinquentibus, defertur iuramentum confrontantibus per Fiſcum, prout pluries fuit delatum, præſentibus tamen Auditoribus, & cum caſus occurriſſet, Carminius Centrella Charitatis Aduocatus, qui munus prædictũ ſumma cum vigilantia exercet, replicabat pro inquiſitis

168 confrontatis confrontationem nullíus eſſe roboris, & momenti, ex quo iuramentum non fuit delatum per Auditores Iuriſdictionem habentes, ſed per Fiſcum, qui iuriſdictione caret, nec iuramentum deferre valet, tam in cõfrontatione, quam in receptione teſtium, & in alijs actibus, & allegabat Guazzin. lib. 1. de defenſ. reor. c. 20. defenſ. 20. n. 5. & Peregrin. in tract. de Iur. Fiſc. tit. 1. n. 12. lib. 1. ex quo habetur, quod

169 Fiſcus, & Fiſci Officiales nullã habent à lege conceſſam Iuriſdictionem, & proindè illam exercére

cere non valent, niſi à Principe
ſpecialis facultas ſit tributa, vel
conſuetudine id facere introdu-
ctum ſit, & proindè inſtabat, con-
frontationes nullas declarari, &
per conſequens cunctas proba-
tiones ex inde ſequutas irritari;
Fiſcus replicabat poſſe hoc face-
re, & hoc eſſe introductū ex con-
ſuetudine, ego verò in cōcurſu
dicebam, quòd & ſi verum ſit, ꝙ
170 Fiſcus nullam habet Iuriſditio-
nem, Intrigliol ſing. 63. lib. 2. Ca-
ualcan. de Bracch. Reg. par. 3. n.
164. & poſt iſtos Maur. Burg. in
tract. de mod. proced. ex abrupt.
quæſt. 19. n. 4. & proindè iuramē-
171 tum deferre non valet; [prag.
37. §. 24. in nou. Impreſion. de
Offic. Magiſtr. Iuſtitiar.] Tamen
duplici ratione poſſe Fiſcum iu-
ramentum deferre, & valere ſub-
ſtinebam. Prima cum tendat ad
Inquiſitionē, & delictorum pu-
nitionem, & præſentia Auditoris
ſupplet. Secunda, quia conſuetu-
172 do eſt cōtrarium, & licèt Fiſca-
lis non debet interuenire in tor-
tura, Caualc. cit. loc. tamen hoc
non ſeruatur, & ſemper Fiſcus in-
teruenit, Clar. pract. crim. q. 64.
verſ quæro nunc ad medium, &
Baiard. ibid. n. 101. & proindè
ſubdebam debere, & poſſe iura-
mentum deferre, prout ipſe Ca-
ualc. cit. loc. teſtatur ſeruari in
ſtatu Mediolani, Fiſcales inter-
173 uenire in examinibus teſtium,
& reorum, & hanc exceptionem
debiliſſimū refugium inquiſito-
rū exiſtimabam, cauſa huiuſmodi
in aula introducta, fuit pluries de-
ciſum, oppoſitis non obſtātibus,
procedatur ad vlteriora, & ſic ſē-
per fuit practicatum, & iuramen-
tum delatum per Aduocatum Fi-
ſcalem; vide prag. 39. §. 24. de
Offic. Mag. Iuſtitiar. [vide Foller.
pract. crim. tit. & ſi cōfitebuntur,
n. 5. 8. & 14. & ibid. d'Angelis.]
Sed an hoc procedat in Proc. Fiſci,
ex adductis per Peregrin. cit. loc.
174 tract. de Iur. Fiſc. lib. 1. tit. 1. n.
12. includitur, dum dicit Fiſcus, &
Fiſci Officiales, verum in Regno
Siciliæ eſt expreſsè prohibitum,
vt Procurator Fiſci nullam poſſit
175 capere informationem, & per
conſequens iuramentum deferre
ex ſpeciali prohibitione, quam
ponit D. Franc. de Caſtill. deciſ.
Sicil. 162. n. 22. cuius verba pla-
cuit hic tranſcribere, cùm hic li-
ber de facili haberi non poſſit.
176 *Hauiendo moſtrado la experiençia,*
que de hauerſe recebido en eſe Reyno al
gunas informaciones por ſolos los Procu-
radores fiſcales ſin aſſiſtēcia de Iuez hā
reſultado algunos inconuenientes, à que
no es juſto dar lugar ſere ſeruido de
vos, y aſi lo encargo, y mādo proueays,
y deys orden general, y particular, que
conuenga, paraque de qui adlante en
ningun caſo, que ſea, ſe pueda recebir
ninguna informaçion por los dichos Pro-
177 *curadores Fiſcales ſin enteruençion*
de algunos Iuez aſſi en la Gran Corte,
como en la Pretoriana, Straticotial de
Meſſina, y las de mas Ciudades, Vi-
llas, & lugares d'eſe dicho Reyno, don

de huuiere Iuez, y el dicho Procurador Fiſcal lo qual hareis que s'oſſerue aſſi inuiolabilmente, y que la preſente ſe note donde conbenga, &c.

progrediendo vlterius iterum quæritur, ponè ꝙ fuerit contrà quem liquidatum inſtrumentum , vel
178 obligatio incuſata , & Fiſco debeatur pœna; tamen debitor cum creditore ſe concordauit, & recuſat ſoluere pœnā Fiſco, an teneatur ? hæc quæſtio depēdet ab illa, an hæres ſoluens legatum legatario poſſit denegare alijs legata-
179 rijs? & ꝙ non poſſit, etiam ſi opponat de teſtamenti inualiditate, affert gloſ. in l. nō dubium ad fin. C. de teſtament. & ibi Alexand. teſtatur , n. 3. eſſe communem opinionem , tu vide Gomeſ. de qualitat. contract. tom. 2. cap. 11. n. 16. & Reg. Moles in deciſ. ad pennam deciſ. 63. fol. mihi 165.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Fiſcalis an poſſit eſſe Ciuis , vel Prouincialis.

Non ſummatur, ex quo id, quod in Argumento.

SEd queritur an Fiſcalis poſſit eſſe Ciuis, vel de Prouincia, in qua Officium adminiſtrat ? occaſio præceps eſt; nàm Paulus Laurenzanus de Atripalda fuit electus Fiſcalis in hac Prouincia pro interim, quia à D. Prorege fuit particulari viglietto decoratus, cum pollicitatione eum promouendi ad Iudicatum M. C. V. idem dixit viglietto, directo Preſidi. quorum tenorem hic ſcribere placet, vt benignitas tanti Principis innoteſcat, & merita viri prouiſi pateſiant, v3. A tergo. *Al mag. Señor el Doctor Pablo Laurenzana.* Intus verò. *Mag. Señor. Eſtando al preſente vaca la Fiſcalia de la Audiençia de Monteſuſco. y conueniendo proueerla en el interim en perſona de entegridad, y ſeruiçios i oyendo yo ſatisfaçion, de que eſtas y otras buenas partes concorren en la de vos el Doctor Pablo Laurenzana , me hà parecido ordenaros , y mandaros , que reciuiendo eſta carta os conferais en la dicha Audiençia de Monteſuſco , y en ella exerceis el dicho Officio de Abogado Fiſcal en la forma, y con las mas preheminençia, y exempçiones, que han fruido, y gozado vueſtros predeceſſores, entretanto, que vaca la plaza de Vicaria, en que accomodares, que en carta à parte ordeno al Preſide, y Auditores de la dicha Audiēçia, que os den la poßeſſion del dicho Officio. y os eſtimen , y reſpecten por tal Abogado Fiſcal, ſin poner en ello diſficultad alguna, con que dentro de vn mes haueis de preſentar en eße Tribunal Patente deſpachada en forma Cancellaria, como es coſtumbre. N. S. &c. Napoles 11. Iulio 1633. A lo que mandaredes El Conde de Montetey. Al Doctor Pablo Laurenzana. Principato Vltra fol. 43.* A tergo. *All' Illuſtre Soñor El Duque de Campo Claro Gouernador, y Capitan à Guerra de la Prouincia de Principat' Vltra. Monteſuſco.* Intus verò. *Illuſtre Señor En el Doctor Pablo Laurenzana he pro-*

ueydo

ueydo en el interim la Fiſcalia d'eſſa Audiençia, que vaca, entretanto, que ſe offreçe occaſion de haçerle merce de Plaza de Vicaria, por ſertan combiniente al ſeruiçio de Su Mageſtad, que aſſiſta en eſſe Tribunal en el exerçiçio de la dicha Fiſcalia en ſujetto de ſus letras partes, y ſeruiçios, y porque el tiempo ſe halla adelante, por cuyo reſpecto le he ordenado ſe confiera con toda breuedad en eſſa Audiençia à ſeruir la dicha Plaza en la forma, y con la preheminençias, y exempciones que han gozado ſus anteceſſores: encargo à V. S. que junto con eſſa Audiençia le de la poſſeſſion de la Fiſcalia ſin perder punto de tiempo, con tal, que dentro de Vn mes haga de preſentar en el dicho Tribunal ſu Patente deſpachada en forma Cancellariæ, que combiene, y es mi Voluntad. N. S. &c. Napoles 11. de Iulio 1633. A lo que V. S. mandare El Conde de Monterey Al Duque de Campo Claro. Principat' Ultra 10 fol. 34.

Et, licèt Iureconſultus in l. nulli, C. de Offic. rector. Prouinc. prohibeat, quem in propria patria ſua Officiũ adminiſtrare, in illis verbis: Nulli Patriæ ſuæ adminiſtratio, ſine ſpeciali permiſſu Principis, permittatur.

Et, tex. generaliter loquitur: generaliter, & ſic de omnibus Officialibus eſt intelligendus; & ego dixi hoc eodem tom. titul. de Offic. in gener. cap. 6. nu. 12. & Bouadill. tom. 1. politicor. lib. 1. cap. 12. n. 23. Ampliat hanc l. nulli procedere in omnibus Officialibus, & præcisè in Fiſcali, ex doctrina Iul. Paul. ibi relati in illis verbis: In ea Prouincia, ex qua quis originem ducit, Officium Fiſcale adminiſtrare prohibetur, ne, aut gratioſus, aut calumnioſus apud ſuos eſſe videatur.

Tamen priſcis temporibus videtur contrarium ſeruari, & ſic Officiales admitti ad officium in eorum Prouincia, & ſolent Proreges diſpenſare; & tantò fortiùs, quando concurrunt merita Officialis, vel eminentis ſcientiæ, tunc ratione ſingularitatis perſonæ diſpenſatur, vel quãdo Populus, ſiue Procia, conſentiret, tunc eligitur, & admittitur ad adminiſtrationem propriæ Patriæ, vel Prouinciæ, prout procedere, & diſpenſari in Regno Hiſpaniarũ affirmat, perbellè Bouadill. tom. 1. lib. 1. cap. 12. num. 31.

Experientia docet; nam multoties vidi Prouinciales exercere Officium in hac Prouincia Io. Baptiſta Maſcambruno nobilis Beneuentanus fuit ad Auditoratus munus in hac Prouincia aſſumptus, & poſt ipſius exercitium per biẽnium, ad Iudicatum M. C. V. & poſtmodùm Commiſſarius Campaneæ tranſlatus.

Antonius de Vico Beneuentanus de antiqua, & Nobili Familia de Vico, ſimiliter fuit ad Auditoratus Officium in hac Prouincia euocatus: cuius conditionem ſequuntur D. Perottinus, & D. Franciſcus de Vico, qui merita

Digitized by Google

genitoris augent,& D.Franciſcus plures Prouincias, vti Auditor gubernauit,integritate,& doctrina,& in cunctis verſatus.

Et licèt iſti duo Beneuētani eſſent, & illa Ciuitas Sanctæ Sedi Apoſtolicæ ſubſit; tamen intra Prouinciam eſt ſituata, & intra fines Regni reperitur, vt latè dicam hoc eod.tom.tit. de Inſtrument. cap. 1. n. 8. & ſeq.

Nihilominus fuerunt promoti ad officium Auditoratus.

Et ex Prouincialibus, vidi Scipionē Magnacerbo à Sereno, Candidæ Baronem,ad Auditoratus munus huius Ptouinciæ prouiſum, indè Alexandrum de Stefanellis à Sereno Auditorem in hac Prouincia, de quo mentionem feci hoc eodē tom. ſupra tit. de Præemin. Reg. Aud. n. 58.

Poſtea ſucceſſit Auditor ille peregrini ingenij, & omni ſcientia prædit us Goffreddus de Morra, qui licèt Miles Neapolitanus de Sedili Capuani eſſet, & de nobiliſſima,ac antiquiſſima Familia de Morra, de qua Præſ. de Frãch. deciſ. 357. mentionem facit, erat Baro Terræ Montis Rocchettæ, vbi ordinariè morabatur, quę ab hoc Tribunali ſpatio triũ miliarium diſtat, & huic iuriſdictioni ſubeſt:fuit deputatus Auditor in hac R. A. & ſic in ſua Prouincia.

Et nouiſſimè Ioannes Baptiſta Pagano Miles Neapolitanus, de quo mentionem faciã hoc eodē tom. tit. de Annona cap. vnic. n. 45. quamuis feuda in hac Prouincia poſſideret,cum in Audientia Salerni Auditor eſſet, fuit ad hanc promotus,& ſic in eius Prouincia officium exercuit.

Authoritas Fiſcalis, & ſignantèr M. C.V.multa eſt, nàm de per ſe,& ſic ſolus multa mandat, multa iubet, multàq; facit: ſed in Regijs Audientijs Regni nō poteſt peragere ſine Auditoribus,& Prçſide; & præſertim non valet diligētias facere ipſe ſolus: ſed cum interuentu, ad minus vnius Auditoris, vt fuit declaratum per Regium Collaterale Conſil. in capitibus, porrectis Audientiæ Salerni, in Cur. 1. Capitanatæ fol. 48. tenoris ſequentis. *Seſto, pretende il detto Magnifico Fiſcale poſſere ordinare alcune diligenze pro Fiſco alli Maſtridatti, e Scriuani, ſenza, che ne vadino à pigliar licenza, & commiſſione dalli Magnifici Auditori. Ordinamo poi che ſempre tutti li Auditori, ò vno di eſſi reſiede, doue ſe regge il Tribunale dell'Audienza, che le dette diligenze non poſſano commetterſe per detto Auocato Fiſcale ſenza licenza, & ordine di vno de' detti mag. Auditoris & così ſi debbia oſſeruare, ſenza contradittione alcuna, ò diminutione alcuna, che tale è noſtra volontà; ſando conſeruare il preſente ordine con li altri ordini di queſſa predetta R. A. acciò ſempre ſe ne habbia notitia, e ſe poſſa oſſeruare.*

Sed, abſente Fiſco, vidi multoties nouiſſimum Auditorem partes Fiſci facere, conqueſtus fui; non

eſſe

eſſe permittendum, tùm, quià ex antedictis poſſunt Auditores, abſente Fiſco, cauſas expedire, tùm etiã, quia faciendo quis partes Fiſci amittitur votum, ex quo inſtando, vti Fiſcus, non poteſt, vti Auditor, votare, & tamquam Fiſcus, ſiue partes Fiſci agens, ſuſpectus in votando efficitur, & quaſi inimicus euaſus, ex allegatis per Maſtrill. deciſ. 151. n. 49. & 50. Clara enim concluſio iuris ſe habet, quòd Aduocatus nedùm efficitur inimicus partis aduerſæ, contra quã patrocinatur, verùm etiam nõ poteſt interuenire, vti Iudex, vt tetigi in tit. de Aduocatis tom. 2. cap. 1. in princip. & docet Par. de Put. de Syndicat. in verb. ſuſpictio cap. 1. n. 3. & ſeq. & Reg. Rouit. in prag. 1. de ſuſpictionib. nn. 46. Verùm, quia vidi prouiſiones, à Collaterali Conſilio relaxatas, R. A. Principatus Citra, & Baſilicatæ directas die 11. Septembris 1609. in Cur. 2. Princip. Citr. & Baſilicat. In quibus cauetur, Fiſcales poſſe conſulere Præſidi in cauſis, ea antedicta ratione, quia partes Fiſci tuendo, dicitur pars, in illis verbis: *Portano l'Aucato Fiſcale per Conſultore, il che viene à cauſare danno alli poueri carcerati, sì, perche conſultano loro cauſe del Fiſco, che è parte.*

Ecce, quomodo eſt declaratum, Aduocatum Fiſcalem eſſe partẽ, & per conſequens, vti ſuſpectum, non eſſe admittendum Auditorem ad faciendum partes Fiſci, clarè colligitur.

DE OFFICIO PROCVRATORIS Fiſcalis. Caput I.

A R G V M E N T V M.

Officium Procuratoris Fiſcalis, vnde dicitur inſtitutum.
Quę permittantur quæue prohibeantur in adminiſtratione ſui Officij.
An aſſiſtat in Tribunali tempore voti.

SVMMARIVM.

Officium Procuratoris Fiſci eſt incluſum ſub illo Aduocati, n. 1. 6. & 7.
Fabius Dauid Procurator Fiſcalis laudatur, num. 2.
Officium hoc in Gallia inſtituit Adrianus, num. 3.
In Regno Neapolitano in qualibet Prouincia eſt Procurator Fiſcalis, n. 3. 4. & 5.
Confeſſio Procuratoris Fiſcalis nocet, Fiſco, & quare, num. 8.
Eius Officium eſt nobile, num. 8.
Procuratorem Fiſcalem ſe faciens, & non eſt, punitur, num. 9.
An differat cum Procuratore Cæſaris, num. 10.
Eſt perſona pro actorum validitate, n. 11.
Sine Aduocato Fiſcali nihil agit, nec è contra, num. 11. 14 & 15.

An

An debeat in omnibus citari, vel ſufficiat præſentia, à num 14. ad 16.

Debetur ei reuerentia, ſicut Patri, n. 17.

An appellet in cauſis Criminalibus, n. 18.

Procurator Fiſcalis in Prouincia, an teneatur communicare negotia ſui Tribunalis, cum Fiſcali M. C. V. num. 19.

An teneatur accedere ad domum Aduocati Fiſcalis pro conſilio Iurium Fiſci, num. 20.

An aſſiſtat in incuſatione contumaciarum, & fideiuſſionum, num. 21. & 22.

An aſſiſtat tempore, quo leguntur ſententiæ foriudicationis, num. 24.

An aſſiſtat in tortura, quæ reo infertur, num. 25.

An poſſit, Actore non comparente, incuſare contumacias, contra reum non conuentum pro intereſſe Fiſci in pœna, num. 23.

An poſſit ſuſpectus allegari, n. 26. & 27.

Non alienat, niſi cum ſolemnitatibus, & meliorem conditionem faciat, num. 28. & 29.

Creditor dicitur, qui alienam fidem ſequitur, num. 30.

An audiatur ſi ad cauſam venerit ex delicto eius, contra quem inquiſitio dirigitur, num. 31.

Contra detinentes, occupanteſquè bona Fiſci quomodo, & in quo loco procedat, num. 32. & 33.

An condemnetur ad expenſas, & quæ requirantur, num. 33. & 34.

An teneatur ad iuramentum de calumnia, vel ad præſtandam cautionem, n. 35. & 36.

An interueniat in ratificatione teſtium in cauſa inquiſitionis, num. 37.

In Regno autem noſtro quomodo ſeruatur, num. 38.

An poſſit confiſcare bona eius, qui mortem ſibi intulit, & in quibus caſibus, n. 39.

An poſſit de ſe ipſo abſque Iudice informationes capere, num. 40.

An eum præcedat ſubſtitutus Secretarij, num. 41. ad 44.

An aſſiſtat in aula tempore, quo votantur cauſæ, num. 45. ad. 51.

Quid ſi non adſit Camera ſeparata, ad quam ſe transferat, an aſſiſtat tempore voti, num. 52.

Quid ſi in conceſſione Officij, ſiuè oblatione facta fuerit appoſita conditio: vt tempore voti aſſiſtat, num. 53.

An diſcedat à Tribunali ſine ordine Suæ Excellentiæ, num. 54.

OFficiũ Procuratoris Fiſci eſt incluſum ſub illo Aduocati Fiſcalis, & eidem annexum Præſid. Galeoto loco infra citando, & proinde cum de Offi-
1 cio Fiſci latè in præcedenti titulo ſit explanatum, congruum arbitror, vt concernentia Officium Procuratoris Fiſci hic afferam, & de pluribus ſermonem facere intendo. Primò, hoc Officium Procuratoris Fiſcalis vnde ſit inuentum. Secundò, an differat cum Procuratore Cæſaris. Tertiò, quæ ei permictantur circa exercitium ſui Officij Quartò, quę ei prohibeantur, vt rectè ſegerat. Quintò, an tempore voti aſſiſtat in Aula. Verum antequam promiſſa quæſita aggrediar, eſt ſciendum, ꝙ Pro-
2 curator Fiſci dicitur vir parum placitus, omnibus inuiſus, nihil æqui-

æquitatis in ſe habens, vt refert Amendol. ad Franch. deciſ. 192. n. 3. & quandoq; propter nimiam ſubtilem, & odioſam perquiſitionẽ nõ ceſſat cõtinuò interrogare, terrere, & increpare in omni inpatientia, & modica doctrina, vt Caualcan. conqueritur de Bracc. Reg. tit. de Offic. Iudic. circa teſtes part. 5. n. 198.

Quod non poteſt applicari noſtro Procuratori Fiſcali Fabio Dauid, viro amabili, omnibus placido, & induto requiſitis, poſitis in Foller. in pract. cap. 5. n. 21. nempè fidelitatis, & honeſtæ vitę.

Quò ad primum hoc officium in Gallia Adrianus inſtituit, & erat temporale, vt refert Petr. Greg.
3 Toloſan. ſyntag. Iur. Vniuerſ. par. 3. lib. 49. cap. 7. nu. 5. & in Regno noſtro eſt conſtitutum in Prouincijs, ex conſtitutione Regni: inter multas, & licèt ſint plures Prouinciæ in Regno, & qualibet in Prouincia adeſt vnus Procurator Fiſcalis, Afflict. in dicta conſtit. inter multas n. 6. & poſſent dici plures Procuratores Fiſci, & Capan. in tract. de Releu.
4 par. 2. quæſt. 1. n. 11. fol. mihi 70. tres reperiri Procuratores affert, vnum Fiſci, ideſt. rerum Fiſcalium, alterum patrimonialiũ, tertium Cęſaris in Vrbe verò adſunt duo, vnus Procurator Fiſcalis Vrbis, alter Procurator Fiſci, vt refert Farinacc. conſ. 107. n. 1. & ſeq. tamen ad propoſitum in-
5 ſtitutum, vnus eſt Fiſcus, & dicitur diuiſa adminiſtratio, Catal. in tract. de Indult. cap. 17. nu. 15. prout in ſimili ſi ſunt plures tutores, pluraue patrimonia, tamen vicem vnius Pupilli repræſentãt, Catalan. ibid.

Et Procurator Fiſcalis dicitur pars corporis Aduocati Fiſcalis, & de eius latere extractus, & dicitur
6 oculus Fiſci, vti Archidiaconus dicitur oculus Epiſcopi, D. Galeot. tom. 2 controuerſ. Iur. cap. 11. n. 27. 28. 49. & 50. Et licèt Epiſcopus Procuratorem Fiſcalem non habeat; tamen Promotorem Fiſcalem, ſic nuncupatum ſubſtinet, Marcell. Vulp. in prax. Eccleſiaſtic. cap. 23. ad fin. Muta tom. 4. capit. Sicil. cap. 6. nu. 8. Foller. in pract. Canon. cap. 5. n. 13. vbi facultates Promotoris
7 Fiſcalis habes, & adeò Fiſci Procuratoris Officium illi Aduocati annexum eſt, vt dici poſſit continens pro contento, Petr. Greg. Toloſ. ſyntag. Iur. Vniuerſ. lib. 3. cap. 2. n. 6. & vti rationalis à rationibus, idem Toloſ. lib. 49. cap. 7. n. 3. & adeò hoc veriſſimum eſt, vt confeſſio Procurato-
8 ris Fiſcalis ipſi Fiſco pręiudicet, quià mandatum generale habet, Mancin. in tract. de confeſſ. cap. 9. artic. 5. n. 8. & eius officium nobile eſt, tradit conſiliar. Paſcal. de Patria poteſt. par. 4. c. 2. n. 85.

Et qui Procuratorem Fiſcalem ſe facit, & rè vera non eſt, punitur,
9 Ricc. deciſ. 107. n. 3. par. 3.

Quò ad ſecundum an differat cum Pro-

Procuratore Cæſaris, quod dici-
tur ex eo, quia à Cæſare mitteba-
tur in eius Prouincia Toloſ. cit.
10 lib. 49. cap. 7. n. 2. quod quo-
modo fuit inuentum, & hodie
exercetur per Regiam Cameram
latè Reg. Tap. to. 1. Iur. Regn.
in rubr. de offic Procuratoris Cę
ſaris; & iter. in conſt. quæſtionis
n. 1. Præſid. Galiot. cit. controu.
11. nu. 18. & 19. & differt cum
Procuratore Fiſci in rerum di-
uerſitate, qua adminiſtrant; ad
vnũ enim ſpectant res patrimo-
nij: ad alium verò res ſtatus, ſiuè
Regni, Mauſon. de cauſ. execut.
ampliat. 8. nu. 7. Et Procurator
Cæſaris poteſt quod idem Cæſar,
quando de eius commodo tra-
ctatur, Reg. Tap. deciſ. Neapol.
40. n. 20. aliàs differentias ponit
Reg. d'Apont. conſ 54. n. 1. vol.
1. & iter. in tract. de poteſt. Pro-
reg. tit. de Regal. impoſit. §. 5.
n. 36. & ſeq. Capic. deciſ. 107.
nu. 5. Regen. Rouit. in rubr. de
Offic. Procuratoris Cæſaris n. 2.
D. Franc. Merlin. Neap. contro-
uerſ. Iur. cap. 25. n. 1. Conſiliar.
Carleual. in tract. de Iudic. diſp.
7. n. 38. Petrus Greg. Toloſ. ſyn-
tag. Iur. Vniuerſ. lib. 3. cap. 2.
n. 8. Criſpolt. caſ. militar. caſ. 30.
n. 12. vide de Angel. ad l. 2. C. de
modo multarum n. 1. & ſeq. lib. 2.
Quò ad tertium in exercitio ſui Of-
ficij quæ permittantur; eſt ſcien-
dũ, quòd eſt pars quotitatiua; im
11 mò principalis in iudicio pro
actorum legitimatione, vt tot
pragmaticæ cantant; ita, vt ſi de-
fecerit Procurator Fiſcalis, deficit
Tribunal, veluti ſi deficeret actor
vel reus ſine quibus iudiciũ nul-
12 lum agitatur, Galiot. ibid. nu. 50.
& licèt Procurator ſine Aduoca-
to, & Aduocatus ſine Procurato-
re Fiſcali nihil agere valet in ne-
13 gotijs Fiſcum tangentibus, prag.
36. de Offic. Sac. Conſ. ad fin. ta-
men Fiſcalis teſtes inducit Pro-
curatore inſtante, Imbrian. in
tract. de repulſ. conſiderat. 2. n.
128. Mut. tom. 4. capit. Sicil.
cap. 7. n. 1. & 3.
Tamen ad Procuratorem Fiſcalem
ſpectat legitimatio proceſſus, &
14 expeditio cauſarum, congruas
reſponſiones circa ordinem, &
iuſtitiam facere, & dicitur perſo-
na legitima comparendi in iudi-
cio, impugnãdi ſcripturas, impin-
guandi informationes, legitimã-
di proceſſus, Mauſon. de cauſis
15 executiuis ampliat. 8. n. 5. & pro-
indè debet citari in omnibus cau
ſis nedùm criminalibus, verum
etiam in ciuilibus, quando Fiſcũ
tangunt, prag. 44. §. 2. de Offic.
Magiſtr. Iuſtitiar. Ricc. deciſ. 117.
uum. 3. par. 3.
Verùm quando eſt præſens, non re-
quiritur alia citatio, Reg. Rouit.
16 deciſ. 14. n. 4. poſt ſcripta in præ-
cedent. tit. de Offic. Fiſci, n. 60.
Et proindè eſt exhibenda Procura-
tori Fiſcali reuerentia, vt patri,
17 Muta tom. 4. capit. Sicil. c. 7. n. 2.
Secundò Procurator Fiſci in cauſis
criminalibus recurrit, & recla-

mat,

18 mat, quamuis Fiſcalis non recla-
mauerit, prag. 12. de appellat. & licèt aliqui dicant, Fiſcum non habere appellationẽ in Regno, Vulp. in Prax. Eccleſiaſ. cap. 23. tamen, ꝙ habet recurſum in Regno latè dixi in præcedenti titulo de Officio Fiſci, & poſt ibi ſcripta, ſequitur Ricc. deciſ. 81. n. 3. part. 2. Genuenſ. in pract. cap. 37.

Tertiò tenetur quilibet Procurator Fiſcalis in Prouincia negotia ſui
19 Tribunalis, Fiſci præiudicium concernentia, communicare cũ Fiſcale M. C. V. ad finem tuendi Iura Fiſci ex diſpoſit prag. 43. n. 4. de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar. &, ſi neglexerit communicare, vel iura Fiſci tueri, punitur pœna impoſita per prag. 36. de Offic. Sac. Conſ. verſatur inſuper eius Officium circa pauperes, & miſerabiles perſonas, Mut. cit. tom. 4. cap. 7. num. 1.

Quartò tenetur accedere ad domũ Aduocati Fiſcalis, & iura Fiſci
20 conſulere, atquæ communicare, ſic ordinatum reperitur per Regium Collaterale Conſilium Audientiæ Calabriæ Die 31. menſis Ianuarij 1595. vt refert Gloſell. ad citatam pragmat. 36. de Offic. Sac. Conſ.

Præterea quintò debet aſſiſtere tempore, quo regitur Curia, vt
21 videat contumaciarũ, & fideiuſſionum incuſationem in M. C. V. ex diſpoſitione prag. 37. §. 25. de Offic. Magiſtr. Iuſtitiar. refet. Reg. Tap. tom. 1. Iur. Regn. in eadem prag. cuius exemplo in hoc noſtro Tribunali, ſic ſeruatur, & tẽpore vocationis cõtumaciarum, & fideiuſſionum, vel bannorum aſſiſtir, & in contumacijs crimi-
22 nalibus ſemper adeſſe cenſetur, ex prag. 6. de citation. §. 2. & propterea, quamuis contumacia prima non ſit ſua die in cuſata, cenſetur in cuſata, & habetur, ac ſi incuſata fuiſſet per Procuratorẽ Fiſcalem.

Et ex hoc inſurgit aliud dubium; pone, ꝙ actor faciat citare, vel te-
23 ſtes pro ipſis examinãdis in cauſa ciuili, vel alios conuentos, cõminata pœna; tamen, nec conuenti, nec teſtes comparent, nec creditor ſiuè principalis comparet ad accuſandam contumaciã, an Procurator Fiſcali pro intereſſe Regij Fiſci poſſit contumacias incuſare, & pœnam comminatã exigere? Afflict. in Conſt. in pecuniarijs, n. 30. quæſtionem proponit, & ore Andrææ ibi relati prohibet Procuratori Fiſcali huiuſmodi contumaciarum incuſationẽ, & pœnæ cõminatæ exactionem ea ratione; quia nunquã mulcta Fiſco acquiritur, niſi intereſt parti, nec poteſt inſiſtere pro condemnatione, niſi pars, cuius intereſt, cõpareat, & accuſet eius contumaciam, ſunt formalia verba, Afflict. Fiſcus enim nõ agit, niſi promiſſio fuerit ſibi facta, vel alteri, qui pro eo recepit, Baiard. ad Clar. quæſt. 46. n. 76. & 77.

Google

Verùm quando vocantur foriudica-
ti,& legũtur ſententiæ foriudica-
24 tionis pro quib⁹ legendis præſes,
Auditores, & Aduocatus Fiſcalis
ad ſalã Palatij ſe cõferunt,rota re-
licta,& ibi ſentẽtię foriudicatorũ
leguntur, non aſſiſtit, neque ſe-
det Procurator Fiſcalis, & malè,
nam ſi interuenit in incuſatione
contumaciarum, fideiuſſionum,
vt ſupra dixi, & in prolatione ſen
tentiæ foriudicationis, quæ in
Tribunali profertur, quare inter-
uenire non debet in lectura Sen-
tentiæ foriudicationis?

Sextò,interuenit in tortura,quę reo
infertur, & ſic apud nos ſeruatur,
26 contra doctrinam Afflict. in cõ-
ſtit. quæſtion. nu. 6. vide Caual-
can.de Brach. Reg. par.3. n 164.

Septimò, hęſitatur, an Procurator
Fiſcalis poſsit ſuſpectus allegari,
26 Reg.Rouit.in prag.de ſuſpiction.
Official. n. 4. inſerit literas miſ-
ſas Domino Comiti Beneuenta-
norum Proregi, quid ſeruandum
ſit in Aduocato Fiſcali Regię Ca
maræ, quod nuper eſt reſolutum
per Sacram Regiam Maieſtatem
in inſtructionibus datis in refor-
matione Tribunalis Regiæ Ca-
marę inter quas adeſt Capitulum
78 quo cauetur non poſſe ſuſpe-
27 ctum allegari, nec per Scripto-
rium, neque per Collateralem,
niſi cauſa conſanguinitatis, ſiuè
affinitatis, vſque ad ſecundum
gradum, cuius tenorem placet
inſerere, de facili enim non po-
teſt innoteſcere. *Porquanto ſe ha entendido la facilidad, con que ſe admiten las recuſaciones, que ſe proponen por las partes contra el Aduogado Fiſcal de mi Regia Camara; de que reſulta graue daño à mi Real Patrimonio: que muchas vezes no tiene quien defienda, ni proſiga ſus cauſas con las noticias, y zelo conueniente: excluyendo por eſte medio la perſona, que yo tengo nombrada paraque en mi nombre lo haga: Mando, que en conformidad de las ordenes dadas, no pueda ſer recuſado el dicho aduogado Fiſcal por villetes de eſcritorio de mis Virreyes, ni del Secretario del Reyno por Collateral, ſino que quando alguno pretendiere, que ha de ſer recuſado, proponga la cauſa formalmente, conforme à las pragmaticas de eſſe Reyno, y nel Tribunal de la Camara, en el qual (y no en otro, ni en el Conſejo Collateral) ſe hà de determinar: ſi ſe hà de dar, ò nò, por ſoſpechoſo. Y mando, que de aqui adelante no ſe tengan por cauſas baſtantes para hazerlo, ſino las que procedieren de enemiſtad capital no reconciliada entre el miſmo Aduogado Fiſcal, y la parte litigante, ò ſus parientes por conſanguinidad, ò affinidad haſta en ſegundo grado, ſin embargo de qualquier pragmatica, vſos, y coſtumbres, que haya en contrario.*

Quo verò ad caſum noſtrum Reg. Rouit. cit. loc. affert pro negatiua niſi ex cauſa inimicitię, tù verò, ex Baiard. ad Clar. quæſt. 43. ſub n. 7. dicas poſſe ſuſpectũ allegari ex legitima cauſa, illa argumentata ratione, vt quando quis in ſuo officio poteſt occultè

grauare

grauare cadit ſuſpictio, & habet locum recuſatio, ſed ſic eſt, quod Procurator Fiſcalis poteſt occultè in eius officio aliquem grauare, ergò, & recuſari poteſt, nec eſt audiendus Farinacc. in fragment. n. 730. quia remiſſiuè loquitur.

Quò ad quartum, quę ei prohibeantur, ſcias quòd infraſcripta prohibentur in exercitio ſui officij.

Primò, non alienat, niſi meliorem conditionem faciat, & cum ſolénitatibus, Reg. d'Apont. conſ. 54.
28 n. 3. & iterum conſ. 49. n. 80. & 81. tom. 1. quod intellige quando alienat, vti Procurator Fiſci; verũ, quando Vicerex Regni vendit feuda, vti Procurator Regis non dicitur Procurator Fiſci, Regens d'Apont. cit. loc. & differentiam inter venditionem quæ fit à Procuratore Fiſci vigore mãdati dati
29 à lege, & venditionem, quæ fit à Prorege, virtute mandati dati à Rege, ponit Reg. d'Apont. de poteſtat. Proreg. tit. de regal. impoſit. §. 5. n. 31. Capoblanc. tom. 2. cap. 2. n. 15. poteſt in venditione rei Fiſcalis habere fidem de prętio, Montanar. ad prag. 5. de adminiſtrat. Vniuerſit. §. 13. n. 18. Intrigl. conſ. 29. n. 48. ideſt creditorem ſe facere; Creditor enim dicitur, qui alienam fidem ſequi-
30 tur, Aſcent. ad Boet. de diſciplin. Scolar. lib. 4. fol. 110. litera I.

Secundò, non debet audiri, niſi veniat ad cauſam ex delicto illius,
li eiuſdem terrę Boneti Marchio-
nis integerrimi, conſcientiati, ac
prudentiæ, & qualitatis optimæ
tuebar, dicebam, verba præcepti
fuiſſe ſimpliciter prolata, nempè,
vt detineatur ſub tuta cuſtodia,
quo caſu poterat habilitari ex al-
legatis, Auditor Alexãder de Ste-
fanellis dicebat contemptum iu-
dicis eſſe ex hac habilitatione, &
pro parte Marchionis fuerunt ex-
peditæ prouiſiones à M. C. V. cũ
inſerta forma memorialis S. E.
prius porrecti, & totum factum
narrantis, continentes, quòd Re-
gia Audientia prouideat ſuper re-
miſſione petita, & ſi erit in voto
non remittendi, acta, & per dies,
quibus præſentatis, videns Audi-
tor Stefanellis decernendo, quòd
cauſſa remaneat, acta traſmitti
debere ad M. C. decreuit, ꝙ re-
mit-

mittatur. Et iterum obtinui pro Duce Caſtri Franchi in cauſa Thomæ Pauletta, & aliorum, qui ad illam Curiam fuerunt remiſſi, quamuis tempore diligentiæ nõ fuerint inquiſiti reperti in carceribus iuxtà fidem præſentatam, & præceptum, modo, quo ſupra factũ, & aliàs in cauſa Andreę Stagione Montis Falcionis inquiſiti de homicidio fuit miſſus ſcriba Garofanus de Rugerio, qui inquiſitum intus carceres nõ inuenit, ſed in Palatio in camera Superiori, in qua Capitaneus morabatur,
56 quẽ ad carceres Tribunalis traduxit, & in diſcuſſione cauſæ cõcurrebat Antonius Pennella diligentiſſimus, practicus, & moribus bonis ornatus Aduocatus Baronis Cannidæ, prætendendo ad Curiam Cannide remitti, ratione loci delicti, de quo dixi ad Gram-
57 matic. decis. 26. ego qui partes D. Caroli de Tocco Comitis Montis Aperti vtilis Domini dictæ Terræ Montis Falcionis [Nunc vero Principis Montis Militum] equitis ſingolaris Religionis, & eruditionis tuebar, dicebam non ex hoc poſſe priuari Baronẽ, maximè habẽtẽ ſecũdas cauſas, quia negligentia Officialis Baronis nõ
58 officit, nam & ſi verè carceratus non fuiſſet repertus, & R. A. ad vlteriora proceſſiſſet, tandem data noua fide carcerationis, ex pra-
59 ctica Capoblanc. tom. 2. cap. 51. n. 2. & ſeq. debebat cauſa ad Curiam remitti, & tandem obtinui, ꝙ carceratus reſtitueretur ad Curiam Montis Falcionis, cui per prius fuerat remiſſus, nulla habita ratione, quòd Officialis eum intùs carceres non detinuerat.

Et iterum, cùm eſſent in hac R. A. inquiſiti Io. Baptiſta, & Oratius Inzengola Terre Caletri detẽtato homicidio in perſonã D. Lautij Magaldo Sacerdotis, renuit petita remiſſio ad Curiã Caletri, & præſentata fides carcerationis facta per Caſtellanum, & datus terminus ſuper remiſſione, & expeditus ordo, quòd detinerẽtur nomine R. A. fuit deſtinatus per R. A. ſcriba ad faciendas diligentias, an inquiſiti in carceribus aderãt, & non fuerunt inuentu, quo caſu R. A. nedum remiſſionem denegare intendebat, verùm etiam citauit Capitaneum Terræ Caletri ad ſoluendam pœnam, & Caſtellanum ad informandũ, prætextu, quòd fides carcerationis præſentata erat falſa; ego, qui partes Excellentiſſimi Domini Principis Venuſij vtilis domini Terræ Caletri tuebar, ex præallegatis dicebam, Capitaneum, & Caſtellanũ puniri non poſſe, & recurſu habito ad Regiam Cameram, fuit interpoſitum infraſcriptum decretum v3. Die nono menſis Decẽbris 1630. Neapoli viſis actis per magnificum V. I. D. Matthiã Caſanate Reg. Cam. Summ. Præſidentem, & cauſæ Commiſſarium fuit prouiſum, quòd prouiſiones expeditæ per Reg. Cam. ad bene-

ficium prædicti A.M.D.Io:Battiſtæ Inzengola Terræ Caletri obſeruentur,prout præſenti decreto obſeruari mandatur, & nô moleſtetur de perſona, nec in ſuis bonis, nec Capitaneus Terræ Caletri,& Caſtellanus Terræ prædictæ pro fide facta carcerationis, hoc ſuum, &c. & expediantur debitæ prouiſiones obſeruatoriales. Caſanate. Io. Dominicus Scognamiglius Actuarius. Adeò ꝙ clarè colligitur. Officiales facientes fidem de carceratione non fuiſſe per Reg. Cam. punitos pro fide facta,ſi tempore diligẽtiæ, inquiſiti non fuerunt reperti intus carceres. [Factum enim Officialis non nocet Baroni, quia ad Officialem ſolùm ſpectat adminiſtratio iuſtitiæ, non autem cura regaliũ, Mar Cutill.dec.Sicil. 1.n.103.]

DE PRAEROGATIVA Fratrum Iuratorum Caput I.

ARGVMENTVM.

Fratres Iurati quibus Gaudeant.
Per quos creantur.
Itinerantes an poſſint arma aſportare.

SVMMARIVM.

FRtres Jurati eliguntur per Vniuerſitatem ad rationem quinque pro quolibet cẽtenario foculariorum n.1. & 2.

An poſſint viſitari per Præſidem, n 3.

Poſſunt arma aſportare, ibid. n 3.

Pro eorum del:ctis cognoſcuntur per R.A. n.4.5.6.& 7.

Tranſeuntes, & Viatores poßunt per tranſitum per Ciuitates, & Terras arma portare, n 8 9. & 10.

Intellige de armis non probibitis, n.9.

QVælibet Terra, ſiue Ciuitas huius Prouinciæ habet ſuos Fratres Iuratos, qui vulgò appellátur *li cinque per cento*, qui per Vni-
1 uerſitatem eliguntur, vt vacent Regio ſeruitio,nempè,occurrant in proſequutione Bannitorum,& delinquentium; vndè de eis aliqua tractandum duxi: & primò ſciendum, ꝙ huiuſmodi Milites eliguntur ab Vniuerſitate ad ra-
2 tionem quinque pro quolibet centenario foculariorum,& proindè vocantur vulgò, *li cinque per cento*, qui non poſſunt viſitari per Præſidem huius Prouinciæ ſine
3 expreſſa licentia Regni Viceregis, vt fuit reſolutum per prouiſiones à Collaterale Conſilio expeditas ſub die vltima Decembris 1603. tempore Comiris Beneuentanorum Mutio Brancatio equiti Neapolitano Præſidi huius Prouinciæ directas inde confirmatum

matum per prag. 11. de Offic. Iu
dic. cap. 47. quas adduxi in titul.
de Offic. Præſid. c. 1. n. 43. & 46.
Et vltra delationem armorum, iſti
Fratres Iurati declinatoria fori
4 gaudent: ita, ꝙ non poſſunt co-
gnoſci niſi à Regia Audientia,
prout extitit declaratum per Re-
gium Collaterale Conſilium, vi-
gore prouiſionum ſequentis te-
noris, vʒ. Philippus Dei gratia
Rex, &c. Mag. vir. Regiæ fidelis
dilectc. *Ci è ſtato preſentato il ſequen-*
te memoriale, vʒ. Illuſtriſſimo, & Ec-
cellentiſſimo Signore. Giouanni Eſco-
bar Capitano della Cōpagnia de' Frati
Giurati della R. A. di Salerno, ſup-
plicando fa intendere à V. E. come il
5 *Straticò di detta Città di Salerno ogni*
giorno moleſta li ſuoi Soldati, ſotto pre-
teſto, che facciano à pugni, e ſi maltrat-
tino fra di loro, & alle volte eßendo oc-
corſo, ch'eßendono ſtati prouocati, non
ſolo ſi ſono difeſi, mà offeſi quelli, che
l'hanno maltrattati, & ancorche ſe ne
ſia preſa informatione per la R. A. det
to Straticò hà preſo l'altra informatio-
ne, e pretende douer conoſcere li detti
ſuoi Soldati, che come ſono ſalariati
dalla Regia Corte, e ſeruono eſſa Regia
Audientia deueno eſſer conoſciuti da
quella, così come la Vicaria, cōforme al
l'allegata copia, hà ordinato, che hauēdo
delinquito Donato Barile Portiero d'eſ
ſa R. A. non ſia moleſtato da detto
Straticò, ma da eßa R. A. così come
è ſtato ſpedito, e per togliere l'inconue-
nienti, che potranno ſuccedere per l'aue-
nire: ſupplica V. E. ſia ſeruita ordinare,
che ſe li ſpediſca la conſimile prouiſione,
e che il Ssraticò preſente, e futuri non
piglino informatione, ne ſi intromettano
contra detti Soldati, mentre ſtanno al
detto Regio ſeruitio, e che tutte l'infor-
matione, che ſe trouaranno in potere del
detto Straticò ſe conſegnino alla R. A.
che oltre è giuſto, l'hauerà à gratia, vt
Deus, &c. Et viſto per noi il detto me-
moriale, ci hà parſo farui la preſente,
per la quale vi dicemo, & ordinamo,
6 *che in modo alcuno vi debbiate intro-*
mettere nella cognitione di dette cauſe
delli Frati Giurati di detto Capitano
ſupplicante della R. A. di Salerno, at-
teſo la cognitione d'eſſi ſpetta alla detta
7 *R. A. atteſo tale è noſtra volontà; non*
fandoſe lo contrario ſotto pena di docati
mille: la preſente reſti al preſentante.
Datum Neapoli die 29 menſis Iulij
1611. El Conde de Lemos. Vidit Con-
ſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Re-
gens. Vidit Montoya Proregens. Sala-
zar Secretarius. Locus Sigilli. In par.
15. Allo Straticò di Salerno.
Vtrum hæc armorū delatio ſit per-
miſſa alijs per tranſitum per Ciui-
8 tates, & Terras alienas euntibus?
quòd ſit conceſſa, extat declaratū
per Regium Collat. Conſ. vigore
prouiſionum, tenor quarum eſt
vʒ. Philippus Dei Graria Rex, &c.
Mag. Viri Regij Conſiliarij fide-
les dilectiſſimi. *Hauemo hauuto re-*
latione, che molti viandanti, & paſſa-
gieri, quali per tranſitum paſſano per
dentro alcune Città, Terre, e luochi di
queſſe Prouincie, e per loro territorij, e
giuriſditione, ſono da Officiali, e miniſtri
di giuſtitia ſotto colore, che vanno ar-
mati preſi, diſarmati, e compoſti, e vo-

lendomo noi in queſto prouedere, à tal
che li popoli non ſiano maltrattati, ci hà
parſo farui la preſente, per la quale vi
dicemo, & ordinamo che debbiate dare
ordine in nome noſtro mediante banno
publico, che neſſuno Officiale tanto Re-
gio, come di Barone preſente, e futuro di
queſſe Prouintie debbia dar faſtidio, nè
moleſtia alcuna alli detti paſſaggieri,
9 *& viandanti circa lo portare dell'ar-*
mi per tranſitum ſolamente, purche non
ſiano prohibite per li Regij Banni, e
contra l'Officiali di Baroni, che contro-
veneranno procederete à quanto ſarà di
giuſtitia, contra li Regij ne pigliarete
informatione, e ce l'inuiarete, per poſ-
ſere ordinare quello s'hauerà da eſſequi-
re, che tale è noſtra volontà. Datum
Neapoli die 29. menſis Octobris 1580.
D. Ioan de Zuniga. Vidit Salernita-
nus-Regens. Vidit Salazar Regens. Ba-
ptuſta Demuñatones. In Cur. Principa-
tus Citra, & Baſilicatæ. Quod con-
cordat Rouit. ad prag. 1. de armis
n. 8. vbi dicit quòd itinerãtes poſ-
ſunt arma deferre non prohibita,
10 etiã in ſuburbijs, ex Bertaz. conſ.
crim. 46. & in rubric. de armis,
idem Rouit. n. 9. dicit itinerantes
11 poſſe aſportare enſem, aut gladiũ
per loca periculoſa, vbi trãſeunt,
quẽ vide. [Verùm Paul. Merend.
conſ. 35. nu. 18. & 19. permittit
aſportationem armorum ad poſ-
ſeſsiones, & itinerando, nõ obſtã-
te quocumque banno vti iuri, &
rationi naturali contrarium;
concordat Nouar. de grauamini
vaſſal. tom. 1. grauam. 323. n. 7. Fa-
rinac. q. 108. n. 109. vide prag. 9.
de armis.]

DE BRACHII CONCESSIONE
Caput I.

ARGVMENTVM.

Brachium sæculare quando, & quomodo concedi debet Eccleſiaſtico.
Brachiũ Iudex ſuperior quando, & quomodo inferiori concedere debeat.

SVMMARIVM.

Melius eſt non incipere, quàm ab in-cepto deſiſtere, n. 1.

Iudex laicus denegans brachium Eccle-ſiaſtico ſine legitima cauſa, eſt excom-municatus, n. 2. vide n. 27.

Brachium Regium non datur per Tribu-nalia Regia Eccleſiaſtico, inconſulto Regni Prorege, num. 3.

Laicus fideiuſſor pro Clerico pœnes Eccle-ſiaſticum, per quem cognoſcatur, num 4. 5. 6. 7. & 8.

Clericus laici fideiuſſor coram quo cogno-ſcatur, num. 9.

Brachium Regium quando conceditur, ap-ponitur clauſula, dummodò exequatur per miniſtros laicos, num. 10. 11. & 12.

Laicus fideiuſſor laici coram Eccleſiaſtico, à quo cognoſcatur, n. 13. 14. 15.

Iudex Eccleſiaſticus pro brachij implora-tione

tione à Iudice laico an teneatur exhibere copiam actorum Iudici ſæculari, n. 16. vel Iudex laicus ſummatim de meritis cauſæ cognoſcere n. 17 18. & ſeq.

Miniſter Iuſtitiæ à laico Eccleſiaſtico concedi debet, n. 22. 23. 24. 25. & 26.

Iudex ſuperior quando Brachium ſuum teneatur concedere inferiori, num. 28. 29. 30. & 31.

Iudex laicus an teneatur concedere Brachium in reſcriptis, vel exequutorialibus ab Eccleſiaſtico expeditis contra laicos, num. 32. & 33.

NOn qui inceperit: ſed qui perſeuerauerit bonum opus incæptum, laudandus eſt. Nam melius eſt nõ incipere
1 quàm ab incepto deſiſtere, vulgatum eſt illud adagium. Vnde Poeta:

Non chi comincierà l'inclit'impreſe,
E poi ſtanco le laſcia, e l'abandona,
O che non può ſtar ſaldo alle conteſe
Di Fortuna, che ſp ſſo irata tuona;
Mà chi cõ voglie in chiara a gloria acceſe
Seguita ſin'al fin l'opera buona,
Haurà la Palma, e'l trionfale Alloro,
E incoronato fia d'altro, che d'oro.

Vndè ne videar laxus, opus incæptũ congruum viſum fuit proſequi, & de Brachio aliqua dicere, nẽpè de duplici diſcurrere intendo. Primò, de Regio in rebus Eccleſiaſticis, vel extra Regnum confectis implorando. Secundò, de Brachio Superiorum in negotijs ab inferioribus confectis in ferendo, & cõcedendo. De primo, & ſic de Brachio Regio, quò ad negotia Spiritualia, vel extra Regnum cõfecta, ſcribit Campagn. ad cap. Regn. Subditorũ, Afflict. in prælud. Conſtit. Regn. poſt Mundi machinam n. 43. Paris de ſyndic. §. Brachium, vbi habetur, quando Brachium Regium eſt Eccleſiaſtico concedendum, & è contra; nam de Iure Iudex laycus ſuum Brachium denegans Ec
2 cleſiaſtico ſine legitima cauſa, eſt excommunicatus, Archidiac. in cap. 1. de ſtat. Regul. in 6.

Hodiè verò per hoc noſtrum Tribunal non datur, inconſulto Re
3 gni Prorege, iuxta ordines per Collaterale datos.

De Brachio Regio latè ſcribit Hor- t nſ. Cacalcan. in tract. quam de Brach. Reg. appellamus, & per Capoblanc. de auct. Baron. to. 1. prag. 8. nu. 3. & ſeq. & iter. eod. tit tom. 2. cap. 49. n. 3. & 4. Vndè omiſſis diſputationibus, deueniendo ad practicam, quæro: Si laycus in Curia Eccleſiaſtica fideiuſſerit pro Clerico, an cogno
4 ſci poſſit per eundem Eccleſiaſticum, vel per ſæcularem? quæſtio fuit ſopita in facti contingentia, vigore prouiſionum à Regio Collaterali Conſilio relaxatarũ, quarum tenorem placuit hic inſerere. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Spectabili, & Mag. viri, &c. *Ci è ſtato preſentato memoriale del tenor ſequente v3. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Il Procurator Fiſcale della Corte Arciueſcouale di Sa-*

lerno

lerno ſa intendere à V. E. come ſtan-
do carcerato in le carceri di detta Corte
5 il Clerico Giulio d'Amato inquiſito de
inſulto cum armis commeſſo in perſona
dell'Arciprete di Caluanico, fù per det
ta Corte habilitato, e lo preggiò Barto-
lomeo d'Alfieri laico, & eſſendo ſtato
citato il detto Clerico à preſentarſe, &
il pregio, che l'haueſſe preſentato, non
comparendo altrimente, dalche ſeruatis
6 de iure ſeruandis furono condennati à
pagar la pena della pregiaria, e trattan
do adeſſo volere fare eſſigere dal detto
Bartolomeo, hà fatto inſtantia alla
Regia Audientia li dia il Braccio,
quale recuſa volerlo dare, dicendo, che ſi
camina per via ordinaria in detta Re-
gia Audienza, ilche è contra ogni ra-
gione, cum reuerentia, per tanto ſuppli-
ca V. E. ſi degni ordinarle, che voglia
darli detto Braccio, acciò poſſa eſſequi-
re contra detto Bartolomeo, & poiche
il detto Bartolomeo d'Alfieri hà preg-
giato il detto Clerico nella ſopradetta
Corte Arciueſcouale, deue coſtrengerſi
per la Corte predetta per la pena della
detta pregiaria; per tanto vi dicemo, &
ordinamo, che ad ogni inſtãza del Reu.
in Chriſto Padre Arciueſcouo di queſſa
Città, ſeù del ſuo Vicario li debbiate
preſtare il Braccio Regio, e preſtar-
li ogn'aiuto, e fauore cõtra il detto Bar
tolomeo per l'eſſecutione di detta pena
di pregiaria, ſincome da eſſo ſarà ricer-
cato, e così s'eſſequa, che tale è noſtra
volontà, & intentione; non fandoſe il
contrario per quanto ſi hà cara la gra-
tia, e ſeruitio della predetta Maeſtà;
la preſente reſti al preſentante. Datum
Neap. in Regio Palatio die 24. Menſis
Nouembris 1578. El Marques. Vidit
Reuerterius Regens. Vidit Salernita-
nus Regens. Vidit Salazar Regens Ba-
ſtida Demuñatones Secret. &c. Et eſ-
ſendoui ſtata preſentata la detta noſtra
prouiſione, hauemo hauuta relatione, che
inſino à queſt'hora hauete recuſato da-
re il Braccio al detto Reu. in Chriſto
Padre Arciueſcouo, ſeù al ſuo Vica-
rio contra il ſopradetto laico, conforme
7 al detto noſtro ordine, ilche ci hà dato
molta marauiglia, e ci marauigliamo di
voi, come nõ hauete eſſequito l'ordine no
ſtro preinſerto; per tãto vi ordinamo, e co
mandamo, che con effetto, e ſenza di-
latione, ne replica alcuna debbiate eſe-
quire iuxta ſui continentiam, & teno-
8 rem, non fando il contrario per quanto ſi
hà cara la gratia, e ſeruitio di Sua
Maeſtà; la preſente reſti al preſentan-
te. Datum Neapoli die vltimo Menſis
Decembris 1578 El Marques. vidit
Reuerterius Regens. vidit Salazar Re-
gens. vidit Salernitanus Regens Baſti-
da Damuñatones Secretarius. In par.
26. fol. 254 Allaudientia di principa-
to Citra. Et eſt contrà id, quod dicit
Ambroſin. in tract. de Immunit.
Eccleſ. cap. 120. n. 51.
Sed quæro, quid ſi clericus pro laico
fideiuſſerit coram Iudice ſæculari
9 de ſtando Iuri, & ſoluendo iudi-
catum, an poſſit cõueniri coram
Iudice fideiuſſionis, & ſic laico,
vel corã ſuo, & ſic Eccleſiaſtico?
Ambroſin cit. loc. n. 50. contra
Cyn. & Salicet. in l. final. C. de vſu.
reiudic. tenet per Eccleſiaſticum
cognoſcendum eſſe, non autem
coram laico conueniendum, tu
vide

Digitized by Google

vide Afflict. deciſ. 206. & ibi addentes, ad quem recurre, quia
conferunt ad prouiſiones a Regio Collaterali Conſilio relaxatas
infra ſequentes; Verùm quandò huiuſmodi Brachium cōceditur,
10 ſolet apponi clauſula (dūmodò
exequatur per Miniſtros laicos)
vt in prouiſionibus ſequentis tenoris, vz. D. Ferdinandus Conſaga,
Princeps Melficti, Comes Guaſtellæ,& Campibaſſi, Regius
Conſiliarius,& huius Regni Siciliæ Magnus Magiſt. Iuſtit. Reg.
M.C.V. Quibus vis Alguzerijs, & ſeruien.dictæ M.C. ac aliarũ quarum
vis curiarum ad infraſcripta inſolidum requirendis dicimus,
committimus, & Regia auctori-
11 tate mãdamus,quatenus receptis
præſentibus ad omnem inſtantiam, & requiſitionem ſupradicti
Reuerendi Fiſcalis, ſiue alterius eius parte infraſcriptas literas
exequutoriales expeditas per Curiam Archiepiſcopalem huius
fideliſſimæ Ciuitatis Neapolis cōtrà ſupradictos debitores pro
ſupradicta ſumma vigore fideiuſſionis contrà eos incuſatæ
exequi,& debitè exequutioni demãdetis iuxta ipſarum ſeriem,
continentiam,& tenorem contra ſupradictũ laicum, & ita, & taliter,
ꝙ ipſarum debitum ad vnguem ſortiantur effectum, dommodò
exequutio prædicta fiat per Mi-
12 niſtros laycos, ſeruata forma decreti interpoſiti,vt in faſciculo,&
pro alijs carolenis pro pręſentiũ expeditione,& Sigillo, ac pro
veſtro ſalario,dantes,&c.mãdãtes,
13 &c. Neapoli die 20. Decembris
1611. Don Polle. Catalanus. Iacobus Pintus. Pro Apicella
Actorum Magiſter, &c.

Sed ſi laycus debitor conuentus in Curia Eccleſiaſtica in fideiuſſorē
alium laycum dederit in caſu ſententiæ contra eum prolatæ, an
Iudex ſæcularis teneatur exequi ſententiam latam per Eccleſiaſticum
contra eundem laycum,& eius Brachium impartiri? Gram. in conſt.
Regni poſt Mundi machinam num. 20. quem ſequitur Thor. comp.
deciſ. tom.1. verb.
14 Brachium, concludit fuiſſe Brachium denegatum, ea ratione,
quia per debitorem conuentum fuit oppoſitũ de nullitate, & iniuſtitia
ipſius ſententiæ ſequitur Ca-
15 poblanc. de Baron. auctorit. to.1. prag. 8. par. 3. n. 6. & 12. qui
n. 7. ex ore Diaz. dicit Eccleſiaſticum teneri exibere copiam Acto
16 Iudici ſæculari, Maſull. verò ad deciſ. Capic. 132. nu. 1. & 2.
auctoritate Innocent. in cap. Paſtoralis de Offic. delegat. affert.
Iudicem ſæcularem ſummatim co-
17 gnoſcere de meritis ſententiæ, Grammatic. in conſil. ciuil. 109.
prohibet huiuſmodi Brachium concedi, niſi prius adhibita aliqua
cauſę cognitione, ad cognoſcendum ſi iuſtè, vel iniuſtè imploretur,
adeò, ꝙ omnes allegati DD. licèt per diuerſa tendunt, vt in
huiuſmodi Brachij conceſſio-

ne cognoſcatur de meritis cauſę, tu verò in hoc legas deciſionem per Regium Collaterale Conſilium in contingenti caſu interpoſitam in anno 1594. tempore Illuſtriſſimi Comitis Mirandæ huius Regni Viceregis, vt in par. 10. fol. 5. tenoris ſequentis Magnifici viri, &c. *Il mag. Auocato Fiſcale di queſſa R. A. ci hà ſcritto per vna ſua, che nella Corte Arciueſcouale di queſſa Città di Salerno è ſtata fatta preuentione de vno debitore laico a certe monache creditrici per vno inſtromento liquido, il quale debitore laico hà dato pregiaria d'vn'altro laico de preſentarſe a tempo di publicatione,*
18 *e de pagar lo debito, in caſu, che ſuccumba nella cauſa della preuentione, & che è ſucceſſo, che'l Giodice Eccleſiaſtico haue aſſoluto le Monache della preuentione fatta, & hà cōdēnato lo debitore, e preggio laici à pagare il debbito iſtromentale a dette Monache, ſalua la ragione della pena e che detta Corte Arciueſcouale haue ſpedito eſſecutorio contra detti laici per eſequire contra di loro, & che hà implorato lo Braccio da*
19 *da queſſa R. A. & che eſſo Auocato Fiſcale hà difficultato lo detto Braccio, parendoli che baſtaua al Giodice Eccleſiaſtico diffinire la cauſa della preuentione, & aſſoluere da quella le monache, & laſſar luoco, che le monache predette haueſſero liquidato l'inſtrumento*
20 *contra li laici nel foro ſeculare, & che per queſto hauete ſoperſeduto di dar'il detto Braccio, & deſiderando d'hauere ordine da noi, come vi hauete da gouernar'in queſto, vi dicemo, & ordinamo, che ſe le Monache predetto hanno reconuenuto il detto laico nella Corte Arciueſcouale, doue il laico predetto hà fatto la preuentione, & hauendo dato il laico predetto, come ſcriue detto Auo-*
21 *cato Fiſcale pregiaria in detta Corte Arciueſcouale di pagar il detto debito, in caſu che ſoccumba nella detta cauſa di preuentione, debbiate preſentare, e fare preſentare nella detta Corte Arciueſcouale il Braccio Regio, & ogni aiuto, e fauore per eſequutione del detto eſequutorio contra detto debitore laico, e ſuo pregio. Verùm per quello, che tocca alla pena di detto inſtromento contra lo detto debitore laico, toccante al Regio Fiſco, procederete in queſſa R. A. à quanto ſerà di giuſtitia ſoprr l'eſſatione d'eſſo, e così eſſequirete, &c.*

Et ſi contingerit per Eccleſiaſticum Iudicem laicum requiri, vt miniſtrum Iuſtitiæ pro Iuſtitiæ exequutione conſignet, an adhiben-
22 da veniat aliqua cognitio, prout in conceſſione Brachij pro exequutione ſentētiæ, vt ſupra diſputatum eſt? multi dicunt eadem requiſita eſſe adhibenda; cùm nō detur diſpar ratio; tu verò contrariū teneas, & miniſtrum Iuſtitiæ cōſignari debere per laicum Ec-
23 cleſiaſtico ex ordinibus Regij Collateralis Conſilij deſuper in ſimili caſu relaxatis, ſequentis tenoris. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici Viri. *Per parte del Reu. Vicario della Corte Arciueſcouale della Città di Salerno ci è ſtato eſpoſto, come nella ſua Corte ſi ritroua inquiſito, e carcerato Angelo Ruffo, e*

Camil-

Camillo Violante laico per cauſa di fal
ſità, quale per eſſecutione della giuſtitia
tiene biſogno del Miniſtro di queſt' Au-
dienZa, che per mancamento di detto
Miniſtro, non può eſſecutar la giuſti-
tia, come ſe conuiene, e deſiderando noi,
che le coſe toccanti alla giuriſditione
Eccleſiaſtica in l'adminiſtratione di
quelle ſi dia ogni aiuto, e fauore, vi di-
cemo, & ordinamo, che li debbiate da-
re ogni aiuto, e fauore, come da eſſi fare-
te ricercati, e così l'eſſequirete, che tal'è
noſtra volontà; la preſente reſti al pre-
ſentante. Datum Neapoli die 30.
Menſis Nouembris 1594. El Conde
de Miranda. Vidit Moles Regens.
Vidit Ribera Regens. Vidit Goroſtiola
Regens. Barrionouo Secr, In par. 103.
fol. 5. All'Audienza de Principato
Citra, e Baſilicata, &c.

Quòd cum annis præteritis Marcus
Antonius Genuenſis Epiſc. Mon-
tis Marani, nunc verò Iſerniç Epi-
24 ſcopus penes DD. Magnæ Curię
Vicariæ petijſſet Miniſtrum Iu-
ſtitiæ Maniuoltum, pro exe-
quutione ſententię latæ per Cu-
riam Archiepiſcopalem Neapo-
lis, vbi præerat contra Clericum,
fuit conceſſus. Hic verò nos ſer-
uamus, quòd quotieſcumque per
Curiam Eccleſiaſticam Beneuen-
25 ti, vel per eius Gubernatorẽ Prę-
ſidi mittuntur literæ pro Miniſtri
conceſſione, ſtatim conceditur;
hoc enim caſu non poteſt dari
controuerſia, ex eo, quia clarum
eſt illos Iudices exercere Mini-
ſtrum prędictum in eorum ſub-
26 ditos, & ſic extra Regnum exi-
ſtentes; tu verò circa materiam
quando Brachium Iudex ſæcula-
ris Eccleſiaſtico impartiri poſſit,
27 vel ne, vide Couarr. pract. quæſt.
cap. 35. n. 4. & ſeq. & D. Rouit.
prag. 7. de citat.

Deueniendum puto fore ad ſecun-
dum præmiſſum, nempè, quando
Iudex ſæcularis ſuperior in Re-
gno teneatur concedere Brachiũ
Iudici inferiori aliquid agere pe-
tenti, & quòd concedi nõ debeat,
niſi aliqua cognitione præceden-
28 te poſſet dici argumẽto eorum,
quæ dicit. Gram. conſ. 109. Ma-
ſull. ad Capic. deciſ. 132. & iterũ
deciſ. 149. n. 2. Marant. verò in
eius conſ. 29. dicit, quòd non de-
bet concedi, niſi conſtet de iu-
ſtitia petentis. Hodie verò hoc
Brachium nõ cõceditur in nego-
29 tijs ab inferiori Iudice factis per
Iudicem ſuperiorem, maximè ſi
mandatũ de capiendo cõtineat,
niſi trãſmiſſis actis, vt videri poſ-
ſit, ſi contumax fuit rectè citatus,
& petitio inferioris Iudicis iuri-
dicè procedat, iuxta dicta per Re-
gent. Tapp. in conſt. edictorũ n. 8.
tit. de citat. & apparit. fol. mihi 53.
quæ acta tranſmittuntur, non per
viã tranſmiſſionis ordinariæ, ſed
30 extraordinariæ, & ſic ad inſtru-
ctionẽ Iudicis. Et practica eſt, quã-
dò petitur Brachij imploratio, ex-
31 hibentur acta, vt ex oculorũ in-
ſpectione inſpiciatur, ſi ritè pro-
cedãt & brachiũ eſt cõcedendũ,
vel ne, & ita ſeruatur,

Iudex laicus an teneatur Brachium

Digitized by Google

ſuum impartiri in reſcriptis cita-
32 torijs, vel exequutorialibus expe
titis per Curiam Eccleſiaſticam
contra laycos? vide diſtinctioné,
quam facit Regens d'Apont. in
tract. de Iuriſd. cap. 15. tit. de
bigam n.30. & ſeq. fol. mihi 245.
à tergo, & ſeq. quem ad pennam
33 habeo, & ad materiam, vide Fa-
rinacc. de Reo confeſſ. & con-
uict. quęſt. 97. caſ. 4. n. 81. & ſeq.

DE CLERICIS, ET FAMILIA Clericorum Caput I.

ARGVMENTVM.

Quæ differentia ſit inter familiam, familiares, domeſticos, & comenſales. Familiares Clericorum quibus gaudeant.

SVMMARIVM.

Familia, Familiaris, Domeſticus, & Commenſalis, quis dicatur, n. 1.

Illorum appellatione, qui veniant, n. 2. 3. 4. & 11.

Familiaris quatruplici modo ſumitur in iure, n. 5.

Familiaris quatruplex eſt n. 6. 7. & 8.

Ordo familiaris triplex eſt, n. 10.

Domeſticus quis dicatur. n. 11. & 12.

Commenſalis quis dicatur, & quomodo ſumitur, n. 14 & 15.

Commenſalis nullus præſumitur, niſi probetur, n. 16.

Familiaritas an debeat eſſe magna, vel modica, n. 17. & 18.

Clericorum, & Epiſcoporum familiares in quibus differant, & in quibus gaudeant, n. 19. 20 & 21.

Quid in Ciuitate Neapolis, & an arma portare poſſint, n. 22. & 23.

Quid in Regno, n. 24. & 25.

Domus Clericorum an gaudeat immunitate, vt confugientes ad eam ſint tuti, n. 26. 27. 28. & 29.

PLuries interrogatus fui, an familia clericorum poſsit arma portare? & cùm interroganti reſpondiſſem, iuſta ab eo prępoſita, mihi reſcripſit, me poſuiſſe falcem in radice; vndè quæ tunc temporis dixi occaſione familiarium, & familiæ Clericorum, & Epiſcoporum placuit hic annotare, vt quãdo caſus occurrat, poſsim reminiſci, cùm noſtrum ſcire non ſit, ſed reminiſci, iuxtà illud Philoſophicum dictũ: Quare hic de pluribꝰ quæri poſsit Primò ad ternimorum intelligentiã, qui ſint familiares, vidẽdum erit. Secundò an familia Clericorum, & Epiſcoporum ad paria iudicetur, ita, vt ſi dicatur de vna, intelligatur de alia. Tertiò quid ſeruetur in Ciuitate Neapolis. Quartò. quid practicatur alijs in Regni partibus.

Et deueniendo ad primum, ſciendũ, quòd

quòd in iure habemus familiam,
1 familiares, domeſticos, & commenſales. Familiæ appellatione comprænhenduntur, tàm liberi,
2 quàm ſerui vtriuſque ſexus, & apud antiquiſsimos famelia dicebatur, tantùm à ſeruis ab Oſeæ dictione: famel, vel famul, & inua-
3 luit vſus, vt familiæ nomine comprænhenderétur liberi, & qui ſub vnius patris familias iure viuerét; fuit indè vox tranſlata, ad omnes eos, qui ſunt de eadem cognatione. Hodie verò ex iuris diſpoſitione veniunt familiæ appellatio-
4 ne vxores, Filij, liberi, & omnes habitantes in domo l. filiæ C. de collat. Campagn. ad cap. Regn.
5 Item quòd Iuſtitiarij & Iudices, n. 5. & 13. Viu. deciſ. 167. n. 5. Familiaris quatruplici modo in iure ſumitur, & ſic familiaritas quatruplex eſt. Prima eſt familiaritas
6 poteſtatiua, ſeù ſubiectiua, ſcilicet Patris in filium, & àb iſta incæpit prima Iuriſdictio mundi.
7 Secunda eſt Domini in ſeruum; nam olim licebat dominis occidere ſeruum, ꝙ hodie eſt reſtri-
8 ctum. Tertia eſt mariti in vxoré; nam vir habet quandam præeminentiam in ipſam in morū coertionem. Quarta eſt Domini in
9 ſeruitorem, quem vulgo appellamus familiarē, in quo Dominus, cùm familiaris talis ſit liber, parū
10 habet poteſtatis. Et familiaris ordinis pars triplex eſt. Prima imperat, vt maritus. Secunda paret, vt vxor. Tertia auxiliaris eſt, nempè
11 liberi ex illis nati. Tu verò dicas, ꝙ familiaris eſt ille, qui alicui inſeruit recipiendo mercedē diurnam, meſtruam, vel annuam Ca-
12 ball. caſ. 299. n. 6. Domeſticus eſt ille, qui pro maiori parte cohabitat cum altero, Bald. in l. 2. C. de teſtibus ſequitur Felin. in cap. inſi-
13 nuant. de Offic. delegat. Domeſtici etiam dicuntur illi, in quos Imperium cadit ratione patriæ, vel dominicæ poteſtatis, ex cap. in literis de Teſtib. Viu. deciſ. 349
14 in princip. Commenſalis duplici modo ſumitur, largè, & ſtrictè. largè dicit ille, qui expēſis alicui continuè viuit cap. final. de verbor. ſignificat. ibi tui clerici familiares exiſtunt, & in tuis expēſis cōtinuè domeſtici commenſales, ſequitur Aufrer. tit. de recuſat. limitat. Tertia ſpec. 9. & Caball. caſ. 299. n. 8. Strictè dicitur
15 ille commenſalis, qui ſemper comedit, vel paratus eſt comedere expenſis alterius, Creſcent. deciſ. 16. n. 2. de reſcript. & debet expreſsè probari, quē eſſe cōmenſalem; nullus enim cōmenſalis præ-
16 ſumitur, niſi probetur. Viu. deciſ. 116. n. 3. Familiaritas enim inter
17 alios familiares, & amicòs debet eſſe magna, Felin. in c. inſinuante
18 de Offic. deleg. n. 5. quia modica non ſufficit, Marant. tit. quandoquè appellatur, n. 28.
Secundò familiares clericorum, & & Epiſcòporum differunt quò ad
19 immunitaté, & priuilegium, illi enim clericorum gaudent priui-

legio fori, dũmodò ſint cum re-
20 quiſitis, de quibus per Capic. deciſ. 12. & per Viu. deciſ. 116. ſequitur Ambroſin. de Immunit.
21 Eccleſ. cap. 22. n. 13. tù vide Carauit. ad rit. 46. n. 27. Gramm. vot. 35. n. 2. Illi verò Epiſcoporum ſi gaudẽt, vel ne, vide Regent. d'A-
22 pont. in tract. de Iuriſdict. Eccleſ. tit. 3. de tertiar. fol. mihi 58. n. 4. qui dicit quòd ex conſuetudine in Regno non gaudent.

Quò ad tertium in Ciuitate Neapolis non gaudent, nec arma portare poſſunt, vt dixit Reg. d'Apont. cit. tract. cit. tit. & tit. ſeq. de famil. Epiſcop. quem ad pẽnam habeo
23 fol. mihi 60. qui dixit de iure procedere rationibus pereũ adductis, &c. vide Viu. deciſ. 26.

Quartò hoc procedit etiam in alijs Regni partibus, vt nuper extitit declaratum per Regium Collat. Conſil. in prouiſionibus relaxatis tempore Comitis Benauentanorum ſub die 30. Octobris 1608. Regiſtratis in Cur. 30. Calabriæ fol. 25. tenor quarum inter cætera hic ſequitur, v 3. *E circa li familiari,*
24 *ò famiglia, che il Veſcouo di S. Marco pretende, che debbiano andar'armati, vi ricordamo anco, che conforme all'antichiſſimo coſtume, & oſſeruãtia di queſto Regno li Prelati predetti non poſſano tener fameglia armata ſenza licẽza, & per ciò vi ricordamo anco, che non debbiate permettere, che li tẽghi, & ri-*
25 *trouandone, li farete leuar l'arme, che porterãno ſenza licẽza predetta, ammonendoli che nõ vi vadino più, perche ritrouãdoſi di nuouo, ſi procederà con eſſi con altra prouiſione, &c.*

An domus Clericorum gaudeat immunitate, ita, vt ad eam cõfu-
26 gientes ſint tuti? ſimiliter fuit ordinatum in prædictis prouiſionibus expeditis die 30. Octobris 1608. tempore Comitis Benauẽti. Regiſtratis in Cur. 30. Calabriæ 25. quarum tenor intercętera eſt v 3. *Et in quant'all'altro Capo, che auiſate delli Veſcoui di San Marco, e di detta Città di Caſſano, & Arciueſco-*
27 *uo di Roſſano, delli Cartoni tengono affiſſi nelle caſe de laici, doue ſono Clerici, acciò non vi entri gente di Corte à pigliare carcerati, e delinquenti, ſimilmente vi dicemo, & ordinamo, che non debbiate permettere, che vi ſiano detti cartoni, & già che le caſe di detti Preti, ne in queſto Regno, ne altroue godono tale eſemptione, quando occorrerà il ca-*
28 *ſo, debbiate farli carcerare da voſtri Miniſtri ſenza riſpetto alcuno, poiche è coſa chiara, che ne per legge Canonica, ne Ciuile poſſono detti Preti pretendere, & perſone Eccleſiaſtiche tal'Immunità, & eſemptione, ne per coſe ciuili, ne criminali, e de più vi dicemo, & ordinamo, che debbiate far leuar detti Cartoni dalle caſe de laici, doue ſaranno*
29 *affiſſi, e ſe vi ſi ritorneranno à ponere, carcerati tutti li laici, che conſentiranno, che ſiano affiſſi nelle loro caſe.* Quarum auctoritate ego ſic dicebam in cauſa Doctoris Iacobi Antonij Ricca de Sereno, & iterũ in cauſa Vrſini Paſcalis de Montella.

Caput

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Domeſtici an teneantur pro furto in Domo, vel Caupona cōmiſſo.

Caupones quando teneantur aduenas recipere.

SVMMARIVM.

Furtum commiſſum in caupona, ſiue hoſpitio an præſumatur contra domeſticos, & familiares, & poſſint torqueri, n. 1. 2. 3. 4. 7. 9. & 10.

Limita, niſi ſint bonæ conditionis, & famæ n. 5. 6. 9 & 10.

Diſrobatus debet eſſe bonæ conditionis, & famæ, n. 6. & 10. declara, n. 11.

Quomodo cognoſcatur eſſe bonæ, n. 12. 13. & 14.

Caupo an conſideretur conſcius furti commiſſi in caupona, n. 15 & 16.

Caupones tenentur, mediante mercede, omnes viatores recipere, n. 16. & 17.

Amplia etiam occiſores, n. 18.

An iudicetur culpa in hoc nu. 19. & 32.

Declara n. 20. 21. & 22.

Excuſatur n. 23. 24. 25. & 26.

Vocis inditium eſt multum fallax, & periculoſum de nocte, n. 26. 27. & 28.

Declara n. 29. 30. & 31.

Clericus litigans cum laico, allegans ſuſpectum Iudicem ſecularem, an teneatur facere depoſitum ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ, num. 33.

Clericus præueniens crediterem laicum in Curia ſeculari an caueat iuxta Regiam Pragmaticam, n. 34. 35. 36. 37.

Baldaxaris de Angelis laudes, n. 37.

Modus non conſideraretur, ſed effectus, & in quibus caſibus, num. 38. 39.

Laicus ſi præueniat Clericum, quod ius debet ſeruare Eccleſiaſticum, vel ſeculare, num. 40 & 41.

Sed poſtquam de familiaribus
materiam agreſſus ſū, congru-
um fore puto aliqua dicere de fa-
miliaribus, & domeſticis, in quo-
rum domibus furta, vel delicta
committuntur, & Primò, pone
quòd furtum ſit commiſſum in
1 domo, caupona, ſiue hoſpitio, &
neſciatur delinquēs, cùm præſu-
matur factum à domeſticis, & fa-
miliaribus, an poſſint iſti familia-
res, domeſtici, & in eodem loco
cōuerſantes torqueri, & an deſi-
2 derētur inditia ſufficientia? Bar-
tol. in l. vnica, §. ſerui, n. 5. ff. fur.
aduerſ. naut. quem ſequitur Par.
de Put. in tract. de ſyndic. in ver-
bo tortura il ſecondo cap. 3. An-
gel. de Malefic. in verb. fama pu-
blica n. 107. verſ. 21. quæro Maſ-
card. de probat. concluſ. 831. n. 15.
mouētes omnes, ex cap. ſæpè cō-
3 tingit, ſecunda, queſt. 4. tenent,
poſſe iſtos domeſticos, & fami-
liares pręſūptione Iuris torqueri,
etiam inditijs ſufficientibus non
extantibus, Farincc. verò tit. de
indit. & tortur. quæſt. 37. n. 160.
dicit opinionem DD. ſupra cita-
4 torum procedere, ſi caupones,
ſiuè locorum domini, in quibus
furta, vel delicta ſunt cōmiſſa, ſint
homines malę, conditionis, & fa-
mę, quia ſi bona cōditio, & fama
5 adſit, ceſſat pręſumptio, & proin-
de tenet ipſe inſpiciendam eſſe
bonā, vel malam famā hoſpitis,
6 vel Domini, necnon qualitatem
perſo-

perſonæ illius, qui dicit ſe diſrobatũ,an ſit pauper, vel diues, an ſit vir probus, vel ne, vt caupo-
7 nes, & Domorũ Domini, quæſtionibus,& tormentis ſubijciantur.Ripa verò in tract.de noctur. temp cap.81 recẽſendo opinionem Farinacc.diſtinguit, aut eſt oſtij fractura,aut non. Si primo
8 caſu,& eſt nocturno tẽpore, non poſſunt torqueri ſine inditijs;aut verò ſecundo caſu,non reperitur
9 oſtij fractura,indiſtinctè torquẽtur, etiam ſine inditijs, etiam ſi probatę vitę ſint,vt ibid.n.15.16. Nec admittit Rip. diſtinctionem Farinacc.citat.loc.quòd aut certũ eſt, hoſpitem, & eius familia-
10 res eſſe probos, & tunc ſine inditijs non torquentur, aut verò ſu-
11 mus in dubio, & tunc vtiuiles, rapaces,improbę vitę,cõditionis, & famę ſine inditijs quęſtionibus ſubijciendi veniunt.

Quomodò enim cognoſci poſſit, Caiponẽ, Stabularium, vel Do-
12 minum domus, in qua delictum eſt commiſſum, vel furtum, eſſe probũ, vel ne; dicas,quòd ex Iuris præſũptiòne, quæ cõtra ipſos
13 vrget,præſumitur,Bald.in l.1. C. loc. tamẽ ad oſtẽdendũ ſe bonũ, requiritur probatio, per quã ma-
14 la præſumptio excluditur l.1.C. de probat l.non eſt veriſimile ff. quòd metus cauſa, ſequitur Caball.caſ. 199 n.36.

Quomodò autem dignoſcatur Cauponem,Stabularium, aut Domũ
15 domus,vbi furtum, vel delictum patratum eſt cõſcium eſſe de delicto,ita vt de eo teneatur,cùm ex regula Iuris. Caupones, Stabularij,& Domus Dominus tenentur,
16 etiam inuiti Hoſpitem venientẽ recipere,vt dicit Morot. reſponſ. 73.n.5.qui tenet,tales ſigna Hoſpitij tenentes de neceſſitate ſui
17 Officij viatores recipere,mediãte mercede, ex Bart.in l. vnica §. ſerui,n.3.ff.furt. aduerſ. naut. &
18 eſt adeò verùm,quòd tenetur etiã occiſores recipere ex neceſsitate Officij, Rip. in tit. de requir. reis reſp.2.& reſp.162. n. 9. Dicas, ꝙ hoc indiſtinctè nõ debet intelligi; nam licet adducta vera ſint,
19 tamẽ quotieſcumq; coniecturatur,Cauponem, Stabularium, aut Dominum Domus eſſe in culpa, aut dolo, tenetur quòd cõiectura tur modis infraſcriptis.

Primò Quotieſcumque reciperet aduenas de nocte poſt ſonũ Cãpanæ,vel vltra ſolitum illius loci;
20 licèt enim teneatur hoſpites recipere ex neceſsitate ſui Officij tamen quando contra ſolitum
21 recipit, præſumitur participationecriminis potius recepiſſe, quã neceſsitate Officij. Quod limitatur non procedere, ſi nocte, in qua recipit, eſſet tàm tempeſto-
22 ſum tempus, ꝙ vlterius hoſpites non poſſent tranſire, quo caſu excuſatur.

Secundò quotieſcumq; ad locum accedentes Officiales eſſent, vel
23 Officiales ſe fingerent, hoc caſu recipiens excuſatur.

Tertiò

Tertiò, ſi aduenis adeſſet Officialis, tunc quia ceſſat ſuſpicio criminis,vel futuræ iniuriæ,tenetur in
24 quacumque vigilia noctis aperire,vt adducit Rip. de noct.temp. cap. 81. n. 32. & 33. qui teſtatur, Papię ſtatutum eſſe.Tabernarios teneri aperire oſtia ad tertiam vo
25 cem Officialis:ſed cõtra Ripam arguo ſic; verum eſt,ꝙ inditium vocis eſt multum fallax de nocte,
26 & periculoſum , & poteſt adeò imitari, ꝙ facillimè familiares, & domeſtici decipiuntur , vt dicit Clar. quæſt. 21. verſ. ſed quid , ſi teſtis,& teſtes deponẽtes de actu nocturno, nõ probant Clar. ibid. Viu. deciſ. 169. Arnon. dialog. 70. Guttier. conſ. 35. Ergò,cùm ad vocem Officialis poſſet decipi,non debet aperire.

Poſſet reſponderi concluſionem ſupra firmaram procedere ad pro-
27 bandum delictum de nocte; ita, vt ſi teſtis dicat,cognouiſſe Titiũ de nocte ad vocem , non probat, ea eſt ratio , quia inditium vocis
28 eſt multum fallax, ad excuſandũ verò Cauponem , Stabularium, Dominumq; domus , in qua delictum eſt commiſſum , ſufficit credulitas, eſſe Officialem , qui
29 de nocte accedit,vocem emittit, & ſibi aperiri iubet , quęlibet enim cauſa excuſat à dolo , vulgatis Iuribus.Vndè concludo cau
30 ponem aperientem de nocte officiali vocem emittenti,excuſari; non tenetur enim ſcire, ſi eſt Officialis,vel ne, cùm eum nõ opor
31 teat , ſufficit credere ad vocem, eſſe officialem , & hæc eſt ignorantia inuoluntaria , de qua per Coſtã in tract. de ſcient. & ignorãt.iuris,& facti,in ſpect.81.n.22.

Quandò autem caupo teneatur, & multa alia plura ad materiam, vi-
32 de Caball. cent. 1. reſolut. crimin. caſ.70.per tot.

Sed ſi Clericus cum layco litem habet in Curia ſæculari,ſi allegaue-
33 rit Iudicem ſuſpectum,an teneatur facere depoſitum,ſeruata forma Reg. Pragmaticæ, vide Camill. de Larath. conſ. 69. quem adducit Baldax. de Angel. ad deciſ. Gizzarell. 66.

Moueo tibi quæſtionem,materiam progrediendo ab omnibus tactã, & à nemine deciſam.Si Clericus
34 pręueniat eius creditorem laycũ in Curia ſæculari,an teneatur parere Regiæ Pragm.de præuentione moderanda,& perconſequens cautionem præſtare pœnes eundem Iudicem ſęcularem? reſolutio dependeret ab alia , an Cleri-
35 cus ligetur ſtatutis laycorum, de quo,cùm caſus noſter non ſit,remitto te ad Molfeſ.oculatiſſimũ, & eruditiſſimum,qui omnia cum diſtinctione adducit in commẽt. ad Conſuet. Neap. par. 2. tit.de perſonis quæſt. 7. & iterum in additionibus tom. 2. ad eandem quæſt. 7. & melius in conſ. 27.
36 in quo ſumma cum doctrina reſpondit illum increpanti, & facit deciſ. Ricc. 165. par. 1. Staiban. conſ. 141. Sed in caſu noſtro

quæſtio

quæſtio fuit poſita per Minad. deciſ. 4. quem ſequitur nedùm D. Rouit. ad prag. 1. de præuent. moderan. n. 3. & Nouar. collect. 193. n. 4. ſuper dicta prag. 1. de præuent. Verum etiam Flamin. Monac. ad cit. deciſ. 4. Minad. &
37 Baldax. de Angel. ingenioſus vir, qui plures Prouincias regit magna cum laude ad addit. doctiſſimas, quas facit ad deciſ. Cõſiliar. Gizzarell. deciſ. 69. n. 25. ſed omnes iſti Patres addentes referunt ſe ad citat. deciſ. Minad. 4. cuius caſus non fuit deciſus, ſed tãtùm ille Conſiliarius cõſiderabat cautionem eſſe prǽſtandam reſpectu debiti, & quòd reſpectu pœnæ fideiuſſio non prǽſtatur, ratio, quia ſtatutum pęnale Clericos non
38 comprǽhendit, & ſolutio pœnæ potius conditionem, quàm proceſſum amplectitur, quo caſu debet inſpici non modus, ſed effe-
39 ctus, & cum fideiuſſio concernit ordinem iudicij, debet Clericus illum obſeruare, Capic. deciſ. 66. n. 2. vide Viu. deciſ. 11. n. 21.

Et è contra, ſi laycus præueniat Clericum ea ratione, quia fideiuſſio
40 præparatoria iudiciorum reſpicit, ſeruatur id, ꝙ ſeruari ſolet in Curia Eccleſiaſtica, cum hac opinione tranſit Galter. in pract. inſtrum. tit. fuerit ab eo præuentus num. 19. vide Capoblanc. pragmatic. 8. par. 3. num. 161. tom. 1.

DE CLERICIS CONIVGATIS
Caput vnicum.

NOn ſummatur, ex quo breue; nempè, Clerici coniugati, qui dicantur, quæ concurrere debent, vt tales ſint, quibus gaudeant, & an in ciuilibus poſſint per Iudicem ſæcularem cognoſci, & detineri, & poſſit contra eos exequi à n. 1. ad n. 16.

MVlta ſupra ad materiã Clericorũ dixi, opportunè deueniendũ fore de Clericis coniugatis tractare, & omiſſis ſubtiliſſimis diſputationibus, ſed in practica illis exiſtentibus amplexis, omiſſa diſputatione, an
1 Priuilegium Clericorum extendatur ad hos Clericos coniugatos, de quibus per tex. in l. omnes C. de Epiſc. & Cleric. Quæro, quæ requirantur, vt Clericus coniuga-
2 tus quis dicatur? Gramm. deciſ. 10. n. 2. dicit, quòd vnum requiritur, nempè tonſura, & veſtes clericales, ibi: & quòd tales Clerici non
3 gaudeant, niſi tonſuram, & veſtes deferant clericales. Tu adde alia duo. Primum, quòd contraxerint cum vnica, & Virgine; vnicam enim, & Virginem ducere tenẽ-
4 tur.

4 tur. Secundum, quòd ſeruiant in Diuinis, vt habetur per Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 23.
5 cap. 6. de reformat. ſol. mihi 204. & Bulla Bonifacij Papę IX. incipient. Clerici, qui cum vnicis, ſequitur Rouit. ad prag. de Clericis, ſeu Diacon. n. 2. & ſeq. & Ambroſin. de Immunit. Eccleſiaſtic. cap. 122. n. 9.

Vlterius, quibus gaudeant, dic duobus. Primò quò ad forum, nempè,
6 vt pro cauſis criminalibus, non ab alio cognoſcatur, niſi ab Eccleſiaſtico; Secundò quò ad Canonem, nempè, vt ille, qui manus in eum iniecerit, incurat Canon.
7 Siquis ſuadente diabolo 17. q. 4. Carauit. rit. 66. n. 5. Cauenſ. ad rit. 234. n. 6. Campagn. in clement. de vit. & honeſt. Cleric. in gloſ. in verb. Priuilegio n. 181. colligũt omnes, ex c. 1. de Cleric. coniug. n. 1. Ricc. deciſ. 170. p. 3. [Vide ſolenne, nondùm viſum conſiliũ Angel de Alexnd. 30. tom. 2. inter conſilia criminal. diuerſor.]

Vlterius quero, an gaudeat in cauſis ciuilibus, & ſi non gauderet, an
8 poſſit p Iudicẽ ſæcularẽ detineri. Quò ad primũ, Lap. in alleg. 41. dicit, ꝙ in cauſis ciuilibus gaudet, Miror ego de Lap quomodo hoc aſſerat in alleg. 41. ſic indubitanter dum in alia alleg. 118. tenet contrarium, vt non gaudeat, dum in c. 1. de cler. coniug. & per Carau. cit. loc. & Couarr. pract. quęſt. cap. 31. n. 7. & Rouit ad prag. 1. de cler. & Diac. n. 2. non gaudent. Vnde conuento Marco Ant. de Felice clerico coniugato in Curia S. Gregorij à Maſſentio Scauetta, oppoſita declinatoria Fori ad Eccleſiaſt. per Clericũ coniugatũ, deniq; partibus auditis fuit remiſſus per curiam Eccleſiaſticã ad curiam ſæcularẽ, & ſic S. Giorgij ſic tenet Ambroſin. de Imm. Eccleſ. c. 122. n. 9.

Quò ad ſecundum; An poſſit per ſæcularem Iudicem detineri? Cam-
9 pagn. in Clement. de vit. & honeſt. clericor. in gloſ. in verb. priuilegio n. 289. tangit quæſtionẽ, dicens. quòd quãdo talis clericus eſſet obligatus, vel poſſet detineri, intelligendum eſt, quando
10 exercitium Iuriſdictionis Iudicis laici, reſpicit exequutionem, & diſtrictionem bonorum, dummodò ipſorum perſona non tangatur, nec in eum perſonaliter aduertatur, & rationem aſſignat, quia ratio, poſita in cap. 1. de cler. coniug. in 6 militat, & Priuilegiũ hoc eſt reſeruatum. Quare ſicut
11 per prius non poterat Iudex ſæcularis in clericos coniugatos animaduertere quò ad perſonam, abſque excommunicationis periculo, ita nec hodie, quia canonis priuilegium durat, & ſi Clericum coniugatum carceraret, vel aliquo modo in perſonam grauaret,
12 ret, in excommunicationem incurreret; Couarruu. pract. quæſt. cap. 31. n. 7. tenet contrarium, & dicit, ꝙ paſſim apud Hiſpanos clerici coniugati abſquè contro-

uerſia in cauſis ciuilibus à Iudicibus ſæcularibus capiuntur, & in Carcere detrudũtur. vt dicit Ambroſin. cap. 22. n.9. Capoblanc. tom.1.prag.8.par.3. n.50. [Contrariam ſententiam affert Diana reſol.moral.par.4. tom.1. de immunit. Eccleſ. reſol.78. fol. 24. col.2.] Tu verò ſcias, ꝙ differẽtia, ac difficultas eſt ſopita, & vtrumquè deciſum eſt, nempè, quòd non gaudeant, contra eos exequatur,& Iuris,& facti cogantur, & detineantur, non obſtante ꝙ clerici coniugati ſint, vt extitit nuper declaratum per Regiũ Collaterale Cõſiliũ vigore prouiſionum expeditarum tempore Comitis Benauentanorum, quarum tenor hic ſequitur, vz. Magnif. Vir. Regie fidelis dilecte. *A noi è ſtato preſentato il ſequẽte memoriale, vz. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Horatio Longobardo Reg. Secretario delle Prouintie di Principato Citra, e Baſilicata marito d'Antonia de Magris della Città di Montepeloſo, ſupplicando fa intendere à V. E. come eſſendo quella Città, e ſuoi Citadini, mediante Reg. aſſenſo, debitrice in ducati cinquemilia di capitale, e mila l'altri di terze. & volendo liquidare l'inſtrumento per tutta la ſumma, & hauenilo richieſto Notar' Aleſſandro Giglio Bianco, che veneſſe à liquidar detto Inſtrumento offerendo pagarli le giornate, che fù ſtipulato aſſolutamente per eſſo, quella Città per diſpiacere ad eſſo ſupplicante, & per darli lite, hà procurato, che detto Notare Alexandro s'ordinaſſe Clerico coniugato, come*
già il Veſcouo di quella Città, l'ha promoſſo à detto ordine, e ricuſa di non
volere venire ad accuſar detto inſtru-
14 *mento, dicendo, che non è più ſudito di*
Sua Maeſtà, mà del Veſcouo, e quel
ch'è peggio dopò, che il Veſcouo hà pro-
moſſo ſimilmente al Clericato coniuga-
to Gio. Marco Boffilo, che deue dare à
eſſo ſupplicante docati duemila di capi-
tale, e quattrocento docati di terze, e
ne tiene exequutorio ſpedito, che non hà
potuto mai eſſequirlo, per eſſerſe del cõ-
tinuo ritirato dentro al Monaſterio di
Santo Franceſco, & hauendono hauuto
ricorſo à Sua Santità, hà ordinato al
Veſcouo, che ſia cacciato con l'altri, e
15 *per non voler pagare s'è veſtito da Pre-*
te per cauſa del Clericato coniugato,
perciò ricorre à V. E. alla quale ſup-
plica ad ordinare quelle prouiſioni li pa-
reranno eſpedienti, acciò eſſo ſupplican-
te non perda quello, che deue, e l'altri
piglino l'isteſſa ſtrada, che oltre il giuſto
lo riputerà à gratia de V.E. vt Deus,
&c. Et inteſo il tenore del preinſerto
memoriale, ci è parſo farui la preſente,
per la quale vi dicemo, & ordinamo,
che à riſpetto del predetto Notaro Aleſ-
ſandro Giglio Bianco, che hà da liqui-
dare lo predetto Inſtrumento, debbiate
ad ogni requiſition della parte, non ob-
ſtante, che ſia Clerico coniugato coſtren-
gerlo Iuris, & facti remedijs oportunis
neceſſarijs, & etiam per capturam per-
ſonæ à venire in la voſtra Corte à liqui-
dare lo predetto inſtrumẽto & p quello
tocca al predetto Gio. Marco Boffilo,
16 *debbiate anco eſſequire cõtra d'eſſo l'eſ-*
ſequutorio predetto, che tiene il ſupplicã-
te pre-

te predetto, non obſtante, che ſia ancora Clerico coniugato, e così eſſequirete. & non altrimente, che tale è noſtra volontà, & intentione. Dat. Neap. die vltimo menſis Auguſti 1607. El Conde de Venauenta. Vidit Conſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit D. Berardinus à Barrionouo Regens. Vidit Valcarcel Regens. Salazar Secr. Locus ſigilli. In par. 97. fol. 119. Al Capitano di Monte Peloſo.

[Tu vide Nouar. quæſt. forenſ. q. 79. to. 1. & nouiſſimè Marcell. Vulp. in pract. For. Eccleſiaſt. cap. 48. per tot. vide Diana par. 4. reſol. moral. tract. 1. de Immunit. Eccleſ. reſolut. 78. vbi me allegat.]

DE CONCVBINIS, ET Concubinatu. Caput I.

ARGVMENTVM.

Concubinatu quomodo probetur.
An cognôſcat Iudex Eccleſiaſticus, vel ſæcularis.

SVMMARIVM.

Concubinatus prohibetur de Iure Diuino, & Canonico, n 1. 2. & 32.
Limita de Iure ciuili n. 3.
Meretrices an dicantur cauſa ſcandali euitandi, n 4. 6. 7. 8. 9. 10. 11. & 12.
Malum minus toleratur propter maius, num 5.
Ruſtici & ſimplices quomodò inducuntur ad peccandum n. 8.
Sodomiticum vitium quomodo committatur, n. 11.
Et an ad illud euitandum meretrices tolerantur, n. 12.
Concubinatus an delictum Eccleſiaſticum ſit, n. 13.
Iudex Eccleſiaſticus quò ad cenſuras procedit, n. 14. 21. & 22.
Laicus verò quò ad alia, nu. 15. 16. 17. 21. & 22.
Quæ requirantur, vt dicatur concubina, n. 18. & 19.
Cõcubina quicquid acquirit, de bonis amaſij acquieere præſumitur, n. 20.
Præuentio an habeat locum in delicto concubinatus, n. 23.
Quæ pœnę imponantur concubinarij, n 23.
Abſolutus ab Eccleſiaſtico, an pro crimine mixti fori poſſit à layco cognoſci, n. 24.
Legatum factum concubinæ propter ſeruitia debent probari, n. 25.
Vxor an ſuccedat viro ab inteſtato, n 26.
Vxor ſequitur furtum viri, n. 27.
Concubina ſuccedit amaſio ab inteſtato, num. 26.
Concubina nõ ſequitur forum amaſij, n. 27
Donatio facta inter virum, & vxorem non valet, n. 28.
Secus inter concubinarios n. 28. Dummodò ſit iurata, ibidem.
Concubinarius an poſſit occidere Clericum depræhenſum cum concubina in coitu, & an incidat in Canonem, ſi quis ſuadente diabolo, n. 29. 31. & 32.

Vxor eſt cum viro in potentia propinqua, concubina verò in præſentia, n. 30.

Iudicium ſit ſic de actu, ſicut de potentia propinqua n. 30.

Quæ differentia ſit inter concubinam, & vxorem, n. 31.

Concubina receptans bona furata per ſuum amaſium an puniatur n. 33. 34 & 35.

IN hac materia plura videnda ſunt. Primò an concubinatus ſit prohibitus, vel ne. Secundò cuius fori ſit. Tertiò, & per cõſequens per quem cognoſcatur, & alia ad materiam.

Quò ad primum, an prohibitus ſit, vel ne, diſtingue; aut lege diuina, & canonica, quæritur; aut verò ciuili. Si primo caſu diuina, non admittitur; diuino enim præcepto
1 prohibetur ex illo: Non mechaberis, de quo non me extendam lege canonica prohibetur, vt in cap. meretrices, & in cap. nemo 32. quæſt. 4. nam omnis coitus,
2 excepto vxorio, Iure Diuino fuit reprobatus omni tempore, de quo non me extendam, ſed ad Theologos, & Canoniſtas remitto. Lege verò ciuili, non improbatur, ſed permittitur l. in concubinatu, ff. de concubin. & hodie in foro ſæculari non punitur, quia
3 delictum non eſt, de Franch. deciſ. 240. n. 17. qui hanc partem fouent, ſubſtinere illam conantur, ea ratione, quia propter meretrices publicas euitantur maiora ſcandala, peiora mala, promiſcua
4 luxuria in Republica, & turpes coniũctiones, & rationem rationis afferunt, quia propter maius malum euitandum, toleratur mi-
5 nus, cap. duo mala, & cap. nerui §. final. 13. diſtinct. Et maiora mala eſſent, & maiora inconuenientia
6 ſequerentur, ſi meretrices nõ eſſent; nam duo alia peiora ſequerentur. Primum nempè vitium Sodomiticũ frequentaretur. Secundum honeſtæ mulieres ſoli-
7 citarentur; Ergo ad euitandum maiora, & peiora, debet tolerari hoc minus.

Nunquam hęc opinio mihi placuit, neq; hoc inconueniẽs per meas tranſiuit aures, nam ex hac tolerantia peiora prioribus naſcũtur, & in dies videntur ex infraſcriptis cauſis; Prima quia hac prompta, publica, & impuni occaſione pueri, qui peccare non inciperẽt, prius peccant, immò, & ſenes, & Iuuenes propter hanc frequentiam in dies in collapſum veniũt malo habitu fomite ſenſualitatis, qui non extinguitur, ſed maiori incendio accenditur. Et ex hoc reſultat ſecunda cauſa, quòd hic
8 malus habitus, hæcq; mala inclinatio refrænari non poteſt. Tertia, quia ruſtici, ſimplices, viles, & exteri, non ita frequenter peccarent, multories hac occaſione peccata committunt, quę alias nõ patraret. Quarta, quia ex hac fre-
9 quentia non imponitur finis carnalitatis, ita, vt fomitum meretricum terminaretur, Immò hi tales auda-

audaciores fiunt, & mulieres ho-
neſtas ad ſollicitandas aptiores
redduntur, quia quantò mulieres
honeſtiores, tantò iuuenes, &
huic malo habitui inclinati ma-
iori impetu, & naturæ vitij infe-
runtur, cùm Poeta ille dixit.

Natura inclina al mal, e viene à farſe
L'habito poi difficile à mutarſe.

Ex hoc infertur, quòd per hanc to-
lerantiam non reprimitur deſi-
derium, nec audacia mulieres ho
10 neſtas ſolicitandi. Næc, & ſecun-
da, quòd contra naturam vitium
frequẽtaretur. Si hoc enim eſſet,
ſtantibus meretricibus, huiuſmo
di ſodomiticum peccatum non
cõmitteretur, ſed in dies noſtris
temporibus videmus huiuſmodi
delicta committi, & tot inquiſi-
tos punitos. Ergo concludendum
venit, quòd hæc tolerantia merc-
11 tricum non eſt huius ſudomitici
criminis euitandi, & è contra ſi
ipſarum copia non eſſet, non an-
ſa tribueretur illud committẽdi,
vndè poſſet dici illud patrari, tum
propter diabolicam tẽtationem,
tum etiam propter hominum be
ſtialitatem; vndè reſideo in hac
opinione, illas tolerandas non
eſſe, ex enim Apoſtoli dicto ha-
betur, quòd propter hoc delictũ
continuò adeſt Bellum, raròque
victoria.

Quò ad ſecundum, an hoc delictum
ſit merè Eccleſiaſticum, vide Fe-
13 lin. in cap. Eccleſiæ Sanctæ Ma-
riæ col. 50. verſ. 17. de conſti-
tut. quem non allegat Clar. q. 37.
verſ. quæro etiam, vbi diſputat
cuius fori ſit, & ſubſtinet Iudicẽ
ſæcularem procedere poſſe, ho-
die verò in Regno Eccleſiaſticus
procedit quo ad Cenſuras, laycus
verò Iudex, quò ad alia, vt fuit per
14 Regium Collaterale Conſilium
declaratum, & ordinatũ, v 3. Mag.
viri, &c. *Hauemo riceuuto lettera del magnifico Auuocato Fiſcale di queſ-ſa Regia Audienza con lettere ſcrit-teli dal Capitano di Laurino, & copia dell'editto fatto per il Reueren-do Vicario Apoſtolico di detta Cit-tà, il quale pretende per detto Capita-nio ſe li preſti il Braccio ſopra la carce-ratione di alcuni, che pretende, che ſiano*
15 *concubinarij, & pretende procedere al-la pena contro di quelli, & non preſtan-doli lo detto Braccio, declararlo per ſcommunicato. dandoci del tutto auiſo, accio per noi ſi fuſſe prouiſto, & ordina-to quello intorno à ciò ſi haueſſe douuto eſſequire, per il che ci è parſo faruì la preſente, per la quale vi dicemo, che ſi è fatto bene a non darſeli il debito Brac-cio sẽza ordine noſtro, perche quello, che in ſimili caſi deue oſſeruarſi è, che'l Gio dice laico per ordine noſtro faccia mãda to à detti Cõcubinarij, e loro Concubine, che debbiano sfrattare dalle Terre, do-ue ſtãno, per ordine eſpreſſo, etiam pena-le, che li concubinarij publici vadino à ſtare in vna Terra, e le loro cõcubine in vn'altra, acciò ſe l'impediſca, e leui in tutto l'occaſione di poternoſi tornare à giontare, e continuare la loro mala vita,*
16 *e così voi potrete eſſequire contra tutti quelli, che vi coſterà, che ſtanno in publi-co concubinato, informandone, & aui-*

ſando-

ſandon'à noi, perche vi daremo detto ordine, come in ſimili caſi ſempre s'è oſſeruato, non permettendo, che lo detto Reuerendo Vicario proceda à carcerare delli detti concubinarij, poiche non deue far'altro, che declararli ſcommu-
17 *nicati, quando ſaranno publici, e notorij concubinarij, dandoci auiſo di quanto occorrerà, & eſſequirete intorno al detto particolare di paſſo in paſſo, acciò da noi ſi poſſa ordinare il de più ſe conuiene, e così è noſtra volontà. Dat. Neap. die 9. menſis Iunij 1589. El Conde de Miranda. In Cur.: Capitanate fol 77.*

Et iterum in occurrenti caſu fuit idẽ ordinatum, v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Illuſtris, & Magnifici viri, &c. *Hauemo riceuuto la voſtra delli 4. di Marzo proſſimo paſſato, per la quale ci date auiſo, che per ordine del Reu. Padre in Chriſto Arciueſcouo di queſſa Città di notte era ſtato portato carcerato nelle Carceri del Giuſtintiero Franceſco Scarua per cauſa, che ſtaua in letto con la moglie, e concubina, & che peruenuto à notitia di queſſo Tribunale, fù dato ordine al Giuſtintiero predetto, che in voſtro nome lo doueſſe cautamente detenere, & ragionatone con detta Reu. in Chriſto Padre Arciueſcouo, ve hà riſpoſto, che la cognitione di detto carcerato ſpetta à lui, per tratarſe de publico concubinatu, con tutto, che ſe li fuſſe notificata l'hortatoria ſopra di ciò ſpedita il meſe paſſato intorno à ſimile materia, & eſſendoſi anco viſte l'hortatorie predette, delle quali il detto Reu. in Chriſto Padre Arciueſcouo ne hà inuiata copia, oltra di quella inuiataci per voi con la detta voſtra, ci ſemo moſſi di nuouo ſcriuerli altra hortatoria, del modo, che vederete per eſſa, che con queſta vi s'inuia aperta: & in riſpoſta di detta voſtra, vi dicemo, & ordinamo, che ci la debbiate fare preſentare, e teneteci auiſati di come l'eſſequirà, & contra il detto Franceſco facendolo cõſignare dal detto Giuſtintiero, al quale l'hauemo ordinato, & l'ordine detto con queſto vi s'inuia, & ridotto che ſarà nelle carceri di queſſa Regia Audienza, procederete contro d'eſſo per la cauſa ſopradetta à quello, che ſarà di giuſtitia, che tale è noſtra volontà. Dat. Neap. die 14. Maij 1603. El Conde de Venauente. In extraord. 2. fol. 15.*

Cum quibus concordat Arnon. ſing. 67. tu verò vide ad ſaturitatem Ricc. deciſ. 43. par. 4. vbi mouet quæſtionem, an Iudex Eccleſiaſticus poſſit alias pœnas vltrà in Sac. Cõc. ſtatutas, imponere pro quo etiã vide Nauarr. lib. 1. conſ. 8. de Offic. Iudic. ordinar.

Quæ autem deſiderantur, vt dicatur Concubina, dicas, quòd deſidera-
18 tur, vt conſtet quem habuiſſe acceſſum, & quotidianam conuerſationem cum muliere, vel quòd domi illam retineat, vti talem vicinis ſcientibus, & videntibus, & ex affectu, qui præſumitur ex eo, qui ſecum habitat, vel etiam, ꝙ extra domum habeat, ſed in domo conſanguinei, vel alibi illam retineat, & cum ea habeat aſſiduã conuerſationem, dummodò dif-
19 famatus de hoc ſit, Ricc. qui latè hanc materiam tractat deciſ. 76. par. 1.

Digitized by Google

par. 1. & iterum deciſ. 43. par. 4.
& ante eum dixerat Gram. vot. 4.
num. 6. & Vrſill. ad Afflict. deciſ.
392. n. 16. Maſcard. cõcluſ. 342.
quos Ricc. non citat, & huiuſmo
di concubina domi retenta quid-
quid acquirit, præſumitur acqui-
20 ſiuiſſe de bonis amaſij, Frãc. Cre-
menſ. ſing. 6. Petr. de Rauen. ſin
gular. 131.
Ergò quæſtio iſta ſopita redditur; eſt
tamen verum, quòd Iudex Ec-
cleſiaſticus poteſt procedere ad
21 excommunicationem Concubi
nariorum, ſi ter moniti non par-
uerint, vt dicit Guttier. canon.
quæſt lib. 2. cap. 7. n. 21. & ſeq.
Hodie verò ſeruatur id, ꝙ prouiſ-
ſum per Sac. Concil. Trid. in con-
formitatem dictorum, per Gut-
tier. ſeſſ. 24. cap. 8. de reform. con-
22 tra laicos cõcubinarios, & ſeſſ. 25
cap. 14. de reform. cõtra clericos
vt dicit Baiard. ad Clar. cit. loc. n.
13. & nouiſſimè vide Ricc. citat.
deciſionibus.
De pœnis ipſorum delinquentium,
vide Guttier. citat. cap. per totum;
23 Et dato ꝙ hoc delictum mixti
fori eſſet, an habeat locum præ-
uētio? vide Baiard. ad Clar. quæſt.
37. n. 2. & ſeq. vbi n. finali habes:
an abſolutus ab Eccleſiaſtico pro
24 crimine mixti fori poſſit a laico
iterum cognoſci, vel puniri. [Gut-
tier. de iurament. cõfirmator par.
1. cap. 6. n. 11. & remiſſiones ad
Sac. Concil. Trid. ſeſſ. 24. de re-
form. matrim. cap. 8.] & materiã
proſequendo ſciendum, ꝙ ſi le-
gatum eſt factum per Præsbyterũ
25 alicui concubinæ ex cauſa ſerui-
tiorum præſtitorum, ad conſe-
quẽdum legatum debent illa ſer-
uitia probari, & ad illa proportio-
nabiliter legatũ debetur, Afflict.
deciſ. 102. tu vide Theſaur. deciſ.
111. Ricc. deciſ. 73. n. 10. & 11.
par. 4. & nouiſſimè Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 31.
Tu ſcis, ꝙ de Iure communi vxor
ſucceeit viro ab inteſtato, ſcias,
quòd ſimiliter concubina ſucce-
26 dit amaſio ab inteſtato. Guid.
Pap. ſing. 77. & è contra cõcubi-
27 na non ſequitur forum concu-
binarij, ſicuti vxor ſequitur forũ
viri, Roman. ſing. 665. Ricc. de-
ciſ. 106. n. 4. par. 2. & è conuer-
28 ſo, ſi donatio inter virum, & vxo-
rem non valet, illa facta inter cõ-
cubinarios ſubſtinetur, dummo-
dò ſit iurata, Azor. in Summ. in-
tit. de donat. inter vir. & vxor.
Roland. conſ. 98. vol. 1. [Milites
autem grauis armaturæ non poſ-
ſunt donare Concubinis: in Mi-
litibus enim requiritur maior
caſtitas, vt non imbecilles, ſed
fortiores pro prælio euadant, & in
huiuſmodi donatione, quæ pro-
uenit ob turpem cauſam, Fiſcus
repetit, tanquam iuſtus ablator
lucri inique acquiſiti, Guttier. de
iurament. confirmat. par. 1. cap.
6. n. 3. & 4.]
Quæro vnum, quod in facto occur-
rit in perſonam quem honeſtatis
29 cauſa taceo, an concubinarius
poſsit occidere Clericnm depre-
henſum

henſum in adulterio cũ ſua concubina, & an incidat in Canonẽ, ſi quis ſuadente diabolo? quilibet diceret, prout vnus parum practicus dixit poſſe, & licere, dummodo in eius domo inueniat, exemplo mariti inuenientis Clericum com vxore coeuntem, & ipſum occidentis, & non incurrere in Canonem, ea ratione, quia ſicuti vxor eſt in potentia propinqua,
30 ita concubina in præſentia, & cũ ita iudicatur de potentia propinqua, ſicut de ipſo actu, ergo poteſt Concubinarium inuentum cum ſua Concubina in adulterio occidere. Ego autem contrarium
31 dicebam, nempè, licet multoties concubina nomine vxoris vocetur; tamen diſpar eſt ęqualitas, & impar dignitas, & in concubina non cõmittitur adulterium; concubinatus enim eſt legi diuinæ contrarium, & proindè huiuſmodi occidentem puniri poſſe; po-
32 ſteà vidi Ricc. in terminis decidentem deciſ. 147. par. 4.

Cuncta delicta furtorum in Regno prouenientia ab iſtis furbachiot-
33 tis procedunt, ex quo pauperes ſunt, concubinas retinent, in dies furantur, & res furatas ad domum concubinæ aſportant, vndè pluries fuit dubitatum, ſi concubina receptans bona per ſuum amaſiũ furata, puniatur? cuncti dicebant, puniendam eſſe; ego contrarium ſentiebam, & defendebam, & allegabam, Nouar. ad collect. pragmat. collect. 84. qui in terminis
35 decidit amaſiam fuiſſe liberatam, furem verò ſuſpenſum.

Pro coronide verò circa ęqualitatẽ Vxoris aſſertam, & Concubinæ recurre ad ridiculoſum dictum, Boccalin. in Raguagl. 70. par. 1. & ego dicam infra tit. de Adulterio cap. 1. n. 30.

DE CONTVMACE

Caput I.

ARGVMENTVM.

Contumax, an remittatur contumacia non purgata,
Quid ſoluitur pro contumaciæ pœna.

SVMMARIVM.

Contumax non remittitur, niſi purgata contumacia, n. 1. & 4.

Contumacia delictum eſt, n. 2.

Subditus nõ præiudicat Baroni, nec è contra, n. 3.

Contumaciæ purgatio quid operetur ad beneficium inquiſiti, n. 5.

Pro pœna contumaciæ quid ſoluitur, nu. 6. 7. 8. & 9.

Inquiſitus contumax remiſſus ad Baronẽ non ſoluit ipſi Baronem pœnam pro contumaciæ, ſed Superiori, à quo fuit remiſſus, n. 9. & 10.

Contu-

Contumax in duobus Tribunalibus vtrãque pœnam ſoluere tenetur, n. 10. & 11.
Annotatio bonorum contumacis in duobus Tribunalibus ad quẽ ſpectet n. 12. & 13
Contumacia an poſſit purgari per alium, n. 14. 15. 16. & 17.

VErùm quia poſt formatam inquiſitionem inquiſitus fit contumax, neceſſe eſt de contumace aliqua practicabilia, & notatu digna ſermonem
1 facere; vndè ſciẽdum, quòd quandò inquiſitus eſt contumax, non poteſt de remiſſione cauſæ tractari, niſi purgata contumacia, & licèt aliqui tuentes opinionẽ Carauit. Rit. 205. laborent ſuſtinere diſtinctionem, quòd aut remiſsio petitur per inquiſitum, & tunc purgare cõtumaciã tenetur, ea ra-
2 tione, quia cũ contumacia ſit omne delictũ ff. de re militar. per cõtumaciam amittat ſubditus omne priuilegium; aut verò Baro remiſsionem cauſæ petit, & tunc non eſt opus purgare contumaciam, nam omnis actus, qui fit
3 per ſubditum, non præiudicat Baroni, Franch. deciſ. 541. tamen hæc diſtinctio hodie in Regno eſt ſublata, & ſiuè ſubditus, ſiuè Baro remiſsionem cauſæ petat, contumacia purgari debet, ex prag. quam ipſe Carauit. ibid. ad-
4 ducit 6. §. 25. de Offic. Iuſtit. ſequitur Baiard. ad Clar. quæſt. 38. n. 91. Viu. deciſ. 37. n. 10. Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 2. n. 84. & ſeq. Petr. ad Gramm. deciſ. 26. n. 8. & nullus ab hoc diſcedit, & practica eſt in viridi obſeruantia; Et huiuſmodi purgatio cõtumaciæ ſponte facta, operatur, quòd non perdit beneficium dandi fideiuſsiores, nec remanet indiciũ
5 ſufficiens ad torturam contra eũ, Foller. in pract. crim. tit. bannientur, num. 54.

Sed quandò contumacia purgatur, quid ſoluere debet inquiſitus, [Mauſon. in tract. de contraban. q. 13. n. 18. refert. in illo Tribunali ſolui carolenos triginta duos.]
6 Carauit. in rit. 211. in principio, dicit teneri ad ſolutionem tarenorum ſexdecim pro iure ipſius contumaciæ, vt ab ea extrahatur, quem ſequitur Viu. deciſ. 273. n. 3. Reg. Tap. verò tantùm ad ducatum vnum dicit inquiſitum teneri, & ſic obſeruari in conſt. Clementiæ lib. 3. cõpilat. Iur. Regn. fol. 88. Nos verò hic ſeruamus, quod quantitas contumaciæ ſoluitur, ſecundum quantitatem delicti, & perſonarum, non vltra verò ſum-
7 ſam carolenorum triginta duorum, poſitam per Carauit. & vltra triginta duos non progreditur; recordor verò tempore, quo erat Auditor Antonius Gargano, qui pro purganda contumacia Ioan. Baptiſtæ Mirra Caſtri Gineſtræ iuſſit ſolui ducatos ſex, & audio in alijs Audientijs, vltra ſummam
8 per Carauit. taxatam exigi, malè hoc ſeruatur; nam licèt contumacia purgetur [habitu reſpectu ad

Digitized by Google

valorem tertiæ partis mobilium, Carauit. cit. loc.] tamen remanet firma, quò ad delictum, & pœnam cumulat. Alberic. in l. Senatus n. 5. ff. de accuſationibus, cũ contumacia delictum fictum dicatur, & proindè ſumma ducati vnius poſita per D. Tap. ſufficiẽs eſſet ad illud compenſandum, & ego pluries ſic obtinui, verùm quandò Iudex vellet rigorem ingredi, & tractaretur de graui delicto, vel de perſona diuiti, vel Fiſcus in neceſſitate eſſet, poſſet tolerari, vt maior quantitas carolenorum decem ſoluatur, dummodò triginta duorum non excedat, iuxta opinionem Carauit. quandò enim contumacia noceat, vide Viu. opin. 884. Maſull. ad Capic. deciſ. 141. n. 3. & eſt aduertendum, quòd ſi inquiſitus fuerit contumax reputatus per R. A. & indè eius cauſa fuerit remiſſa Ba-

9 roni, dum contumaciam in R.A. purgauit, & ſoluit, non tenetur vlterius aliquid Baroni ſoluere ea ratione; quia contemptus contumaciæ nõ erit ipſius Baronis, ſed

10 Fiſci, Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 1. nu. 208. qui licèt alleget Carauit. rit. 205. n. 10. tamen Carauit. loquitur in alio caſu, ſcilicet quandò eſſet inquiſitus contumax in duobus Tribunalibus,

11 prout multoties occurrit, quòd inquiſitus ſit à Curia Baronali pro ceſſatus de aliquo crimine, de quo per Audientiam fuit capta informatio, & ab vtroque contumax reputatus, in vtroque contumaciam purgare teneatur, & vtramque pœnam ſoluere, & per multas rationes, quas adducit. [Si pluries ſit contumax, vel in pluribus cauſis, omnes contumacias purgare tenetur, Maſull. ad Capic. deciſ. 139. n. 9. Mar. ad Gram. deciſ. 29. n. 12.] & n. 15. ad aliã

12 quæſtionem tranſit, ad quem enim ſpectet annotatio bonorũ mobilium poſt annum cõtumaciæ, & concludit illum potiorem eſſe, cui prius annus currit à die

13 annotationis factę bonorũ ipſius contumacis, ꝙ nota, quia in dies euenit, verùm quęri poteſt, cùm contumacia delictum dicatur, &

14 de criminali tractatur, an inquiſitus perſonaliter cõparere teneatur pro ea purganda, vel per aliũ peti poſsit, vt purgetur, & ab ea deleatur? Carauit. Rit. 211. in princip. affirmat poſſe aliũ mittere ad purgandum contumaciã, & faciendum ſe ab ea caſſari, ſed

15 abſq; doctrina, & ratione, tu verò ſcias, quòd hodie in Regno contumacia purgatur per quemcumq; amicum inquiſiti, etiã eo abſente, vt fuit reſolutum per Regium Collaterale Conſilium virtute prouiſionum ſequentis tenoris, v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Magnifici viri. *Ci hauete fatto intendere per la voſtra delli 2. del preſente, che molti contumaci ſogliono per terze perſone far'inſtanza à queſta R. A. che ſiano ammeſſi à compoſitione,*

16 *& che dopò fatta la compoſitione per intera*

interpoſta perſona detti contumaci non ſe curano comparire perſonalmente, e ſtare à raggione per loro delitti principali, ma perſeuerano alle medeſime loro contumacie, & che il magnifico Auocato Fiſcale hà fatto inſtanza che ſi prefigga, e ſtabiliſca termine à quelli contumaci, che ſono compoſti in loro abſentia per terze perſone, che non comparendo infra quel termine, la gratia della compoſitione ſi habbia per non fatta, & reſti ferma la loro contumacia, come noua, contumacia, etiam in quãto alla pena pecuniaria, ò delle terze parti delli mobili, e deſiderate da Noi ordine, come vi hauete da gouernare nel predetto, viriſpõdemo, che debbiate prefigere il termine de vinti dì pagar la compoſitione, e non pagandola fra detto tempo, & non comparendo fra lo medeſimo li detti contumaci à ſtare à giuſtitia, li reſti ferma la contumacia, etiam à riſpetto della pena pecuniaria, ò delle terze parti di mobili, per tanto così ſe potrà eſequire, che tale è noſtra volontà. Datum Neapoli Die 22. Octobri 1582. D. Gio: de Zuniga. Vidit Salernitanus Regens. Vidit Reuerterius Regens. Vidit Salazar Regens. Baſtida Demuñationes Secretarius. Regiſtrata in Curia Principatus Citra fol. 173.

Quæ inde fuerunt renouatæ tempore Ducis Oſſunenſiũ vigore prouiſionum idem mandantium ſequentis tenoris. Philippus Dei Gratia Rex, &c. Magnifici, circũſpectiq; viri, &c. *Semo informati, che tanto in queſſa R.A. come in l'altre del preſente Regno s'vſa ammetterſi li delinquenti à compoſitione delle contumacie, e delitti per terze perſone, ſenza pre-*
17 *figerſeli termine à comparere, e perche queſta è in pregiuditio del Regio Fiſco, volendo noi prouedere, come ſi conuiene in ciò, sì per indennità del detto Regio Fiſco, come anco per leuare alcuni reclamori, che di queſto ſe ne ſoleno hauere, ci hà parſo fare la preſente, per la quale volemo, & ordinamo, che di quà auanti quelle perſone, che per queſſa R. A. ſaranno compoſti de loro contumacie, e delitti, debbiano frà vinti giorni pagare tal compoſitione, aliàs non pagandola frà detto termine, ò non comparendo fra lo medeſimo tempo li detti delinquenti a ſtare a giuſtitia di loro delitti, non li vaglia la compoſitione, e li reſti ferma la contumacia, tanto a riſpetto di loro delitti, com'anco per la pena; pertanto vi ordinamo, che così debbiate oſſeruare, & eſſequire, che tale è noſtra intentione. Dat. Neapoli die 19. Octobris 1619 El Duque. Vidit Conſtatius Regens. Vidit Vrſinus Regens. Vidit Valenzuela Regens. Salazar Secretarius. In Cur. 1. Principatus Vltra fol. 63. Al l'Audientia di Pricipato Vltra.* [Iſtos duos ordines adducit Nouar. de grauam. vaſſ. tom. 2. grauam. 160. me citato.]

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Clericus contumax an pœnam contumaciæ ſoluere teneatur.

SVMMARIVM.

Clericus contumax non poteſt mulctari, num. 1.

Contra, n. 2. De veritate, n. 3. & 4.

Iudex ſæcularis nullam in Clerico habet

 Iuriſdi-

Iuriſdictionem, num. 5.
Contumacia dicitur delictum fictè, n. 6.
Fictio nō plus operatur quàm veritas, n. 7
Contumax non appellat, num. 8.
Quòd quomodo procedat, num. 9.
Contumax an declinet forum, n. 10. & 11
Contumax an opponat exceptionem litis pendentiæ, num. 12.

O Varò, an hoc procedat, ſi cōtumax fuerit clericus, ita vt ſi contumax reputetur, poſsit mul-
1 ctari, & pœnā contumaciæ ſoluere, Clar. pract. crim. quæſt. 36. verſ. eſt autem, tenet, ꝙ non poteſt mulctari ratione cōtumaciæ, nec pœnam ſoluere, ſed liberè remittēdus eſt, mouetur ex Guid. Pap. deciſ. 450. Gram. verò vot. 27. & Viu. deciſ. 138. n. 8. contrarium teſtantur, nempè, ꝙ Cle-
2 ricus contumax reputatus contumaciam purgando pœnam ſoluere cogitur ea ratione, quia tenetur comparere coram Iudice layco citante, Clericatum probare, & remiſsionem cauſæ ad ſuum Epiſcopū obtinere, & docto de Clericatu; mulcta reuocat, pœna reſtituitur eidē Clerico, à quo fuit exacta, reperitur deciſum per R. A. Salerni, virtute decreti, v3. Phi
3 lippus Dei gratia Rex, &c. *Mag. Maſtro di Camera di queſta R. A. nella cauſa vertente trà il Regio Fiſco, & il Veſcouo della Caua dimandando la remiſſione di Luca de Simone inquiſito di Scopettata tirata in perſona di Luca d'Orofino, nella qual cauſa è ſtato interpoſto decreto del tenor ſequente, v3.* In cauſa Regij Fiſci cū Luca de Simone inquiſiti de ictū Scopitti in perſonā Lucæ d'Orofino, prætendente remitti ad Reu. Epiſcopum Cauenſem, tamquā Clericus, vt in actis, ac reſtitutione carolenorum viginti ſolutorū Magiſtro Cameræ Regiæ Audiētiæ pro cōtumacia, die 26. Menſis Septembris 1603. Salerni, &c. Per R. A. in Banca, coram Illuſtriſſimo Præſide, viſis actis, audito Reg. Fiſco, & partibus, referēte ſubſcripto Auditore de Lega, cauſæ Cōmiſſario, fuit prouiſum, ꝙ præſens cauſa, vnà cum actis, remittatur, prout præſenti decreto remitti mandatur ad Curiam Epiſcopalem Cauenſem, & carolēni viginti ſoluti pro contumacia Magiſtro Cameræ Regiæ Audientię reſtituantur eidem, prout reſtitui mandatur, & expediantur prouiſiones in forma, hoc ſuum, &c. De Lega. Proſper Petra. Ana-
4 ya. *Per eſſequutione del quale decreto, vi dicemo, che debbiate ſubbito reſtituire al detto Luca de Simone li mentionati carlini vinti, conforme a detto decreto, perche con queſta poliſa de receptis ve ſe faranno buoni al dar de' voſtri conti Dat. Salerni die 27. menſis Septēbris 1603. Franceſco Carrafa Marcheſe de Binetto. De Lega. Proſper Petra Anaya. Vidit Fiſcus. Longobardus Secretarius.*

Et ratio eſt, quia Iudex ſęcularis nullam habet in Clericum Iuriſdi-
5 ctionem, quando verè delinquit, tantò magis in contumacia, quæ licèt delictum ſit; tamen non ve-

6 rè

6 rè delictum dicitur, ſed fictè, & non poteſt operari plus fictio, quàm veritas, vulgaris Iuribus, vt Clar. ibidem teſtatur, ſequitur Farinacc. tit. de inquiſit. quæſt. 8.
7 n. 17. & nouiſſimè Viu. deciſ. 138. n. 8. qui adducit deciſionē in terminis.

Et redeundo ad propoſitum noſtrū, poſtquam de contumace, & contumacia eſt diſcurſus, ſciendum,
8 ꝙ contumax non poteſt appellare, l. & poſt dictum §. final ff. de Iudic. Dec. conſ. 34. Sed an hoc
9 procedat in contumace vero, vel ficto, vide Capic. deciſ. 139. Nec poteſt declinatoria fori oppone-
10 re, Theſaur. deciſ. 265. n. 2. licet Afflict. deciſ. 133. ſuſtineat, quòd ſi habet Priuilegium declinandi, & ꝙ non poſſit renunciari
11 per contumaciam, non excluditur, tu vide de Franch. deciſ. 413. n. 1. & 2. & Capoblanc. prag. 8. par. 2. n. 82. & ſeq.

Nec poteſt opponere exceptionem litis pendētiæ per l. vbi ceptum ff. de Iudic. Marant. in pract. par. 6. membr. 2. n. 16. & 22. & iterum conſ. 22. de Franch. deciſ. 551. n. 7. [Contumax in cuius contumaciam proceditur, ſi mutatur Iudex, debet citari, de Frāch. deciſ. 457. Ricc. coll. 2051.]

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Contumax pauper an poſſit mulctari pro contumacia.

Pauper inquiſitus an debeat habere acta gratis.

SVMMARIVM.

Contumax pauper non mulctatur pro pœna contumaciæ n. 1.

Paupertas prodeſt n. 2.

Pauper ſi recuſat Iudicem, an teneatur facere depoſitum, n. 3.

Paupertas non eſt de genere malorum, n. 4.

Pauperum Religio eſt attendenda, n. 5.

Hominis fœlicitas eſt ſcire vti paupertate, num. 6.

Pauperi fiunt acta gratis, n. 7.

Quomodo hæc paupertas probetur, n. 8. 9.

Amplia, quòd debet habere Aduocatum, & Procuratorem gratis, n. 10.

Pauperi carcerato datur panis Curiæ, n. 11.

Et ſi fuerit liberatus an repetatur, n. 12.

Pauper quis dicatur, n. 13. 14. 15. 16. & 17.

Pauper non dicitur qui habet artem, n. 18.

Paupertas quomodo probetur, 19. 20. 21. & 22.

Paupertas in dubio præſumitur, cùm naturalis ſit, quam diuitiæ, quæ ſunt aduentitiæ, n. 22.

Paupertatem allegans, tenetur probare, num. 23.

ET ſi inquiſiti contumaces fuerint pauperes, & non habeant vndè contumaciam ſoluāt, quæ-
1 ritur de duobus, an mulctam ſoluere teneantur; ſecundò an acta quoque gratis illi habere debēt? quò ad primū [Sumitur ex l. fin. C. de mod. mulctand. vbi pœna, vel mulcta remictitur ex paupertate, vide Tiraquel. de pen. cauſ. 32. & tamen.] adſunt prouiſiones Collat. Conſ. deſuper expeditæ ſequentis tenoris, v3. Philippus Dei Gratia Rex, & Magnifici viri,

viri,&c. *Il Magnifico Gouernatore di*
queſſa Prouintia ci hà ſcritto,che occor=
re ſtarno preſi in queſſe carceri , poueri ,
che eßendo contumaci non ſe poſſono in=
tendere in loro cauſe principali , ſenza
hauerſe purgata la contumacia, e ſtan=
no in eſtrema neceſſità , e non ponno pa=
gare detta contumacia, vẽgono a morir
nelle Carceri,per non poſſerli queſſo Tri=
bunale far gratia della pena della pre=
detta contumacia,& hauẽdoci ſuppli=
cato d'oportuna prouiſione , vi dicemo ,
che quando ſi purga la contumacia per
li delinquenti,ſempre ſi purga con clau=
ſula : firma remanente quò ad delictũ
per queſto non è neceſſario d'intertenere
di procedere in le cauſe principali a
quello conuiene ſecondo la qualità delli
delitti,ſotto detto preteſto , non ſia pur=
gata la contumacia,per ciò coſsì vi or=
dinamo,che debbiate oſſeruare, e circa
lo purgare di dette contumacie queſſa
R.A. oßerui il ſolito, non intertenendo
però lo procedere,come s'è detto. Datum
Neapoli die 15. Decembris. El Mar=
ques. vidit Reuerterius Regens. vidit
Salazar Regens. vidit Salernitãnus
Regens. Villamor Proſecretarius. In
Cur. Principatus Vltra. [Sequitur
Nouar.me citato de grauam.vaſ-
ſallor. grauam. 144.n. 2. tom. 1.]
Et hoc eſt vnũ de priuilegijs, quo
pauper gaudet,& hic eſt vnus ca-
2 ſus in quo paupertas prodeſt ;
iuxta tex. in l.ſi quis ad declinan-
dum,§. ſint autem C. de Epiſcop.
& cleric. & adeò eſt verum, vt ſi
pauper Iudicem vti ſuſpectũ re-
3 cuſauerit,non teneatur facere de-
poſitum iuxta Regiæ prag. ea ra-
tione, quia prag. non habet locũ
vbi paupertas adeſt , Gizzarell.
deciſ. 84. [& ſi pauper dixerint
de nullitate,nõ tenetur facere de
poſitionũ,vt ex prouiſionibꝰ Re-
gij Collateralis, vt ſup.dixi de of-
ficial. in genere cao. 11. nu. 49.]
Paupertas enim non eſt de genere
4 malorum,ex tex. in cap. vnic. in
gloſ. verb. mendicantes, de reli-
gioſis domibus,& quando de pau
peribus diſceptatur,eſt potius re-
5 ligio ipſorum pauperum atten-
denda, quàm ipſa paupertas, cap.
vltimo 16. quæſt. 1. Immò dixit
Seneca in lib. de moribus,maxi-
6 mam eſſe fœlicitatem hominis
vti paupertate.

Quò ad ſecundum, ſciendum , q̃ ſi
Pauper eſt inquiſitus , & non va-
7 let ſe propter paupertatem defen
dere , debet Iudex prouidere, q̃
fiant defenſiones,& omnia acta
gratis, l. tam dementis C. de Epi-
ſcop. audient. in fin. & notat Fol
ler. pract. crimin. tit. recipiantur
defenſiones reorum n. 55. Afflict.
in conſt. Regni appellationum
tempora, quinto notab. verſ. rur-
ſus quęro,& iterum in conſt. lege
8 præſenti 7. notab. Sed virtus con
ſiſtit quomodo debet probari
hęc paupertas , ad hoc , vt impo-
natur decretum, quòd fiant acta
gratis, Burg. in tract. de mod. pro
ced. ex abrupt. quæſt. 21. n. 8. &
ſeq. mouet quæſtionem, & infert
9 poſſe fieri per teſtes informatiuo
modo abſque alia citatione,& ra
tionem aſsignat,quòd quando ali
quid

quid fieri permittitur ad inſtructionem Iudicis, non deſideratur partis citatio, licèt n. 10. affirmet in illo Regno de mandato Præſidentis debere fieri, parte citato; nos verò hic ſeruamus, quòd quotieſcumque inquiſitus aſſerat ſe pauperem, & ceſsionẽ ſuorum bonorum in ampla forma ad beneficium Actuarij, vel Regij Fiſci faciat abſque alia probatione, nec citatione, & ſine nulla exceptione, interponitur decretum, ꝙ detur panis Curiæ, & fiant omnia acta gratis, quod etiam admiſit Capoblanc. tom. 1. prag. 19. n. 15. Gizzarell. deciſ. 84. n. 3. qui ampliat pauperem nõ teneri ſoluere Aduocato, nec Procuratori
10 pro eius defenſione conſtituto, & ſi non habet, ei prouidetur, vigore cuius ceſsionis bonorum, Actuarius cogitur acta gratis facere, & ad bona ipſius pauperis recurrere, ſi adſunt; vide ſi conferunt dicta per Petr ad Grammat. deciſ. 85. n. 10.

Sciendum, quòd ſubuentio carcerato pauperi eſt introducta de Iure communi, vt per tex. in l. Iudices C. de Epiſcop. aud. ex quo pauperibus carceratis annona præſtabatur, vt per Decian tract. crimin. tom. 1. lib. 7. tit. de fraud. annon. n. 38. inde per Regiam prag. 3. de Offic. magiſt. Iuſtitiar. eſt taxata in vncijs viginti ſeptẽ panis pro qualibet die, & debet eſſe panis albus, vt gloſ. in dicta l. Iudices exponit in verb. libellis, quem panem fiſcalem appellat. Petr. Greg. Toloſan. ſynt. Iur. vniuerſ. lib. 36. cap. 30. nu. 15. Sed quæri poteſt, ſi carceratus pauper, cui propter eius paupertatem fuerit conceſſus panis Curiæ, inde liberatur, an teneatur
11 prætium panis recepti intus carceres ſoluere? occurrit in perſonam Franciſci Cuculo, aliàs cinquina Terræ Ieſualdi carcerati in hac R. A. qui pro toto tempore ſuæ carcerationis pane Curiæ fuit nutritus ad dictã rationem, indè me pro Domino Principe Venuſij cauſas agente, fuit ad carceres
12 Ieſualdi tranſmiſſus, & Fiſcus inſtetit pro reſtitutione prætij panis Curiæ ſibi præſtiti, vndè fuit dubitatum, ſi debebat illud reſtituere; dicebat Fiſcus, ꝙ ſi debitor, cui fuit, vel debitum remiſſum, vel dilatio data ad illud ſoluendũ ex cauſa paupertatis, indè ad pinguiorem fortunã peruenerit, vel Epiſcopus efficiatur, tenetur ad debita, ex Bald. conſ. 208. vol. 2. quẽ ſequitur Amend. ad Franch. deciſ. 179. n. 13. & proinde cùm carceratus hic fuerit liberatus, ad prætij panis Curiæ recepti reſtitutionem tenebatur, inferebat ad aliud ſimile, nam debitor cedens bonis, ſi ad pinguiorem fortunã deueniat, nõ liberatur, niſi ſoluat debita creditoribus,

Ego verò dicebã, non teneri ad huiuſmodi reſtitutionem; nã panis fuit conceſſus duabus de rationibus; prima, tamquam carceratus; ſecun-

ſecunda,quia pauper erat,& cùm vtraque ſit opera miſericordiæ, cenſetur datus cauſa pietatis,non autem intuitu, & contemplatione,vel animo,repetitionis, & cēſetur datus,ne in carceribus periret,ratio fuit potiſſima cauſa Iuriſconſulti in dicta prag. 3. vndè ſequitur,quòd quādò impenſa eſt facta cauſa pietatis,non poteſt repeti;non enim ſortiretur ipſa pietaſ ſuum effectum, quæ vti actus miſericordiæ, pius iudicatur, ex Beat.Thom ſecūda ſecūdæ quęſt. 1.cap. 1.artic. 1 prout in ſimili dicitur de paupere,vel infirmo, vel minore,nutrito in Hoſpitali,Collegio,ſiuè alio loco pio, ſi ad priſtinam ſalutem venerit, & bona poſſideat, non tenetur reſtituere expēſas ſibi erogatas in dicto loco pio,ſed liber dimittendus eſt, vt Deo benedicat,& diuitias ſua induſtria conquirat,ex Coler.qui nonnullos auctores adducit in tract.de alimentis lib. 3. cap. 5.n. 79. [Mur.tom.3. cap.Sicil. c. 25. n.30.dicit,q. huiuſmodi expenſæ repetuntur,libertatem enim vitæ tangunt,tu vide quæ dixi infrà in tit.de legat.pijs,cap. 3.n.fin.]

Vndè concludebam cogi non poſſe ad reſtitutionem prætij prædicti,& ſimili illato, de cedente bonis replicabam non obſtare,nam ceſſio hodie fit cum ignominia, & cedens ſubſtinet infamiæ ſpeciem,adeò, vt etiā,ſi ad pinguiorem fortunam venerit, ad debita non teneatur, & nuper concinnè reſoluit, Nouar. collect. 35. n. 2. 3. 4. & 8.

[Verùm, quia poſt hæc ſcripta, & poſt impreſſionem huius primi tomi ad meas peruenit manus Pater Antoninus Diana in noſtra ageſtate inſignis Theologus, & inter ſcribentes non ſecundum locum obtinens,qui par.4. reſol. moral. tractat.4. miſcell. reſolut. 78. cōtrariam ſententiam affert, nempè,vt cedens bonis ſi ad fortunam pinguiorem peruenit, teneatur creditoribus ſatisfare, ea ratione, quia pœna per actum ignominioſum non cenſetur expedita loco ſolutionis, ſed in punitionem culpæ in accipiendis alienis pecunijs mutuò.

Inſuper vidi P. D. Laurentium Curillo Theologum celebris nominis in Congregatione Mortis Virginis Ordinis Sancti Benedicti in additionibus,quas miro ordine facit ad Mancin. in prax. viſitandi infirmos tit.de reſtitut.prax. 6. dub. 29.fol. mihi 173. qui ſimiliter contrariam ſententiam ſubſtinet,nempè , vt deuento ad fortunam meliorem eo , qui ceſſionem bonorum fecerit,creditoribus teneatur, & ratio eſt, quia obligatio reſtitutionis, eſt de Iure naturali Diuino,cui Ius ciuile derogare non poteſt.

Et corroborando primeuam meam opinionem vltra rationes ſupra per me adductas hanc aliam affero, quod ille actus ceſſionis, qui ignominioſe,& vituperoſe fit ſe-

dendo

dendo ſupra lapidem iuxta Regiã prag. 3. de ceſſione bonor. dicitur lutio corporis,ſiue pœna corporalis,ex quo publica infamia,& nota inducitur, ſicut ex fuſtigatione, quæ cedit loco ſolutionis, Roman. ſingular. 24. Nouar. loco infra citando, & eſt talis effe-ctus,vt ſi fortuna cedẽti poſt ceſſionem facultates tribuat, non tenetur creditoribus, Guid. Papa deciſ. 343. Nouar. in rubr. de ceſſion. bonor. n. 8.Vrſill. ad Afflict. deciſ. 379. nu. 5. Tolet. in ſumma lib. 5. cap. 26. n.3.Sotus de Iuſtit. & Iure lib. 4. quæſt. 7. artic.4. in fin.

Nec eſt audiendus, Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 1.par. 2. n. 57. tom. 2. fol. mihi 28. aſſerens furem, qui neceſſitate cogente furtum commiſit, ſi ad meliorem deueniat ſtatum reſtituere tenetur, diuerſa enim ratio militat,& contrarium affert.Clar. §.furtum verſic.ſed vidi dubitari.

Et poſſem ad vtrãque contrarietatẽ reſponſum afferre eorum ſententiam procedere, ex Theologorũ ſententia in foro poli meam vero eſſe intelligendam in foro cõtentioſo,& ſic exteriori,vt in initio mei diſcurſus eſt videre.

Tamen,vt vtrique ſatisfaciam affirmo meam opinionem procedere etiam in foro poli, & ſic interiori probo,quia cedens bonis,licet teneatur dimittere bona omnia creditoribus, vt neque denarium ſibi relinquat, tamen poteſt aliqua occultare, & ſibi ad victum neceſſaria reſeruare, nè mendicare cogatur, refert idẽ Tolet. loc. cit. qui excuſat cedentem bonis in foro conſcientiæ,quem ſequitur Nauarr.de cauſis excuſant. n. 71. Io. Medina quæſt. 4. Sayr. lib. 10. tract. 5. cap. 7. nu. 1. & ſeq. Marcell Megal. promptuar. moral. verbo ceſſio bonorum n. 4. Paul. Layman. reſolut. moral. lib. 3. tract. 2. cap. 12. n. 5. verſ. alterum beneficium iuſta tamen qualitatem debitoris cedentis, Matthæus Brunus de ceſſion.bonor. qnæſt. 30. n. 3. & ſeq.

Vnde ſi permittitur ante actum vituperoſum ceſſionis ſibi aliqua reſeruare, etiam in conſcientia, quanto magis poſt ignominiam paſſam, ex ceſſione.

Lex enim ciuilis hoc induxit, & eſt admittendum, etiam in foro Animæ, vt declarat Couarruu. à P. Diana citatus lib. 2. variar. reſolut. cap. 1. n. 6. in illis verbis:Hoc equidem Priuilegium lege. humana, & iuſta ceſſioni bonorum conceſſum eſt, & ideò hæc humana conſtitutio admittenda erit in foro Animæ,hæc Couarru.

Concludo igitur cedentem bonis, etiam in foro Animæ excuſari, vt ſi ad ampliorem ſtatum fuerit deuentus, creditoribus non tenetur.

Nec audiendi ſunt illi, qui exemplificant in filio familias ſub paterna poteſtate exiſtente cum patre alienam pecunia mutuò recipien

Pp te in

te in foro conſcientiæ creditoribus ſatisfacere debet, ne videatur in alterius damnum, & ſic proximi præiudicium inferre melioremque conditionem ſuam facere, quamuis Iure Ciuili tueri poſſit beneficio Macedoniano, vt non teneatur.

Quia termini non ſunt pares inter cedentem bonis, & filium familias mutuò alienam ſubſtantiam ſuſcipientem, nam reſpectu filij familias nullum dedecus, nec malum eſt ſecutum: ſed tantum præſumptio fraudis, præſumitur enim voluiſſe fraudare creditorem ſuã pecuniam ſuſcipiendo, inde beneficio Macedoniani ſe tuendo, & in foro poli præſumptiones ceſſant, & præualet veritas, & proinde, quamuis filius familias Iure ciuili Macedoniano tutus eſſet, niſi in dolo verſatus eſſet, Giurba deciſ. 43. Nouar. in prag. 2. de ceſſion. bonor. nu. 3. tamen in foro Animæ creditoribus tenetur, pulcre docet Facchin. lib. 2. controuerſ. Iur. cap. 62. circa fin.

Secus verò procedit in cedente bonis, in quo eſt ſequutum illud malum, ex ignominia explicata in actu ceſſionis, ex qua cedens paſſus eſt vituperium, ex quo grauatur, meritò debet releuari, vt creditoribus etiam in conſcientia non teneatur, eo enim quod bonis ceſſit eſt effectus non ſoluendo, Orat. Barbat. in eleganti tractat. de aſſiſtent. gloſ. 10. n. 38.]

Et per hæc ſit reſponſum contrarium affirmantibus. Verùm ſi carceratus pauper haberet aliquem artem, ex qua intus carceres poſſet ſibi alimenta parare, non tenetur Fiſcus panem Curiæ concedere, quia habẽs artem, nõ dicitur pauper, vt declarat Nouar. quæſt. forenſ. quæſt. 9. tom. 1. vbi dicit, quid ſi carceratus alimenta habet ab aliqua cõfraternitate, vel ab alio alitur cauſa pietatis, & miſericordiæ, ſiuè elæemoſinis viuit, quem vide.

Et pro Coronide eſt aduertendum, quòd ſi carcererius expenſas erogauerit carcerato, & victum præſtiterit, ſi indè excarceratur, tempore excarcerationis, poteſt retinere carceratum, & excarcerationem impedire, donec expenſæ ſibi ſoluantur, Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 71. ad fin. dummodò pauper nõ ſit, vel illas erogauerit cauſa pietatis, vt ſupra dixi, &c.

Non incongruè quæritur, quis dicatur pauper, & ad terminorũ ſciẽ-
13 tiam diſtinguendũ eſt: quòd aut quæritur de nobili paupere: aut de plebeio paupere: ſi primo caſu nobilis pauper dicitur ille, etiam ſi habet quinque millia, Simon. de Petr. interpr. vltim. volunt. lib. 4. interpret. 12. n. 71. Immò Mõtanar. ad prag. 2. de adminiſtr.
14 Vniuerſit. n. 327. dicit, quòd etiã ſi nobilis habeat centũ aureos in burſa, dicitur pauper licèt enim ex illis viuere poſſet; tamen ſtatũ, & dignitatem ſuam ſeruare non poteſt;

poteſt;aut verò de plebeio paupere tractatur,& ſic ſecundo caſu,& dicendum eſt, quòd pauper dicitur ille, qui vendit vtenſilia domus proſoluendo debito, Ann. allegat.88. n.3. Gratian. verò deciſ.Marc. 34.n.15. teſtatur, quòd ille pauper eſt,qui quærendo ſibi
15 victum,& laboribus, & operibus ſuis,viuere nõ poteſt,ſed marant. conſ.6.n.45.dicit; quòd ille dici-
16 tur pauper, qui non habet quinquaginta in bonis. Quicquid tamen citati DD.dicãt, ſciendum, quòd totum id relinquitur arbitrio Iudicis, qui iuxtà perſonarũ qualitatem iudicet, quis eſt pau-
17 per,quis verò diues, Menoch.de arbitrar.Iud.caſ.65.n.7. Lazar. in practic.ſept.1.quæſt.11.n.9.Giurb. deciſ.18.n.5. & ex noſtris; Capoblanc.tom.2.cap. 66.n.9. Galter. in tract.de tutel.par.1.tit.& vel ſe excuſet, n. 5.& poſt iſtos omnes Nouar. collect. deciſ. 134. n. 1.

Vnum tamen dignum ſcias, quòd etiam ſi pauper ſit,& habet artem
18 non dicitur pauper,Nouar.queſt. forenſ.quæſt.9.n.8.ſupra citat. & Gizzarell. deciſ. 84. n. fin. & ibi Baldaſſ.de Angel.

Quomodò autem probetur paupertas ? ꝙ per famam publicam poſſit probari, & alijs modis poſitis
19 per Marant.conſ.6. n. 35. & ſeq. quamuis in actis nõ appareat, ſufficit quòd ſit notoria, Afflict. de-
20 ciſ.318.n.4.Gratian. diſcept. forenſ.lib.3. cap.552. n. 10. tenet, paupertatem in ſpecie probandam eſſe, Maſcard. verò concluſ. 1154.n.34.dicit,ꝙ melior modus
21 inter cæteros de iure ad probandam paupertatẽ eſt diſcuſsio bonorum;Nouar.autem collect.134. n.4.dicit,quòd probatur per duos teſtes veriſimiliter de ea informatos, & inſtructos, & iter. in tract.de elect.for.ſept.1.quæſt.17. n.10.& ſeq.nam potius præſumi-
22 tur paupertas in dubio quàm diuitię, cùm naturalis paupertas ſit, diuitiæ verò aduentitiæ, Ludouic. deciſ. lucenſ. 33. Nouar. cit. collect.n.2.& 3.& eam allegans, vel ſuper ea ſe fundans tenetur probare,Giurb. deciſ.18. n.4. & iter. deciſ.116.n.10.De Franch. deciſ. 565.n.7.Nouar. collect.134. n.3.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Pauper an connumeretur inter perſonas miſerabiles, & habeat electionem fori.

SVMMARIVM.

Pauper an habeat electionem fori, num. 1. & 2.

Paupertatem allegans pro declinatoria probare tenetur, num. 3. & 4.

An debeat probari, & quomodo, num. 5. 6. & 7.

Anacletus citus laudatur num. 8.

Pauper tenetur domum deſtructam vendere, num. 9.

Niſi vellet reædificare, num. 10.

Pauper ab Epiſcopo abſoluitur, ſi manus in Clericum iniecerit, num. 11.

Pauper debitor, an poſſit victum petere à creditore, num. 12.

Digitized by Google

NVnc opportunè quæritur, an pauper connumeretur inter perſonas miſerabiles, vtilitas eſt,
1 quòd ſi comprehenditur habet electionē fori, & trahit, Io. Franc. de Leonard. in practic. Offic. cap. 3. n. 46. [Et quod pauper iurando trahit, Creſcent. deciſ. Rot. rom. 16. Marcheſan. de commiſſ. tit. de commiſſ. auocat. cauſ. cap. 2. n. 9. fol. mihi 474.] Viu. deciſ. 222. n. 3. teſtantur Pauperem, vti miſera-
2 bilem iudicari, & proindè fuiſſe admiſſum ad fori electionem, & decreta, Viu. fuiſſe per M. C. & Sac. Conſ. cōfirmata, nulla habita diſtinctione, an pauper ſit ſua culpa lapſus, vel ne, & in paupertatem venerit, idē Viu. deciſ. 268. n. 8. ſequitur Amendol. ad Franc. deciſ. 294. n. 9. qui concludit, ꝙ adducta fide de paupertate, & iu-
3 rando per horreſcerė, trahit, & non trahitur, Carauit. verò ritu 233. n. 4. contrarium tenet, nem-
4 pè quòd pauper forū eligens tenetur docere ſe talem, qualem aſſerit, nec ſufficit qualitatem in libello narrare, aliàs ſuccumberet in electione, ſequitur Nouar. in tract. de elect. for. ſept. 1. quæſt. 34. tom. 1. & Ante eū Afflict. de-
5 ciſ. 377. n. 6. Vrſill. ibidem n. 1. & debet concludenter probari Gratian. deſceptat. forenſ. lib. 1. cap. 7. n. 9. ea ratione, quia de intereſſe
6 Baronis tractatur, abdicando ab eo Iuriſdictionē propter electionē factam, & proindè debet, audito Barone, probari, aliàs Baro nō priuatur, niſi fuerit in ſpecie,
7 & concludenter, & ipſo audito paupertas probata.

[Verùm, quia poſt ſcripta in præſenti primo tom. vidi doctiſſimum Nouar. tom. 2. de election. fori ſection. 1. quæſt. 9. vbi meā opinione adducit tam hoc in loco, quam in meo 2. tom. tit. de electiōn. fori cap. 7. nu. 48. & ſeq. verùm non agnoſcere practicabilem, & ſuā affert, daretur enim anſa procratinādi ſi de electio fori probanda veniret audito Barone poſſem tueri ex aductis per me tam hic, quam in tom. 2. cap. 7. de election. fori n. 48. & ſeq. vbi ab vnde dixi quare probatio paupertatis debet fieri audito Barone, vel eo cuius intereſt, tamen ad comprobationem meæ primeųę opinionis dico, ꝙ hæc qualitas diuitiarum, ſiuè paupertatis inter externas reputatur, poſſunt enim de facili mutari, aduenticię enim ſunt, & proindè cum fundamentum intentionis ſit debet in ſpecie probari, Surd. in tract. de alimen. tit. 1. quæſt. 24. n. 7. & iterum tit. 7. quæſt. 8. & 14. & nouiſſimè Pręſidens Galeot. controuerſ. Iur. lib. 1. controuerſ. 32. n. 24. & ſeq. qui affirmat nō ſufficere famam, quem eſſe pauperem, & diuitem, ſed exacte eſſe dignoſcendum, & plenam probationem requiri, vndè inhereo per me dictis, & iterum concludo paupertatem probari debere audito eo, de cuius intereſſe tractatur.

ctatur.] Et ſic pluries ego obtinui in cauſa Ducis Balneoli, pro quo cauſam agebam, cui fuerunt remiſſi duo de domo pſallante ex cauſa paupertatis nō probatæ, & iterum in cauſa Franciſci Fauale de Ieſualdo inquiſito de adulterio ad querelam pauperis eligentis forum, & fuit remiſſus ad Dominum Principem Venuſij vtilē Dominum Ieſualdi, me pro eo patrocinante, ex quo pauper paupertatem non probauit, & aliàs in cauſa Io. Gratij Lombardo, & Franciſci Fuſchetto Terræ Sancti Angeli Lombardorum inquiſitorum de ictu Scoppitti, & morte ſecuta in perſonam Antonij Cicchetto, & vulneribus in perſonam Ioan. Baptiſtæ Piſcita, ad quærelam Antonii Saggieſe, & Portiæ Cicchetto coniugum pauperū hinc R.A. in forū eligentiū vti miſerabilium, & cū iuramēto per hotreſcientiæ, quādo ego partes Dñi Ducis Nocceriç vtilis Dñi S.Angeli Lombardorum tuebar,
8 & fuit remiſſa die vltimo Martij 1626. Anacleto Cito Ciuitatis Summæ Commiſſario, tamen de Priuilegijs pauperum latè di-
9 xit Nouar. in tract. miſer. perſon. & licet ſi pauper multa priuilegia conſequatur ſi habet tamen domum deſtructam, cogitur illam vendere vicino ædificanti, ea ratione, ne ciuitas deformata remaneat, Ricc. deciſ. 138. verſ. 4. par. 1 quem ſequitur Nouar. quæſt. forenſ. quæſt. 34. n. 5. qui n. 6. limi-
10 tat, niſi vellet ille pauper reædificare; tamen ſi pauper violentas
11 manus in clericum iniecerit, poteſt ab Epiſco abſolui, Ricc. deciſ. 190. n. 13.

Et prò complemento materiæ pluries fuit dubitatum, an creditor
12 teneatur debitorem ad eius inſtantiam carceratum pauperem alere? vide Capoblanc. tom. 1. prag. 19 n. 15. & ſeq. & Nouar. quæſt. forenſ. quæſt. 9. per tot. [Galter. in pract. inſtr. tit. atque in hijs diſcutiantur, n. 30. fol. mihi 237. vbi dat practicam, & quæ quantitas in dies dari debet.]

DE DECIMIS
Caput I.
ARGVMENTVM.

Decimarum exactio ad quem Iudicem ſpectat, ſæculare, vel Eccleſiaſticū.

SVMMARIVM.

Decimæ, vt ſoluantur, an exactor teneatur Iudicem laycum adire, Iudicem Eccleſiaſticum inuocare debeat, à n. 1. ad 16.

Iudex laycus, an ſit Iudex competens in materia decimæ, n. 3.

Decima an debeatur pro rebus feudalibus num. 4.

num. 4. 5. 6. 11 & 12.

Eccleſiæ miniſtri pro decimarum ſolutione à Iudicibus laycis petere debent, n. 5.

Imperator, tamquam Deo ſubditus tenetur ſoluere decimas, vti obſeruator mãdatorum Dei, n. 13.

DEcimarum materia frequens, & quotidiana eſt, & per omnes DD. tractatur, & nollẽ ego ſuper ipſa manus im-
1 ponere, ſed quia in caſu occurrẽti fuit anſa mihi præſtita, de eis tractare, hic ſubijciam pauca practicabilia, & vtrum Epiſcopus requiſitus pro ſolutione decimarũ à ſuis Præsbiteris, ſeu ſubditis, vt Iuſtitiam ſibi ipſis miniſtret, erit
2 Iudex competens, an verò Præsbyteri Iudicem ſęcularem adire teneantur? Quæſtio iſta occurrit inter Epiſcopum Mõtis Marani, & D. Ioannem della Marra vtilẽ Dominum Caſtri Francorum, à quibus pro ea decidenda ipſe arbitrer fui electus. Prætendebat Epiſcopus decimas ab eodẽ pro quodam territorio, vbi dicitur Baiano, & ipſum eſſe Iudicem competentẽ in hac materia decimarum, & de ipſis cognoſcere. Replicabat D. Ioannes Iudicem ſæcularem eſſe competentem in cauſa decimarum, & ipſum ad illarum ſolutionem nõ teneri. Pro primo adducebat communem obſeruantiã ſemper Iudices laycos de materia decimali cogno-
3 uiſſe. Pro ſecundo non teneri ad decimarum ſolutionem, cùm territorium Baiani, pro quo decima petitur, eſt de menſa Baronis, & ſic feudale, & pro rebus feudali-
4 bus nõ debetur decima. Primum probabat ex conſt. Regn. quanto, & ibi per Afflict. n. 18. vbi di-
5 citur, quòd miniſtri Eccleſiæ petunt decimas à laycis quacumq; velint actione, ſiuè nomine Eccleſiæ, ſiuè actione perſonali, ſiuè cõſtit. cit. quãto, ſeù cõſtitutione, vel lege Diuina: ergò Eccleſiaſticus non eſt Iudex competens. Secundum probabat, quia de hoc territorio Baiani ſoluebat Regię Curiæ Adogam, & cùm ſit feuda-
6 le, decima non debetur, ne contingat grauari duplici ſolutionis onere, Adogæ, nẽpè, & decimarũ. Replicabat Epiſcopus, quò ad primam doctrinam Afflict. in citat. conſt. non ſic indiſtinctè intelligi, ſed diſtingui debere in duos
7 caſus. Primum, nempè, an quæſtio ſit! Num quis teneatur ſoluere decimas, vel ne. Secundus verò aut quæſtio eſt de iure decimãdi. Primo caſu, ſi altercatur,
8 an teneatur ad decimas, debet per Eccleſiaſticum cognoſci. Si ſecundo caſu, & ſic ſi altercatio eſt de iure decimandi, videlicet.
9 Si cogitur ad ſolutionem decimarum, vt compulſio requiratur, cũm in facto conſiſtat, ad Iudicẽ ſęcularem ſpectat, & allegabat Nigr. ad capit. Regn. volumus n. fin. At in caſu noſtro erat quæſtio, ſi decimæ debebantur, cùm

ex

ex aduerſo apponebatur, non de-
10 beri, ex eo, quia feudale territo-
riũ erat. Ergo ad illum ſpectabat.
Quò ad ſecundum dicebat in iure
clarũ eſſe, etiam de rebus feudali-
11 bus ſolui decimas, & adducebat
Nigr. citat cap. volumus n.4. & ex
eod. Afflict. cit conſt. Quanto, in
principio, quibus cauetur, Deci-
12 mas ſolui etiã de rebus feudali-
bus, corroborabat etiã ex aucto-
ritate Campagn. in cap. Regn. &
quia nuper n.7. qui n.9. casũ in Ci-
uitate Cãpaneę adducit, & in fa-
uorẽ Eccleſię per Regiam Came-
ram Summarię fuiſſe prouisũ, &
ſubdebat ex eod. Campagn. citat.
loco, ꝙ etiam Imperator non ſo-
13 lum tamquam Deo ſubditus te-
netur ſoluere decimas miniſtris
Dei, nec prodeſſe aſſerebat, quòd
de eo ſoluit Adogham Regiæ Cu
riæ; nam nõ implicat, iuxtà illud:
Quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ
ſunt Dei Deo. Ergò.

Quare videns ego, vti communiter
electus perfidiã potius intẽtatam,
quam Iuſtitiæ proſequutionem,
volui ipſos concordare, & de per-
14 ſona iui ad Terram Caſtri Fran-
corum, in qua Epiſcopus, in mu-
nere viſitationis reſidebat, & prę-
cedente tractatu eos ad quietem
reduxi, & non aliter de Iure cauſ-
ſam terminaui.

Tu verò ſcias ad materiam, ꝙ circa
cognitionem ſolutionis decima-
rum, & ſi ad ſæcularem Iudicem
ſpectet, adſunt literæ fęlic. me-
mor. Philippi Secundi Regis Hi-
ſpaniarũ, quarum tenorẽ placuit
hic inſerere ad futuram ſciẽtiam.

*El Rey. Elluſt. Conde primo noſtro Viſo-
rey, Lugarteniente y Capitan General.
He ſido informado, que hauiendoſe tra-
tado pleyto los años paſſados en el Tri-
bunal de la Regia Camera de la Sum-*
15 *maria ſobre las decimas, que el Arci-
preyte de la Tierra San Marco de Ca-
uoti de la Prouincia de Principado Vl-
tra pretendia pertenezerle en ella ſe de-
terminò por ſentençia lo que ſe deuia
hazer, y que no obſtante eſto, y que por
diſpoſicion de derecho eſtà declarado,
que en eſſe Reyno, y en toda Italia ſe
paguen conforme à la coſtumbre de los
lugares, el Arçobiſpo de Benauente por
lo que toca à la quarta Canonica acudio
à Roma pretendiendo, que las cauſas
decimales fueſſen meras eſpirituales, y
que los Iuezes legos no deuian conocer
dellas, y cometida eſta por Papa Siſto
Quinto al Auditor de la Camera Apo-
ſtolica ſin oyr à los de la dicha Tierra
de San Marcos, ni à Don Marcelo
Cauanilla Señor della, los condenò en
contumaçia, y al Don Marcelo, a que
deſiſtieſſe de la cobranza de ſus rentas
feudales, y que por nò hauer querido
conceder al Arçobiſpo el exequatur,
que por ſu parte ſe deſpidio deſta ſenten-
çia, fueran condenados per deſcomulga-
dos el dicho D. Marcelo, y los hombres
de la dicha Tierra, ſin hauer podido al-
zar abſoluçion aunque por vueſtra par-
te ſe hà procurado, y hecho la diligençia
ſobre ello, y porque eſtando mis Tribu-
nales de tiempo mas que immemorabile
en poſſeſſion del conocimiento d'eſtas
cauſas, y aun en virtud de capitulaçion
hecha*

hecha con Papa Honorio, y tocando principalmente eſte negoçio à mi Iuridiçion Real, no ſe deue permitir, ni dar lugar, à que paſſen por otro camino, pues lo contrario ſeria paraque mis ſuditos fueſſen cadadia moleſtados fuera del Reyno, ſerà bien, y aſſi os encargo, y mando eſteis muy aduertido en no permitir ſemejantes nouedades contra mi Real Iuridiçion, paraque ſe remedie lo que eſta hecho, y ſe abſueluan los deſcomulgados, aduertais al Duque de Seſſa mi Embajador en Roma de lo que à eſte fin os ocuriere, y combiene, que ſepa paraque tanto mejor pueda proceder, y encaminar lo que ſe pretende, que Yo tanbien le eſcriuo, y embio à mandar en mi nombre haga las diligençias, y officios que combienen, y fueren neceſſarios, y que tenga con vos ſobre ello la correſpondençia, que al caſo ſe requiere, que por lo mucho, que importa à mi ſeruiçio, lo recibire muy accepto del cuydado, y diligençia, que en ello puſireedes. Del Pardo à 24. Hebrero de 1593 Yo El Rey. Vidit Comes Generalis Theſaurerius. Vidit Saladinus Regens. Vidit Cadena Regens. Vidit Fornarius Regens. Vidit Brunolus Regens. Vidit Scudera Regens. Al Virey de Napoles ſobre la pretenſion, que el Arçobiſpo de Benauente tiene contra D. Marcelo Cauanilla, y la Tierra de San Marcos, en perjudiçio de la Real Iuridiçion.

Quæ omne totum videtur concordare cum dictis per Guttier. tract. 16 pract. quæſt. 14. per tot. & quæſt. 15. 16. & 17. cum ſeq.

DE FALSA MONETA
Caput I.

ARGVMENTVM.

Moneta vndè dicatur, & ortum habuit.
Delictum falſæ monetæ quibus modis committatur.
Fama quomodo probetur in hoc delicto.

SVMMARIVM.

Delictum falſæ monetæ committitur quinque modis, n. 1. ad n. 17. & n. 23. ad 29. & à n. 53. ad 62. n. 78. ad 88. & à n. 115. ad 120.

Moneta quid ſit, n. 1. Vnde dicatur, n. 2. Vnde ortum habuit, n. 3. De quo iure fuit inuenta, n. 4. 5 & 6.

Moneta falſa, & adulterina an differant, num. 7. 8. & 9.

Incudendo monetã quæ literæ deſcribebantur, num 10.

Monetam alterius Principis cudens, an puniatur, & quomodo, n. 15. 16. 17. & 38

Moneta eſt indiuidua, n. 18.

Indiuiduum eſt illud, cuius partes ſeparatæ mutant diffinitionem totius, & cuius integritas minui non poteſt. ſtante regularitate rei, num. 18.

Monetam adulterans, vitiat rei publicæ vinculum. num. 19.

Monetam boni, veri, & iuſti ponderis, & valoris

valoris cudens an puniatur, num. 20.

Monetem cudere eſt de regularibus, n. 21.

Monetam cudendi licẽtia priuato, an concedi poſſit, & quomodo, num 22.

Fama bona debet probari notabilis, & non vulgaris, n 25. declara, num. 26.

Monetam cudendi inſtrumenta reperta penes aliquem, vel ipſa moneta adulterata reperta, an puniatur, & quomodo: n. 26. ad 29. & an 78. ad 91.

Limita niſi eſſet bona fama, n. 30. ad 35. & n. 60. ad. 65. & n. 121.

Limita niſi eſſet modica ſumma, & quare, n. 36. 66. 67. & 68.

Monetæ falſæ parua quantitas non affert præiudicium, n. 36. 75. 76. 86. & 87.

Parua quantitas quomodo iudicatur num. 37. 68. & 69.

Monetam reprobatam, aut non expendibilem fabricans an puniatur, num. 38.

Monetam cudere incipiens, indè non perficiens, an puniatur, & quomodo, n. 39. 40. 41. & 42.

Monetam viliſſimi valoris fabricans, an puniatur, num. 43.

Mandans fieri, vel expendi falſam monetam, an puniatur, num. 44.

Impubes de falſa moneta accuſatus, an puniatur, num. 45. & 46.

Minor de falſa moneta delatus an puniatur, num. 47. & 48.

Minores doli capaces qui dicantur, n. 49.

Pauper de hoc crimine incuſatus, an mitiori pœna puniatur, num. 51.

Pauper quis dicatur, num. 51.

Monetam falſam fabricans, vel expendẽs in loco, in quo non eſt in vſu, an puniatur, num. 52.

Moneta diminuta, vel tonſa dicitur falſa in pondere, num. 53. & 54.

Monetam radens, effigiem Principis deturpat, & pœna mortis punitur, n. 55. 56.

Delictum tonſionis, vel diminutionis quomodo probetur, n. 57. 58. 59. & 60.

Monetam bonam nimio pretio, & ad iuſtum prætium reducens, an puniatur, num. 70. 71. & 72.

Monetam maioris valoris, quàm ponderis expendens, an puniatur, n. 73. & 74. limita niſi fuerit parua quantitas, n. 75.

Monetam falſam habens, vel bonam tondens, non expendens, ſed ductus pœnitentia ad Zeccam mittens, an puniatur, num. 77.

Monetam falsã expendens an puniatur, num. 78. ad. 91.

Statutum quantum vis generale puniens fabricantes falſam monetam, non comprahendit fabricantes in parua quantitate, num. 86.

Ignorans, an ab hoc delicto excuſetur, num. 88. 109. 110. & 111.

Ignoranti non præſumitur dolus, num. 89.

Ignorantia quomodo probetur, n. 90. 91. limita niſi fuerit ignorantia craſſa, num. 92. & 93.

Ignorantia, vel ſcientia quando præſumatur, num 94. & 95.

Monetam falſam expendens publicè, & ad oculum patens, an puniatur, n. 96. limita niſi expendatur per confidentem n. 97. vel per filios, patres, n. 98. vel in ſua patria, ibid. n. 98. vel ſi eſſet minimi valoris, num. 99.

Ignorantia quotuplex ſit, n. 100. 101. 102. 103. 104. & 105.

Ignorantia craſſa quæ dicatur, num. 106. 107. 108 & 111.

Dubitans, & ignorans an idem ſint, num. 112 113. & 114.

Monetam tingens an puniatur, n. 115. & 116.

Moneta quæ, & quomodo tingatur, & coloretur n. 116. 117 & 118. limita n. 119. & 120.

Fama quid ſit num. 122.

Fama quomodo differat à clamore, & quæ differentia eſt inter famam hominis, & famam facti num. 123.

Famæ diffinitio num. 124. & 125.

Fama quomodo probetur, & eius requiſita, num. 126 ad n. 133.

Populus quantò maior, tātò minor intellectus num. 128.

Fama in ſpecie probata non eliditur per probationem in genere num. 134.

Malus ſemel, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali, n. 135.

An procedat in diuerſo genere mali n. 136.

Infamia cum mala vita quid operetur n. 137. & 138.

Fama mala probata in vno tempore, an in alio tēpore attendatur n. 139. & 140.

Socius an admittatur cōtra ſocium n. 141.

Quid in crimine falſæ monetæ ibid. & num. 142.

Socius criminis, & ſocius in crimine an differant num 142.

Moneta reperta pœnes aliquem an faciat inditium n. 143. 144. 145 & 146.

Conuictus in crimine falſæ monetæ an appellet num. 147. 148. limita procedere in fabricante, non in expendente n. 149.

Eximens carceratum qua pœna puniatur num. 150.

An procedat, ſi dixit debitori, fuge n. 151.

An procedat in crimine falſæ monetæ num 152.

Delictum falſæ monetæ ſola Magna Curia cognoſcit num. 153.

Auxiliū delinquenti præſtans qua pœna punitur num. 154.

An procedat in muliere, marito auxilium præſtante num. 155.

An procedat in delicto falſæ monetæ n. 156.

An procedat in cōſcio criminis n. 157

Sciens hoc crimen reuelare tenetur n. 158.

Delinquentes falſæ monetæ propria authoritate capiuntur num. 159.

An porcedat in curante hoc delictum committi num 160.

Expendens monetā contra ſolitū an præſumatur contra ipſum num. 161.

Mala fama purgatur ſi per triennium fuerit probata bona num. 162.

Accuſans de hoc crimine, & nō probans, an puniatur num. 163. 164. & 165.

Limita, niſi eſſet ſolitus denunciare, & accuſare, & non probare num. 166.

Calumniator quis dicatur, & quæ differentia ſit inter calumniatorem, præuaricatorem, & tergiuerſatorem n. 167.

De falſa moneta aliqua dicturus, primò videndū cēſeo quid ſit moneta; ſecūdò vnde dicatur; tertiò vnde ortū habuit; quartò vnde inuēta; quintò quibus modis huiuſmodi delictū falſę monetę patretur, & inde alia ad materiam. vt illa, quandò caſus acciderit, detegatur.

Quò ad primum, Moneta eſt quædā cōmunis menſura omniū com-
1 merciorum, vt dicit Decian. tom. 2. tract. crim. lib. 7. cap. 24. n. 1. in fin. quē ſequitur Catalan. in tract. de indult. cap. 28. num. 39.

Quò ad ſecundum, moneta dicitur à mo-

à monendo, ne quid fraudis in ea
2 fiat, quaſi, ꝙ moneat quem, ne
fraudem in metallo, vel pondere
faciat, vt refert Decian. cit. loc. c.
23.n.5.& ſeq. idem dicit D. Ro-
uit. ad prag. 1. tit. de monet. n. fin.
Circa tertium vnde ortum habuit,
remitto te ad Bouadill. tom. 2.
3 politic. lib. 5. cap. 6. in princip. tit.
de las penas de Camera fol. mi-
hi 782.
Quartò de Iure gentium fuit inuen-
ta; diuerſæ tamen impreſſionis,
4 Bartol. in l. 1. ff. de contrahend.
empt. n. 2. Alberic. Angel. & Ia-
ſon. in l. ex hoc iure ff. de Iuſt. &
iur. n. 22. licet Decian. cit. lib. 7.
cap. 23. n. 5. & ſeq. referat fuiſſe
apud Romanos tantam diligen-
tiam in moneta, quòd Deam Iu-
nonem Præſidentem Monetarũ
5 fecere, quæ grauiter animaduer-
tebat, ne fraus in moneta com-
mitteretur, & ea ratione Iunonẽ
colebant, quia exiſtẽte Bello Ta-
rentino cum Pyrrho, pecunia
egentes, Iunoni vouentes, vt pe-
cunię habendæ certus modus da-
retur, fuit eiſdem reſponſum; ſi il-
6 li arma cum Iuſtitia coniunxe-
rint, pecuniam illis non defutu-
ram. Quare voti compotes facti
Romani, Iunonem coluerunt.
Et antequam ad aliam declarationẽ
deueniam, ſciendum, ꝙ falſa mo-
7 neta dicitur etiam moneta adul-
terina, quæ grecè dicitur. Paraty-
pa, ſiuè paracaragmat, & ipſi, qui
falſam monetam cudunt, paraca-
raptæ vocantur, quos hodie nos
vulgò monetarios appellamus,
8 ſcilicet in malam partẽ hanc vo-
cem ſumendo; nam Monetarij
proprij dicuntur illi, qui ſunt Mi-
niſtri Principis, qui ipſius aucto-
ritate monetas cudunt; vnde quã-
dò loquitur de monetarijs in ma-
lam vocem capiendo, intelligen-
dũ eſt de ijs, qui falſam, ſiuè adul-
9 terigam monetam cudunt, & pa-
racaraptæ, vt ſupra dixi vocantur,
vt refert Decian. tom. 2. tract. cri-
mi. lib. 7. c. 23. n. 5. & ſeq. & poſt
eum Catalan. in tract. de indult.
cap. 28. n. 5. & 6. qui Decian. non
meminit.
Vlterius ſciendũ, quòd hoc nomẽ:
cudere monetã, ſiuè in moneta,
quæ cudebatur adſcribebãtur hę
10 literæ, videlicet; & ab illis nomẽ
recipit, ſci licet A. A. Æ. F. f. quæ
ſic declarantur, Auro, Argento
Ære, flando, feriũdo, vt ſcribit
Decian. ibid.
Quòad quintũ, nempè quibus hoc
delictum committatur modis,
11 ſciendum, quòd Menoch. de ar-
bitr. Iudic. cent. 4. caſ. 316. Maſ-
card. de probat. cõcluſ. 1070. De-
cian. to. 2. tract. crim. lib. 7. à cap.
23. ad. 28. Clar. in pract. crimin. §.
falſum, verſ. dixi etiã, ibi Baiard.
Catalan. de indult. cap. 28. & no-
uiſſimè Muſcatell. pract. crimin.
tit. de falſ. monet. non vna vice,
ſed vna voce teſtantur, hoc de-
lictũ patrari quatuor modis. Pri-
12 mo nempè fabricando. Secundo
adulterãdo. Tertio diminuendo,
vel tondendo. Quarto illam ſic

falſificatam, adulteratam, diminutam, ſiue, tõſam expẽdendo. Ego autem, addo quintũ modũ, nẽpè eam tingẽdo, de quibus ſigillatim diſcurrere propoſui; & quòad primũ, ſ. fabricando, reſ-
13 pectu formç, nẽpè ſi quis cuderet monetã ſua auctoritate, & hoc caſu duob⁹ modis committi põt. Primo quò ad auctoritatem: Secundo quò ad formã. Quò ad
14 auctoritatẽ, ſi ſua propia auctoritate cuderet, quia moneta recipit auctoritatẽ ex charactere Principis, Belluc. in ſpec. Princip. rub. 36. §. graue n. 6. Quòad formam,
15 quando forma, vel alterius Principis cuderet, & vtroq; caſu pęna mortis punitur, Menoch. cit. caſ. 316. n. 15. 16. & 27. Forma enim moneta nil aliud eſt, quàm im-
16 preſſio, ſiuè character impreſſus in materia ipſius monetæ, vt ád uertit Catalan. ibid. n. 23. & 28. qui n. 29. 30. 31. 32. dicit in forma
17 monetam falſam triplici modo cõmitti. Primò in imagine Principis. Secundo in literarũ inſcriptionis impreſſione. Tertio in auctoritate publica, & forma mu-
18 tata, ex quo moneta eſt indiuiſibilis ex eo, quia ſi ſeparatur mutatur, cum illud dicatur indiuiduũ, cuius partes ſeparatæ mutãt diffinitionem totius, & cuius integritas minui non poteſt, ſtante realilate rei; vndè verùm eſt illud quod dicitur, q̃ falſæ monetæ cri-
19 men grauiſſimum eſt; nam quã monetam adulterãt, vitiare vidẽtur magnum, quaſi quoddã Reipublicæ vinculum, vt dicit Catalan. ibid. n. 35. & 38. Quod amplia ꝓcedere, etiã ſi quis cuderet mo-
20 netam boni, veri, & iuſti ponderis, & valoris, ideſt etiam ſi materia vera ſit, pœna vltimi ſupplicij punitur; nam cum ſine Principis auctoritate hoc faciat, Maieſtatẽ Principis lædit, & eius iuriſdictionẽ vſurpat, l. 2. C. de falſ. monet. Cudere enim monetam de rega-
21 libus eſt, & iuxta l. 2. tenet Menocch. caſ. 316. n. 17. Maſcard. concluſ. 1070. n. 20. Catalan. de Indult. cap. 28. n. 44. Et eſt adeò verùm, vt etiam ſi priuatus licentiam haberet cudendi, cudere nõ
22 poſſit, nec licentia valet, etiam ſi in ea diceretur: ex certa ſcientia, quia præſumitur ſubreptitia, Decian. citat. lib. 7. cap. 23. n. 3. & 27. Quò ad ſecũdum, nempè eam adulterãdo, poteſt duobus modis cõmitti adulterando. Primo reſpe-
23 ctu formæ. Secũdo reſpectu materiæ. Reſpectu formæ in caſibus ſupra poſitis in primo modo; Re-
24 ſpectu verò materiæ, quãdo quis nõ perfectã, ſed adulterinam monetam fecerit, nempè ſi non fuerit perfecti æris, Argenti, vel Auri, quo caſu pœna mortis punitur, Menoch. cit. caſ. 316. n. 6. & ſeq. Et in hoc caſu diſtinguedum fore puto: aut fuerit quis in fraganti repertus monetam falſam cudens; aut verò non. Si primo caſu, non eſt locus diſputationi. Si ſecũdo caſu, ſubdiſtingue: aut

fue-

fuerint reperta inſtrumenta ha-
bilia ad falſam monetam cuden-
dam : aut non fuerint reperta. Si
primo caſu fuerit probatũ, mo-
netam ipſam eſſe falſam,& factã,
ac cuſſam cum dictis inſtrumẽtis
inuẽctis in eius poſſe, vel domo,
tunc delictum eſt probatum, &
inditium ad torturam facit, Ma-
ſcard, cõcluſ. 1070. n.9.Decian.
tract.crim.tom.2. lib.7. cap. 26.
n.6.Niſi ille eſſet bonæ cõditio-
nis, & famæ,Maſcard.ibid.n.ſeq.
de Franch.deciſ.401.Quæ bona
25 fama debet eſſe notabilis, & nõ
vulgaris . Neminẽ ego tẽpore
meę ætatis vidi tã vilis, & infimę
cõditionis , ac pauci poſſe , par-
uæq; poteſtatis, ac tã illaudatæ
vitę, qui nõ reperiat aliquos te-
ſtes pro eius bona fama deponẽ-
tes, Quare prudentes, circum-
ſpectiq; Iudices aduertant con-
26 ditionem teſtium deponentium
ac qualitatem illius à pœnes
quẽ inſtrumenti fuerint reperta
ſi ipſorum rationem reddat, &
vnde illa habũit,circa quod mul-
tum eius iudicium verſatur, vt
hortatur Decian. ibid. n.6. Si ve-
rò non fuerint inſtrumenta inuẽ-
27 ta in eius poſſe,vel domo,ſed tan
tùm pecunia fuerit reperta, ſub
diſtingue ; aut pecunia ipſa vires
patrimonij excedit; aut verò eſt
28 parua quantitas. Si primo caſu
concurrente mala fama inquiſiti
inditium ad torturam facit,vt ci-
tat. DD. dicunt, quod ego limi-
tari affirmarem infraſcriptis mo-
dis. Primo,niſi alleget, à quo ha-
buit,& in hoc caſu,ſi eſt bonę fa-
29 mæ, ſufficit allegare in genere,
licèt teſtes in ſpecie , & de pro-
prio nomine non deponant. Si
verò concurrit mala fama , tene-
tur ſpecificum datorem allegare,
aliàs, ac ſi fabricaſſet, habetur, vt
citat. DD. dicunt. Secundo,limi-
30 tarem ſi quis habuerit pecunias
in arca contaminatas, quas non
expendit, ſed eas potius detinet,
vt diues appelletur, quia ad actũ
alteri nociuum non deuenit,non
punitur; quod declarationem re-
cepit,dummodò bona fama con-
31 currat,vt ſupra dixi, ſi enim ma-
la opinio concurreret, torquere-
tur. quia præſumitur velle ipſas
expendere, ꝙ Iudex arbitrabitur,
inſpecta perſona, & quantitate,
Menoch.de arbit.Iudic. caſ.316.
nu. 64. & ſeq. Quod nedùm de
32 Iure,vt præcitati Doctores dicũt,
procedit; verùm etiam virtute
Regiæ prag. 9. de monet. §. 3. in
qua habentur hæc verba,v3. *Vo-
lemo di più,che quelle,in poter de' qua-
li ſi ritrouerà alcuna quantità di conſi-
deratione,ad arbitrio di Giudici, di mo
nete falſe, ò tagliate ſaranno perſone
vili,di mala qualità, e di non buona fa
ma,ſiano obligati à moſtrare,come,e da
chi habbiano hauuto dette monete, e
non moſtrandolo,ſia queſto ſolo baſtante
inditio ad inquirere contra di loro,come*
33 *ad inciſori, ò falſatori d'eſſe; e ſe per
ſorte la detta perſona ſarà ſtata altre
volte inquiſita di tonſione, expenſione,
ò fabricatione de falſa moneta, baſti*

contra

contra di loro inditio à tortura. Ex qua ſubſtinetur id, quod ſupra dixi, duo in hoc caſu deſiderari. Primum, nempè, malã qualitatem, malamq́; famam. Secundum, q
34 pecunia ſit in quantitate per illa verba: *alcuna quantità di conſideratione*. Et ex §. 12. venit corroborata opinio ſupra relata, ſcilicet, quòd quandò reperiuntur ſtilia, cunei, aut alia inſtrumẽta habilia, concurrentibus mala fama, vita, & qualitatibus, condemnari, & puniri poſſe. Si verò ſecundo
35 caſu, & ſic ſi eſt parua quantitas, vel modici valoris, non poteſt puniri, quia ſtatutum quantumque generale, & amplum, puniens fabricantes falſam monetam, non compræhendit fabricantes monetas modici valoris, Alexandr. conſ. 104. nu. 7. lib. 1. Boſſ. in pract. crim. tit. de falſ. monet. n. 4. ea ratione, quia talis modica
36 moneta non poteſt afferre maximum præiudicium illis, ad quorũ manus peruenerit, Alex. conſ. 121. nu. 5. lib. 7. ſequitur Caball. caſ. 199. n. 19. & 20. Quomodo autem iudicatur, an pecunia ſit ma-
37 gna, aut minima, dicas, quòd relinquitur arbitrio Iudicis, inſpecta perſonarum conditione, Caball. caſ. 199. n. 17. & ſeq. Limita non procedere in eo, qui fabricauit monetam reprobatam, &
38 minimè expendibilem, vel alterius Principis, Menocch. caſ. 316. nu. 19. Maſcard. concluſ. 1070. n. 5. D. Rouit. ad prag. 1. de monet. n. 11. 14. & 15. Limita, non
39 procedere in eo, qui actum non perfecit, ſed tantùm agere cæpit, vel tentauit, Gloſ. in l. quicumq́; ff. ad l. Corneliam de falſ. Grammatic. deciſ. 74. n. 24.

Tu autem in hoc caſu diſtingue, aut non perfecit, quia non potuit, ex
40 quo fuit impeditus; aut verò non perfecit, quia ſpontè abſtinuit, penituit. Si primo caſu, & ſic ſi nõ
41 perfecit, quia non valuit, nempè, quòd impeditus fuit limitatio adducta non procedit, vt DD. infra citandi teſtantur, & colligitur ex §. 28. prag. 9. de monet. Si verò
42 non perfecit, quia pœnitentia ductus, abſtinuit, & in hoc caſu limitatio procedit, quia pœnitentia eſt licita, etiam in delictis arduis, Menocch. citat. caſ. 316. n. 23. 24. & 25. Maſcard. citat. concluſ. 1070. n. 5. Decian. cit. cap. 27. n. 7. Baiard. ad Clar. in §. falſum verſ. dixi etiam n. 315. Catalan. citat. cap. 28. n. 73. Limita
43 non procedere in fabricante falſam monetam viliſſimi valoris, veluti bagattino, Menocch. citat. loc. n. 33. Maſcard. cit. loc. n. 5. & Baiard. cit. loc. n. 316. Limita nõ procedere in mandante fieri, vel
44 expendi, Hieronym. de Laurent. in deciſ. Auenion. 114. n. 6. quem ſequitur D. Rouit. pragm. 1. de monet. num. 10. Limita in impubere de falſa moneta delato, ex l. 1. §. impuberes C. de falſ. falſ monet. Maſcard. cit. loc. n. 5. tu autem in hoc caſu diſtingue, quod:

quòd:aut impubes eſt doli capax:
45 aut vero non; Si primo caſu, limitatio non procedit, & concluſio ſupra firma remanet. Si verò
46 nũ eſt doli capax, limitatio procedit, Menocch.cit.caſ.316.n.31. & ſeq. & de impuberum pœnis, vide Menocch.caſ.329. Succur-
47 ritur etiam in hoc crimine falſæ monetæ minori; & Caccialup. conſ.92.n.4.inter Conſilia criminalia diuerſorum refert Ferrariæ
48 fuiſſe mutatam pœnam ignis in pecuniariam contra minorem de falſa moneta delatum, quẽ ſequitur Carroc. de minorib.in delict. excuſ.quæſt. 25. Qui autẽ dicantur doli capaces, dicas, ꝙ quando
49 ſunt aſtuti,& callidi, natura acutiores,& quorum malitia ſupplet ætatem, Carroc. cit. tit. quæſt. 7. n. 7. Quod non fuit per hanc. R. A.ſeruatum in cauſſa Donati Par-
50 rella de Serino minoris, qui referẽte Auditore Paulo Strambone, interuenientibus Ioanne Romero,& Franciſco Daniele Auditoribus, inſtante Didaco Rubeo de Viſtoria Fiſci Patrono, fuit condẽnatus ad carceres, donec perueniat ad ętatem perfectam, & eo ad ipſam deuenio, remiget per biennium, prætextu, quod obedientiam pręſtaſſet Thomę Parrella eius patri fabricanti falſas monetas. Hæc condemnatio per M.C.V. non fuit admiſſa, ſed ſtatim fuit reus licentiatus ex adduct. per Farinacc. de indit. ad tortur. quæſt. 51. n. 28. & ſeq. & quod accidit in eius tortura dixi, in tit.de Delegat. Limita nõ procedere in paupere inope, qui mi-
51 tiori pœna punitur, Marſil. conſ. 51.n.17. Decian. cit. loc.cap.27. u.5.Menocch. cit.caſ.n.71. Quis autem dicatur pauper, vide quæ dixi in tit.de Contumac.Limita non procedere, ſi pecunia falſa in
52 loco, in quo cuditur, non eſt in vſu, Peguer. quæſt. crimin. 46. n. 15.Marant.conſ.65.nu.7. Petr.ad Grammatic. deciſ.74.n.1.

Tertio, cõmittitur hoc crimen tondendo, vel diminuendo monetã;
53 moneta enim tonſa dicitur in põdere falſa, Burg.qu 23. n. 146. & in hoc caſu poterit duobus modis committi: Primo radendo, ſecundo tondendo, vel diminuendo. Si primo caſu, ſcilicet radẽdo;
54 cùm in forma peccat, ex quo effigiem Principis radendo detur-
55 pat, pœna mortis punitur, vt DD. infrà allegandi dicunt, ex conſt. Regni qui nummos. Si ſecundo caſu, ſcilicet tondendo, vel diminuendo, nempè, ſi quis monetam non adulterinam, ſed perfectam
56 diminuerit, ex citat. conſt. qui nummos, & Muſcatell. in pract. crimin. tit. de falſ. monet. n. 15. ad hoc, vt inquiſitio formetur, & delictum probetur, requiritur, vt dicta moneta raſa, vel diminuta
57 inueniatur,& recognoſcatur per teſtes expertos, & quòd inueniantur forficulæ, ſeù alia inſtrumẽta, quibus pecunia poteſt tõdi, radi, ſeù minui, Gram. deciſ. 72. vndè

in hoc

in hoc puto faciendam eſſe diſtinctionem, quam ſupra in adulterante adduxi, nempè, aut tondens, radens, ſeù minuens infraganti eſt repertus, aut verò non.
58 Si primo caſu nulla cadit dubietas, & pœna mortis punitur. Si ſecundo caſu ſubdiſtingue; aut in eius poſſe, vel domi fuerit reperta pecunia tonſa, vel diminuta, &
59 in hoc caſu iterum ſubdiſtingue: aut fuit reperta pecunia in eius poſſe, vel domi, cum forficulis, ſiuè inſtrumentis alijs ad tondendum, ſiuè minuendum habilibus: aut verò tantùm pecunia fuit in-
60 uenta. Si primo caſu, tunc inditium ad torturam facit, niſi ſit bonæ cōditionis, & famæ, & doceat à quo habuit, vt ſupra dixi. Si ve-
61 rò fuerit tantùm pecunia inuenta, diſtingue: aut fuerit pecunia in magna quantitate, aut in parua quantitate. Si fuerit in magna quantitate, iterum ſubdiſtingue: aut bona fama ei opitulatur: aut eſt homo malæ conditionis, & talia committere ſolitus. Si cōtrà eum mala fama laborat, & non
62 docet, à quo habuit quæſtionibus, & tormentis ſubijcitur, nam præſumitur eas diminuiſſe. Si verò optima opinione ſuffragatur, & doceat in genere, à quo habuit (nam homo bonæ vitæ non tenetur in ſpecie, & nomine proprio docere) & tunc non punitur. Et eſt adeò potens mala fama, q;
63 ea concurrente in hoc inciſionis crimine, quòd etiam ſi teſtis de viſu non adſit, arbitrium Iudicis eſt, huiuſmodi delinquentes ad mortem condemnare, vt diſpoſuit prag. 9. §. 12. de monet. dummodò aliàs hoc delictū
64 commiſerit ibid. Reſpectu verò eorum, qui hęc crimina aliter nō commiſere, & contra eos concurrit mala fama, & vnus teſtis de viſu fide dignus, punitur pęna capit. Regni, Iam ſępè. Si verò teſtis de viſu non concurrat, ſed tantùm mala fama la-
65 borat, alijs inditijs vrgentibus exiſtētibus, arbitrium Iudicis eſt, pœnam mortis imponere, prag. 9.
66 §. 13. de monet. Si verò pecunia inuenta in parua, ſiue modica quantitate eſt, non procedit concluſio firmata, Bertazol. conſil. crim. 552. quem ſequitur Rouit. ad prag. 1. de monet. n. 12. etiam
67 ſtante ſtatuto, quia lex, aut ſtatutū puniens tondentes monetas non habet locum in tondente monetam paruæ quantitatis, vel aſcendentem ad modicum valorem, Marſ. conſ. 71. n. 1. & ſeq. Menoch. cit. caſ. 316. n. 33. Peguer. deciſ. 86. Ea ratione, quia parua mone-
68 ta non affert magnum præiudicium his, ad quorum manus peruenit, Alex. conſ. 121. n. 5. lib. 7. ſequitur Caball. caſ. 199. n. 19. & 20. Quomodo autem iudicatur,
69 an moneta ſit magna, vel minima, relinquitur arbitrio Iudicis, inſpecta perſonarum conditione, numero, & valore monetæ, Caball. cit. caſ. 199. n. 17. & ſeq. prout ſu-

ut ſupra dixi. Quod limita non procedere, quando moneta erat nimio prætio, & quis eam ad iu-
70 ſtum pondus reduxit, Menoch. citat. caſ. 316. n. 36. Decian.cit. cap. 27. n. 11. Giaccar. ad Clar. in §. falſum n. 326. dicit, & atteſtatur huiuſmodi delinquentē poſſe pęna falſi puniri, vide Burg. quęſt. 23. n. 147. Pone, quòd moneta ſit perfecta, ſed tamen non iuſti
71 ponderis, & quis eam ad iuſtum pondus reduxerit; an puniatur, cùm melioris cōditionis efficiatur, & fiat plus vſualis, expendibilis, & maius commodum afferat? vide Menoch. cit. caſ. 316. n. 39. & 40. qui Alciat. rationē adducit, quam adducere ego hic non inſudaui, cùm hic caſus non
72 occurrat, nec vnquam tempore vitæ meæ vidi hoc crimen commiſſum, nec à ſenioribus audiui fuiſſe illud patratum. Et ſi vtitur quis moneta maioris valoris, quā
73 ponderis, pęna falſi extraordinariè punitur, Catalan. de indult. cap. 28. n. 16. Et ſi expendit plus eò, quàm valet, arbitrariè punitur, Baiard. ad Clar. §. falſum, n.
74 335. Limita non procedere, ſi moneta fuerit in modica quantitate, vel ſi in magna quantitate fuerit tonſa, verùm minimi valo-
75 ris, non procedit, Menoch. qui arbitrio Iudicis puniri dixit caſ. 316. n. 41. Caball. caſ. 199. n. 19. & 20. quia moneta modici valoris non affert maximum præiu-
76 dicium, vt ſupra dixi, ex Caball. caſ. 199. n. 20. & ſeq. & ex Farinacc. poſtea viſo quæſt. 115. n. 111. quod intellige tu procedere quo ad pœnam ordinariam, quia arbitrariè punitur tondens mone-
77 tam, ſed illam nō expendens pœnitētia ductus miſit ad Zeccam, Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 23. n. 151.

Quarto hoc crimen falſæ monetæ committitur eam expendendo,
78 nempè, ſi quis monetam adulterinam, ſcilicet non perfecti æris, Auri, vel Argenti non iuſti ponderis, non proprij, & veri ſigni, & ſic in cauſa efficienti materiali, & formali expenderit, quo caſu expendens, & non docens à quo habuit, tenetur, ac ſi ipſam fabricaſ-
79 ſet, & in hoc caſu probandū venit, vt pecunia recognoſcatur per expertos, artifices, & peritos, hāc falſitatem cognoſcentes experimento, vulgariter: *con la proua*, nēpè, ꝙ ſit falſa, & adulterina, nec ſufficit quē deponere, quòd moneta, quam ego diebus præteritis
80 expendi, erat falſa, quam ille vidit, quòd ſit; falſa enim, non omnibus commune eſt, vt aduertit Muſcatell. ibid. n. 18. & ſeq. qui citat. Foller. ſed non benè. Ego
81 autem in hoc capite diſtinguendum fore puto, ꝙ aut hæc moneta falſa fuit reperta in poſſe alicuius, ſeù domi, aut illam quis expenderit, ſi fuerit reperta domi: ſubdiſtingue: aut fuerint reperta
82 ſtilia ad falſam monetam cudendam, Decian. cap. 26. lib. 7. to. 2.

nu. 6. aut non fuerint reperta. Si
83 primo caſu, ſi pecunia eſt in quãtitate, quòd vires patrimonij omninò excedat, & fuerit probatum monetam ipſam eſſe falſam, & factam, ac cuſſam cum dictis inſtrumentis inuentis eius domi, tunc delictum eſt probatum, &
84 inditium ad torturam facit, Maſcard. concluſ. 1070. n. 9. niſi eſſet bonæ conditionis, vt ſupra dixi, & Franch. deciſ. 401. Tu verò adde id, quòd ſupra adduxi ex §. 3. prag. 9. de monet. Si secũdo, non fuerint reperta inſtrumenta,
85 ſed tantùm pecunia falſa, ſubdiſtingue: aut vires patrimonij excedit: aut eſt parua quantitas. Si primo caſu concurrente mala fama delati, inditiũ ad torturam facit, niſi à quo habuerit, doceat. Si ſecundo caſu, & ſic ſi eſt parua quantitas, vel modici valoris, nõ poteſt puniri, quia ſtatutum quantumcumque generale, & amplum puniens fabricantes falſam
86 monetam, non compræhendit fabricatores menetarum modici valoris, Alex. conſ. 104. n. 7. lib. 1. Boſſ. in pract. crimin. tit. de falſ. monet. n. 4. ea ratione, quia talis modica moneta non poteſt afferre maximum præiudicium illis, ad quorũ manus peruenerit, Alex. conſ. 121. n. 5. lib. 7. ſequitur Caball. caſ. 199. n. 19. & 20. (qui eſt
87 bonæ famę) etiam ſi ſpecificè non doceat, excuſatur, Baiard. ad Clar. §. falſum. n. 328. Caball. citat. loc. n. 11. De France. deciſ. 401. n. 5. excuſatur ab hoc delicto ignorãs,
88 nempè, ſi quis ignoranter hanc monetam expenderit; Marſil. in dicta l. qui falſam n. 95. Decian. cit. cap. 25. n. 6. In hoc enim delicto dolus requiritur, at quia in ignorante dolus non pręſumitur,
89 ergò ignorans non punitur, Caball. cit. caſ. 199. n. 6. Muſcatell. cit. tit. n. 50. Quæ ignorantia pro-
90 batur iuramento illius, qui eam allegat. Decian. cap. 27. n. 4. Coſta in tract. de ſcien. Iur. & fact. in ſpect. 66. n. 6. & ſufficit iuramen-
91 tum, quia cùm ſit de conſiſtentibus in conſcientia, & animo eorũ, quòd per teſtes non probatur, meritò dicitur eſſe probatam aſſertionem cum iuramento eorũ Caball. cit. caſ. 199. n. 26. Viu. deciſ. 505. n. 21. Conſt. inſpect. 84. num. 1. 3. & 4.

Quod limitatur duobus modis, primo niſi contra ev inſurgant præ-
92 ſumptiones ſcientiæ, ex Caball. & Decian. vt ſupra citat. ſecundo niſi ignorantia ſit craſſa vel affe-
93 ctata, ex Marſil. in dicta l. qui falſam n. 90. & Decian. cap. 25. n. 7. Et quando dicatur ignoratia affectata, vel craſſa, infra dicam.

Scientiæ præſumptionem nõ laborare, ſed potius ignorantiam præſumi, colligitur infraſcriptis mo-
94 dis, v3. Primo quandò quis docet à quo habet, ſi eſt bonæ cõditionis in genere, licèt in ſpecie non alleget, Decian. cap. 25. n. 12. Decia cit. caſ. 316. n. 58. Secundo ſi
95 fuerit proteſtatus, ꝙ ſi illam non expen-

expenderit, eius loco alteram numerabit, vel bonam tradiderit, Barbat. cõſ. 51. col. 3. Decian. cap. 25. n. 15. & iterum cap. 27. n. 19. Menoch. citat. caſ. 316. n. 60. Tertio ſi quis publicè, palàm expenderit monetam, quæ ad oculum eſt patens, nam eam ſic euiden-
96 ter recipiens non poterit conqueri, nec actio ei competit, & per conſequens, nec Reipublicæ; ergò puniri non poteſt, Marſ. cõſ. 71. à n. 17. & 25. Decian. cit. c. 27.
97 n. 4. quotieſcumq; quis expendit per hominem non ſibi confidentem, (huiuſmodi delictum enim occultè, & per confidentem patratur) ideò contra expendentẽ per non confidentem Fiſcus non præſumit. Caball. cit. caſ. 199. n. 33 & 34. Nec, è contra ſi quis expendit per filios, patres, aut alios,
98 quos in periculo ponit Nec ſi expendit in ſua patria, vbi de facili ſciri poteſt, ibid. n. 35. & 36. limita ex diſtinctione præcedenti nõ
99 habere locum in expendente monetam minimi valoris, qui nõ ordinaria pœna, ſed arbitraria puniri debet, Farinacc. quæſt. 115. n. 149. Peguer. in pract. crim. cap. 16. n. 11. quos ſequitur Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 23. n. 144.

Dixi ſupra de ignorantia craſſa, vel affectata, ad materiam, ſciendum,
100 ꝙ ignorantia duplex eſt, vna ex parte ſubiecti, altera, ex parte actus. Ignorantia ex parte ſubiecti quatruplex eſt, inuincibilis, affectata, craſſa, & probabilis.
101 Ignorantia verò ex parte actus triplex eſt, prima antecedens, ſecunda concomitans, tertia ſubſequens, quarum capita hic enucleare ſuperfluum eſt; vndè omiſſa diſputatione hac, ſed illa ad Theologos remiſſa, reducam has omnes ignorãtiæ ſpecies ad duas:
102 Voluntariam, nempè, & inuoluntariam. Ignorantia voluntaria eſt illa, qua quis ignorat, quod ſcire tenetur, quia non vult ſcire ob prauitatem mali deſiderij, & hæc appellatur affectata, procurata, ſimulata, ſeù optata, & huiuſ modi ignorantia non dicitur iuſta, nec veriſimilis, nec probabi-
103 lis, ſed potius pro diſſoluta, & habetur nõ tantùm pro ſcientia, verùm etiam & pro nequitia, Benintend. deciſ. 96. n. 3. & 4. quæ non præſumitur, niſi probetur, cũ vnaquaque præſefert malitiam, & ſimulationem, teſte Maſcard. cõ-
104 cluſ. 879. n. 31. Ignorantia verò inuoluntaria, eſt, cui non ineſt culpa, quàm Theologi vocãt in-
105 uincibilẽ, nos verò iuſtam, vel probabilem, aut veriſimilem more noſtro appellamus, qua quis ignorat, quod non oportet eum ſcire, & qua communiter homines eiuſdem ordinis laborãt, adhibita diligentia, Nauar. conſ. 1. n. 1. de conſtitut.

Et ignorantia craſſa, illa dicitur, ſiuè ſupina, qua per culpã latam quis
106 ignorat id ꝙ communiter omnes ſui ordinis ſciunt, l. magna

107 negligentia, ff. de verbor. ſigni-
fic. ignorãtia prima, & ſic volun-
taria, quia pro ſcientia habetur, vt
ſupra dixi, non excuſat. Ignorãtia
108 inuoluntaria, & ſic ſecunda to-
taliter excuſat. Ignorantia craſſa,
ſiuè ſupina, & ſic tertia excuſat à
tanto, ſed non à toto, prout latè
diſcurrit Coſt. in tract. de ſcient.
& ignor. inſpect. 81. per tot.
Modò his diſcuſſis, de qua ſpecie
ignorantiæ intelligendum eſt in
hoc falſæ monetæ crimine, dum
109 (vt ſupra dixi) ignorãtia excu-
ſat; Diſtinguendum cenſeo, ꝙ aut
ſumus in materia peccati; aut ſu-
mus in pœnalibus, ſi ſumus pri-
mo caſu, deſideratur ignorantia
110 inuoluntaria, & ſic inuincibilis,
quæ probabilis, iuſta, & veriſimi-
lis appellatur, vt ſupra dixi ex Pla-
cid. Duard. in Bull. Cœn. Domin.
quæſt. aut ſumus in pœnali-
bus, quia ignorans in pœnalibus
nil velle videtur, Burzatt. conſ.
153. n. 6. vol. 3. requiritur illa pro-
111 babilis, quam ſupra adduxi, niſi
ſit craſſa, quæ affinis dicitur. Luc.
de Penn. in l. generali n. 8. & 9. C.
de Tabular. lib. x.
Sed, ſi quis dubitauerit eſſe falſam,
an dicatur ignorare cum verè ne-
112 ſciuerit? diceres prima facie, ꝙ
excuſatur, quia dubitans, & igno-
rans parificãtur, vulgat. Iurib. Ta-
men dicas, ꝙ licet dubitatio, &
ignorantia paria ſint, tamen non
procedit, ſi dubitatio ſit circa fa-
113 ctum ad ſe ſpectans, ſcilicet de
eo, ꝙ ſua intereſt ſcire, tunc quia
diligentiam non adhibuit, vt cer-
tior redderetur, de ſe cõqueratur;
nam dubitare, & ſcire ea, quæ de
facili ſciri poſſunt, pari paſſu iu-
114 dicantur. Vnde hæc dubitatio
non excuſat, Coſt. de fact. ſcient.
& ignorant. inſpect. 82. nu. 1. &
ſeq. quare dici poſſet ex adductis,
dubitantẽ nõ excuſari, tu cogita.
Committitur inſuper hoc crimen
quinto modo tingendo, ſiue co-
lorando, nempè, ſi quis tingit mo
115 netam, is enim eadem pęna pu
nitur, ac ſi mutilaret, vel dimi-
nueret, Menoch. motus ex l. qui-
cumque cit. caſ. 316. n. 42. Qui-
bus autem modis moneta tingi
poſſit, enucleat Plin. lib. 33. na-
tural. hiſtor. cap. 3. in fin. Ego
116 autem breuitati ſtudendo, dico
cùm coloratio cadat in monetis
argenteis, & ęreis tantum, nõ au-
tem aureis, vt experientia docet,
teſtatur Caball. centur. 2. caſ. 141.
n. 2. ad fin. reſidendo cum opi-
nione Menoch. citat. loc. & cum
117 Caball. cit. caſ. n. 4. ꝙ tingens,
ſeù colorans monetas decapitan-
dus erit, dico, quòd moneta po-
teſt tingi, ſiue colorari, videlicet.
Si quaſi æs, aut metallum, aut ſta
neũ, aut electrũ, illud inauret, vel
inargentet, vt per Maſcard. con-
cluſ. 1070. n. 6. vel. ſi argentum
inauret. Quod limita, non pro-
118 cedere in eo, qui inaurauerit,
aut inargentauerit cauſa ludendi,
ſeù iocandi, quo caſu non videtur
delinquere, Bald. conſ. 155. con-
trarium tamẽ tenet Decian. to. 2.

tract.

tract. crim.lib.7. cap.25. num.9. nempè,puniri poſſe,licet limitet 119 eam computare pro valore, quo valet, quod Iudicis arbitrio relinquitur,inſpecta perſonæ qualitate,ac pecuniæ quantitate,Menoch. citat. caſ. 63. Limita non procedere in eo,qui id facit cau- 120 ſa deludendi Meretrices, leui pœna pecuniaria punitur, Bertazol. conſ.56. vol. 1. quem ſequitur Baiard. ad Clar. in §. falſum n.334. à quo Bertazol. Rouit. in prag. 1. de monet. non.13. non recedit.

Vndè clarè colligitur, & indubitanter concluditur in omni modo 121 ex prædictis requiri malam famam, qua non concurrente ſubſtinent DD. lapidem fundamentalem non concurrere, cùm in poteſtate cuiuslibet eſſet ponere inimicum ſuum ad torturam, vt aduertit Muſcatell. cit.tit. de falſ. monet. n. 34. Idcircò oportunè cenſeo aliqua de fama tractare,& Primo quid ſit fama; quotuplex ſit fama, quomodo probetur; & per quot teſtes.

Quò ad primum, fama eſt dignitas ſtatus, vita, & moribus compro- 122 bata, Gloſ. in l. 1. C. ex quib. cauſ. infam. inroget.

Quò ad ſecundum omiſſa diſputatione, ſi fama, opinio, & æſtima- 123 tio idem ſint, & quomodo fama differat à clamore, & quomodo fama hominis differat à fama de aliquo negotio, nam fama habet certum auctorem, & eſt plurimorum; rumor verò incertum, & eſt paucorum, Felin. in cap. qualiter il ſecondo in princip. de accuſat. Fama enim de aliquo negotio eſt cōmunis,& clamoſa inſinuatio inſurgens apud totam, vel maiorem partem populi, ex certo auctore proueniēs: licèt ſecundum Speculator, fama ſic diffiniatur: Fama eſt vehemēs 124 vulgi, & maioris partis opinio rei,de qua quæritur conſentiens, vel conſonans,cum in ea non reſidere intendo, ſed tantùm de fama hominis loqui.Dico q̄ fama eſt duplex (ſcilicet hominis) vna 125 bona, altera mala;fama bona eſt illa,quam ſupra diximus, nēpè dignitas, ſtatus, vita ex moribus comprobata, vt ſupra dixi, quæ quandoque minuitur, quandoq; conſumitur in totum, l. penultima §.eſtimatio, §. minuitur, & §. conſumitur,ff. de var. & extraordinar.cognit.Fama mala eſt à cōtrario,ſtatus,& vita,moribus non comprobata.

Quò ad tertium Dec.in conſ.210.n. 3.teſtatur famam probari, ſi quis 126 diceret id,de quo agitur; audiuiſſe dici publicè, tu verò dicas, quòd fama debet probari in ſpecie à maiore parte populi fuiſſe dictum, & ortum ab hominibus 127 bonæ,& probatæ vitæ publicè, & nominare perſonas illas,à quibus fuit audita, & qualitas, q̄ perſonæ à quibus ortum habuit, ſint probatæ vitæ,probari debet, non autem dependere debet ab intereſſe

reſſe prætendentibus, Baiard. ad Clar. quæſt. 6. n. 10. Maleuolis, vel à Iudice, ſiuè Fiſco vocem dante, vt aliquis capiatur, quia tale crimen patrauit, per quod publica vox datur, hoc enim caſu non dicitur fama probata, ſed vana vox populi nuncupatur, & nõ admittitur, Caualcan. qui nonnullos recenſet in tract. de Brach. Reg. tit. de teſt. par. 2. n. 130. & iterũ eod. tract. tit. de probat. teſt. par. 3. n. 210. Vox enim populi inconſtãs, & volubilis eſt Vnde dicit, Ariſtot. in 3. rhetoric. quantò maior
128 populus, tantò minor intellectus, ſemper enim populus dicere ſolet, viuat qui vincit, & tempore victoriæ gens populi applaudit, tẽpore verò tribulationis blasfemat, vt occurrit in Triũpho Domini Noſtri Saluatoris; dicebat gens populi in Triunpho: Benedictus qui venit in nomine Domini. Hinc ad paucos dies poſtea tẽpore paſſionis blaſphemabat, dicendo. Crucifige, Crucifige, & fuerunt vanæ voces populi, quarũ acclamatione perterritus ille Prę ſidens ante condemnationem protulit illa verba.

Io me ne lauo l'vna, e l'altra mano,
Ch'al ſangue di coſtui ſono innocente,
Danno ſia popol tuo, empio, e inhumano.

Contra quem iterum inſurrexit tumulus, & vox populi dicentis: Crucifige, Crucifige, & ſanguis eius ſuper nos, & filios noſtros, ex quibus leguntur illa carmina.

Venghi il ſuo ſangue ſopra noſtra gente,
E ſopra i noſtri figli, e ſucceſſori,
Hor via, farel morir preſto, e ſouente.

Vnde redeundo ad propoſitum, meritò dixit Grammat. in conſ. crim. 42. n. 8. toto tempore vitæ ſuæ
129 nũquam vidiſſe famam publicã benè probatam, nec vnquam bonum Iudicem ſe ſuper ea fundãtem propter multa requiſita, quæ adhibenda in ea veniunt, ſequitur Gram. Guttier. conſ. 35. n. 24.

Et quò ad quartum, fama debet probari ad minus per tres teſtes om-
130 ni exceptione maiores, & eorum qualitas debet probari, Caualcan. in tract. de Bracch. Reg. tit. de numer. teſt. par. 2. n. 130. qui multos congerit, & debent ſufficientem cauſam ſcientię reddere, aliàs nõ probant, Clar. quęſt. 6. n. 13. §. final. licet Clar. cit. §. final. quæſt. 6. n. 12. verſ. ſciendum eſt, teneat poſſe probari, etiam per duos teſtes tantum. Li-
131 mita, niſi teſtes deponentes ſuper ea examinati ſint decem, nam faciunt vnitatem, & quamuis formiter non depoſuerunt cũ requiſitis, vt ſupra, eorum numerus ſupplet defectum, Gram. cõſ. 57. n. 19. contra quem valdè impugnat Baiard. ad Clar. quæſt. 6. n. 2. vbi dicit, quòd fama tali mo do per decem teſtes probata ve-
132 hemens fama non dicitur. Vndè fama benè probata minuit in-
133 ditium contra inquiſitum, Marant. conſ. 77. n. 2. vide eundem in conſ. 6. & 69.

Et ſi fuerit fama publica in ſpecie probata

probata contra inquiſitum de ſo-
134 lito delinquente, vel de malis
moribus, & vita non eliditur per
probationem ſuæ bonæ famæ in
genere, ſed debet in ſpecie pro-
bari; quia generi per ſpeciem de-
rogatur, Marant. conſ. 74. n. 13.
Vndè, quando lege, aut ſtatuto
mala fama deſideratur, debet in-
telligi rectè, & formiter proba-
ta, vt ſupra.

Et dum ſupra dixi, ex §. 12. prag. 9.
de monet. mala requiri qualitatẽ,
quæro quomodo hoc intelliga-
tur, ſi in eodẽ, vel diuerſo genere
mali, ſemper à lipſis, & tõſoribus
135 dicere audiui, ſemel malus in
eodem genere mali, ſemper prę-
ſumitur malus, ex regula iuris.
Tamen, quòd malus præſumatur
ſemper malus, etiam in diuerſo
genere mali propter connexita-
tem, quam vitia habent inter ſe,
tenet Alciat. in regul. tertia præ-
ſumpt. 7. n. 2. quẽ ſequitur Me-
noch. de præſũptionib. præſũpt.
32. n. 26. [Carocc. de re furtiua
pęnes tertiũ reperta quæſt. 9. n. 3.]

Quidquid dicere tẽtauerint Alciat.
& Menocch. parcant mihi; ne-
ſciũt enim in hoc quid petant, &
136 eorum dictum non procedit,
nec ſequitur conſequentia; Eſt
latro, ergo Concubinarius; Eſt
homicidia, ergo ſimoniacus; Eſt
vilis, ergo infamis, eſt pauper,
ergo non idoneus, & ſimilia, quia
cum infamia debet concurrere
mala vita, & morum malorũ qua-
litas, cùm infamia, ſit quædam
137 malorum operum, & verborum
nota, vitam malam habitu malo
ducens, ſuſpictioni, & ſcandalo
annexá, cap. ex literis, & ibi gloſ.
de homicid. & proindè ſi quis eſt
138 vilis, non refertur ad malos mo-
res, compatibile enim eſt quem
eſſe vilem, & probum, nec ſequi-
tur conſequẽtia, eſt pauper, ergo
indignus, licèt aliqui ſuperbi, &
pauperum inimici, eos deluden-
tes, ipſorum dictum non admit-
tant, ducti dicto illius Poetæ cha-
ritatis Hoſtis.

Non è virtù, che pouertà non guaſti.

Nam habetur in Sacra pagina: Beati
pauperes ſpiritu, quoniam ipſo-
rum eſt Regnum Cœlorum. Vn-
dè non ſequitur dicta conſequen
tia; multi enim ſunt virtuoſi in
vno, & peccant, ſiuè incurrunt in
aliud, & adhibitoria datur pro
vno vitio, quę ceſſat in alijs. Ergo
conſequentia non admittitur, Ca
rocc. de re furtiu. pœnes tert. re-
pert. quæſt. 9. n. 4. Taceat igitur
Menoch. qui hanc conſequentiã
ſubſtinere auſus fuit, & ſi in toto
hoc diſcurſu eũ magnopere lau-
daui, conatus ſum in hoc paſſu eũ
damnare, & conferunt mihi Car-
mina Poetæ:

Se v'offendo Menocchio in queſto loco,
Lodou'in tanto ſtudio, e non è poco.

Et ſi probata fuerit mala fama in
vno tempore, & in alio bona vl-
139 tima attenditur, Caual. cit. loc.
de numero teſt. par. 2. n. 130. Et,
quòd poſterior elidat priorem, &
140 fortior debiliorem, niſi debi-
lior

lior eſſet magis veriſimilis, ibid. verſ. ſed pono, de cuius veritate, vide Clar.qu.6.n.26: & ibi Baiar. & Farinacc. tit. de inquiſit.quæſt. 2.num. 27.

Vndè reſolutis modis, & requiſitis ad falſæ monetæ delictum ſpectantibus, aliqua ad eandem materiam ſcribenda duxi.

Et primo tu ſcis, ꝙ ex regul. l. final. §.1. de accuſat.nō admittitur ſo-
141 cius contra ſocium, ſcias nunc, quia in hoc crimine falſæ monetæ admittitur, quia ſpeciale eſt, Decian.tom.2. lib.7.cap.24. n.7. de Franch. deciſ.401.n.5. qui teſtatur poſſe ſocium eſſe teſtem, & in tortura de ſocio interrogari, ſequitur Catalan.de indult.cap. 28. n.62. Et habet hic ſocius delicti immunitatem, Decian.ibid.
142. Peguer. quæſt. 5. prout in dies videmus ſeruari. An verò differāt ſocius criminis, & ſocius in crimine, vide Caualcan. deciſ.13.n. 5.par.5.limitat verò Decian.ibid. n. 9. niſi iſte ſocius, qui interrogatur, vel deponit, eſſet infamis, Gram.conſ.crim. 61. per tot.

Quæro ſi fuerit repertum quem habere in ſinu, vel ſupra ſe falſam
143 monetam, an dicatur cōuictus, Bald.in conſ.155.n.3. dicit, quòd nō eſt cōuictus, ſed inſpiciēda venit qualitas perſonæ, an ſit bonæ, vel malæ famæ, & an pecunia
144 ſit magna, vel parua; Tu autem ex dicto Euāgel.in eo, qui abſcondit pecuniam Domini ſui, & in alio, qui eam exhibuit, dicendo:
145 Domine, duo talenta tradidiſti mihi, ecce alia duo, &c. diſtingue, quòd aut ille, pœnes quem fuit reperta, fecit aliquem actum, vt illam proijceret, ſeù abſconderet; aut actum huiuſmodi non fecerit, ſed ſimpliciter palàm eam habuit, vel exhibuit. Si primo caſu, dictum Bald. non procedit, & dolum adeſſe ſignificat, niſi alia cōcurrant inditia, ꝙ Iudex arbitrabitur. Si verò ſecundo caſu, cōtra
146 ipſum Fiſcus non arguit, niſi aliæ inſurgant præſumptiones, Decian.cit.cap.26.n.5. de Frāch. deciſ. 401. n. 2. ad fin.

Tu ſcis, quòd condemnatus, & conuictus in hoc delicto, vel conuictus tantùm, vel condemnatus
147 non appellat, Decian. citat. cap. 24. n.13. Muſcatell. eod. tit. n. 22. Catalan. citat. cap.28. nu. 74. quæro in quo delicto hoc intelligitur in fabricante, in adulterante, vel in expendente, vel in-
148 tondente, ſeù radente? Peguer. deciſ.85. tenet procedere, nedū in fabricante, verùm etiam in
149 tondente, vel radente. Tu autē dicas procedere in fabricante, nō autem expendente, de Franch. deciſ.351. Petr. ad Grammat. deciſ. 74. n.3.

Tu ſcis, ꝙ eximens carceratum punitur, l. Iulia, de vi priuat. ſi pro
150 debito ciuili carceratus erat, l. legis Iuliæ ff. ad l. Iul. de vi priuat. licèt de Franch. teſtetur, fuiſſe huiuſmodi eximentem condemnatum pœna triremium per biennium,

nium, vt in deciſ. 442. ꝙ etiam procedit ad intereſſe cõtra eum,
151 qui notificauit debitori, vt aufugiat, Garz. 426. & eximens carceratum cõdemnatum, vel cõuictum de aliquo delicto punitur, l. Iul. Maieſt. Marant. diſp. 1. n. 11. de cuius veritate, vide Clar. quęſt. 29. verſ. eximẽs, & quæſt. 68. verſ. eximens, & Farinacc. in tit. de carcerib. & carcerat. quæſt. 32.
152 ſcias nũc, quòd in hoc delicto falſæ monetæ, quia ſpeciale eſt, eximens carceratum de falſa moneta, capite punitur, Decian. cit. cap. 24. n. 14.

Tu ſcis, quòd quilibet in ſuo territorio ibi delicta commiſſa cognoſcere poteſt, vulgatis iuribus,
153 in hoc delicto ſecus, quia ſpeciale, de quo ſola M. C. cognoſcit, quamuis Barones habeant priuilegium cognoſcẽdi de omnibus delictis, etiam de illis, de quibus ſola M. C. cognoſcit, de Franch. deciſ. 275. vide Fab. à Monteleon. in pract. tit. arbitr. par. 4. tit. Iur. canon. ſanct. contra falſ. monet. Reos, & ego dixi ad Grammatic. deciſ. 2. n. 30. Sed per prag. 9. de monet. §. 18. & 19. videtur datam eſſe poteſtatem Audientijs regalibus Regni in hoc delicto procedendi.

Tu inſuper ſcis, quòd opem, auxiliũ, vel fauorem delinquenti præſtãs
154 punitur auctoritatibus adductis per me ad Gram. deciſ. 25. vbi auxilij materia latè fuit diffuſa. Quæro an procedat in muliere
155 opem marito pręſtante, vel maritum hoc delictum falſæ monetæ committentem, non prohibẽte, ita ꝙ opem præſtans, vel non prohibẽs, vel non reuelãs puniatur? dicas, quòd vxor ſciens maritum falſam monetam cudere, nõ tenetur reuelare, ne fidem coniugalem tradere, & frangere videatur; Farinacc. qui nonnullos recenſet in tract. de indit. & tortur. quæſt. 51. n. 81. & ſeq. qui tenet mulierem teneri, & è contra maritum vxorem, patrem filium, &
156 è contra diſſuadere, & diuertere, ne crimen cõmittat, quidquid dicat Grammat. deciſ. 72. mulierem Decij Piſciotta, ne in hoc crimine culpoſa redderetur, maritum cudentem reuelaſſe, & ad vltimum ſuppliciũ duxiſſe. Tu autẽ vide Gomeſ. 3. tom. delictor. tit. de homicid. n. 42. vbi habes, quibus excuſationibus potiũtur huiuſmodi perſonæ, quæ tenentur indicare delinquentes, & delicta.

Quod ampliatur etiam in conſcio criminis, qui nõ reuelauit, vel nõ
157 prohibuit, & prohibere potuit, ꝙ procedit, etiam in alio, Decian. cit. cap. 25. n. 2. Ex eo, quia quili-
158 bet hoc crimen ſciens, tenetur indicare, Catalan. cap. 28. n. 64. 65 & 70. & præmium cõceditur reuelanti, idem n. 65. & §. 20. & 21. prag. 9. de monet. & §. 18. Et poſſunt huiuſmodi falſæ monetæ de-
159 linquentes propria auctoritate capi ſine Iudicis iuſſu, Decian. cit. cap. 24. n. 12. Muſcatel. cit. tit. n. 23

Si quis aurum, vel argentum ſuum, aut alterius cum publico cuden-
160 dum curauit, an puniatur, vide Decian. cit. cap. 23. n. 16.

Expendens monetam contra ſolitū habet contra ſe inditium, DD. in
161 l. milites ff. de quæſt. & ego dixi ad Grām. decif. 74. verſ. expēdens.

Si quis fuerit de hoc delicto accuſatus, vel de alijs delictis delatus, adeò, quod dicatur malam famam
162 concurrere, dicas, quod ſi per triennium poſt delictum benè vixerit, ſufficit, & tollitur illa mala fama, Viu. decif. 98. n. 7. & Anton. Corſett. ſing. præſumptio, littera P. quod quomodo procedat, vide Farinacc. quæſt. 23. n. 26. & ſeq.

Tu ſcis, quod accuſans aliquem, & nō probans, vti calumnians reputatur, & in expenſis debet condem
163 nari, ex Gram. decif. 39. quod intelligas procedere, dummodò denunciatio, vel accuſatio fiat ſpecificè, & proprio nomine, & cognomine, non autem genera-
164 liter, Guid. Pap. decif. 269. prout latè ad Gram. dixi decif. 39. Scias
165 nūc, in hoc crimine ſecus eſſe nā ex eius priuilegio accuſās, vel denuncians quem de hoc crimine falſæ monetæ, & non probans, excuſatur, & non punitur, Menoch. de arbitr. Iudic caſ. 321. n. 26. 27. & 28. Decian. tom. 2. tract. crimin. lib. 7. cap. 24. n. 9. Quod limita non procedere, quādò ac-
166 cuſans, vel denuncians eſſet ſolitus denunciare, vel accuſare, & non probare, tunc tenetur, & non excuſatur, ex reg. Iur. quod ſemel malus, &c. Sic teſtatur Menoch. citat. caſ. n. 17. cuius auctoritate fretus ego, ſic dicebam, Hectorem Magotolo Terræ Sereni denunciantem N. de falſæ monetæ crimine, nō excuſari, ſed in expēſis condēnari. Conſtabat enim in actis huius R. A. Hectorem prędictū aliàs denunciaſſe, & non probaſſe, nedùm cōtra priuatas perſonas, verùm etiam, & contra Officiales huius Prouinciæ.

Quando, & quomodo autem dicatur calūniator, præuaricator, aut
167 Tergiuerſator, & an differāt, & quomodo, vide Petr. Gregor. Toloſ. ſyntagmat. Iur. Tom. 2. par. 3. lib 32. cap. 20. tit. de accuſat. delict. per tot.

Caput Secundum

ARGVMENTVM.

Bannum, vt Monetarij exfractent à Regno, quomodo, & de quibus intelligitur.

Fęminæ an compræhendantur ſub banno exfractationis.

SVMMARIVM.

Dantes monetam, vt minuatur, an comprahendantur ſub Banno, n. 2. Et an requiratur ſcientia, ibidem.

Inquiſiti de falſa moneta, vt exfractent à Regno quomodo intelligitur, & quæ requirantur, n. 2. 3. & 4.

Fœminæ an includantur ſub Banno exfractationis à n. 5. ad 16. & quæ fœminæ comprahendantur, à n. 17. & 19

Teſtes ad defenſam, an debeant eſſe omni exceptione maiores, à n. 20. ad 24.

Tu

TV ſcis, quòd virtute Banni Domini Ducis Oſſunæ, quod hodie eſt poſitum in corpore Pragmaticarum, & eſt prag. 14. tit. de monet. fuit iniunctum, vt omnes de hoc crimine inquiſiti ab hoc Regno exfractent, ex quo fuit orta difficultas quomodo debebat hoc Bannum obſeruari, & eius obſeruantia procedere, dum in eo aderant illa verba: *& ſaranne ſtati inquiſiti*; & inde per alia ſequentia: *& contro eſſi ſarà proceduto.*

1 Per D. Scipionem Rouitum in huiuſmodi cauſis delegatum fuit conſultus Dñs Dux Oſſunæ huius Regni tunc Prorex, à quo fuit declaratum mediantibus literis declaratorijs eidem Domino Rouito ſcriptis, tenor quarum ſequitur, v3. A tergo. Al Conſigliero Scipione Rouito. Intus verò. *Su Excellençia es ſeruido de declarar el bando de esfrato deſte Reyno publicado à 22. de Nouembre 1616 que en el ſean comprendidos no ſolamẽte aquellos, que principalmente han fabricado la moneda falſa, ò cercenada la buena, ma tambien todos aquellos, que ſcientemente han dado, ò hecho dar la moneda buena par acortarla, ò recebidola, ò hecho*

2 *recebir la moneda falſa, ò cercenada de aquellos, que la han fabricada, y cercenada, para haẓerla gaſtar, y que han participado, y dado qualquier aiuda à los principales fabricadores de la dicha moneda falſa, ò cercenadores de la buena y tambien contra aquellos, que han comprado cercenaduras de dicha moneda, ò aquella derretidas, contra de los quales ſe aya procedido al acto de la conteſtacion de la lid, ò otro acto irretractable, no obſtante, que deſpues hechas, ò no hechas las defenſiones hayan ſido librados, quando però hayan indiçios baſtante, y ſufficientes para poderles dar legitimamente las defenſiones, mas à reſpeto de aquellos, cõtra los qua les nò hauia indicios ſufficientes à dar les defenſiones, declara que ſu mente nò hà ſido, ni es que ſean comprehendidos en dichos Bandos, hauiendo ſeguido liberaçion de ſus perſonas, ſi però nò han ſido tormentados, ex proceſſu informatiuo. Auiſolo à V.S. paraque aſſi lo pueda oſeruar. Dios guarde à V.S. de Palacio à 14. de Mayo 1618. Aparicio de Vriue.*

Quod indè fuit confirmatum, & iuſſum ſeruari per Illuſtriſſ. Dominum Cardinalem Zapata in hoc Regno Locumtenentem generale, virtute ordinis directi Don Didaco de Quinones in hac Prouincia Præſidi, cuius tenor eſt, v3. *Eſpectable Señor. Paraque eſſa Regia Audiençia de Principado Vltra tenga notiçia del modo, come ſe hà de*

3 *entender el Bando del esfrato del Reyno contra monedarios, que hiẓo publicar el Señor Duque de Oſſuna à 21. de Nouiembre del Año paſſado de 1616. que al preſente es la pragmatica quinze del titulo de Monetis; He querido embiar con eſta copia authentica del juramento con la de vn Villetto de Aparicio de Vriue ſu Secretario fecho à 14. de Mayo 1618. dirigido al Conſejero Scipion Rouito en que declara en nombre de Su Excellençia,*

çia, como ſe hauia de platicar, y para que en el Tribunal de eſſa Audiençia no ſe yerre, en la obſeruançia del dicho Bando, encargo, y mando à V. M. prouea que en ella ſe obſerue la forma de lo contenido en lo vno y en lo otro, aſſi en las cauſas pendentes como en las futuras de inquiſiçiones contra monetario. y
4 *que eſta carta juntamente con los papeles que auiſa ſe conſeruen en la ſecretaria de la Audiencia de eſſa Prouinçia, y ſe regiſtren en ſus libros, y me auiſarà V. M. de la eſecuçion. Dios guarde V. M. de Napoles à ſeis de Nouiembre 1621. A lo que V. M. mandare El Cardinal Zapata.*

Quçro nunc an hoc bannum contineat fœminas ita, vt fœminę de
5 hoc delicto inquiſitæ teneantur virtute illius Bāni ab hoc Regno exfractare? quilibet prima diceret fronte, fœminas nō includi duabus de cauſis, prima quia hæc pęna triremium in Banno appoſita, non poteſt exequi contra mulie-
6 res, quia eis inconueniens eſt, & ſunt inhabiles; Ergo nō compræhendit; ſecunda quia bānum eas non exprimit, ſi voluiſſet eas cōprehendere, vtique dixiſſet, prout in nonnullis alijs ſtatutis, & bannis fœminæ fuerunt comprehen-
7 ſæ, nempè in prag. 9. de exulib. quādo loquitur de exfractatione affinium Bānitorū fuerunt comprehenſæ fœminæ, vt exfractarēt, & fuit eis impoſita pęna fuſtigationis, & poterat in hoc banno etiam pœna fuſtigationis, & in ſimilibus alijs. Aliqui dicunt cōprehendi ſub hoc banno, & eas exfractare debere, ea ratione, quia hoc bannum generale eſt, & ad publicam vtilitatem; nā ad extirpationem delinquentiū, & ipſorum frequentiam euitandam in-
8 ducitur; Ergo non recipit reſtrictionem de habilitate ad inhabilitatem, vel conuenientiam perſonæ, nam quādò Bānum, vel ſtatutum generaliter loquitur fauo-
9 re publicæ vtilitatis, non recipit reſtrictionem de habilitate perſonæ, l. ſi quis in graui §. vtrū, verſ. hi quoque ff. ad Syllaian. Bald. in l. 1. in fin. C. de precib. Imper. offerend. Ratio iſta videtur valdè ſtringere, tamen habet in ſe reſponſum, nempè hoc dictum nō ſic ſimpliciter debet intelligi, ſed recipit declaratiuam reſtrictionem; nam licèt loquutio generalis fauore publicæ vtilitatis
10 nō recipiat reſtrictionē de habilitatione perſonæ, tamen de iure reperitur, quòd quantumcumque generaliter loquatur, etiā in materia, in qua publica verſatur vtilitas, recipit reſtrictionem, nempè, de iure reperitur, quòd quilibet poteſt alium defendere, & in hoc publica verſatur vtilitas, l. ſeruum quoque §. publicè ff. de
11 procuratoribus. Attamen mater non poteſt defendere filium pupillum, quia officium virile eſt, & ideò tutorem petere debet, l. alienam C. de procur. [Quando ſtatutum compręhendat fęminā, vide Campagn. in cap. ad hoc, vt

vt noſtrorum, n. 101. & ſeq.]
Fauore publico introductum eſt, vt
quilibet nouum ſuum opus ędi-
12 ficanti in loco publico denun-
ciare poſſit; tamen id non per-
mittitur pupillo, tanquam inha-
bili, & ſic illa lex, licèt generaliter
loquatur, & fauor publicus prin-
cipaliter conſideretur, recipit re-
ſtrictionem de habilitate perſo-
næ: abſurdum enim ſequeretur,
ex hoc, quia nulla lex pateretur
hanc reſtrictionem de habilitate
perſonæ; omnia enim lex publi-
cæ vtilitatis fauore emanat, & in
tantum eſt lex, in quantum pu-
blicum fauorem recipit, cap. erit
13 autem lex, diſtinct. 4. Ergo ex his
colligitur fœminam non cōprę-
hendi; darem ego meam opinio-
nē, ſi nō vidiſſem Soccin. Iunior.
diſputantem articulum conſ. 25.
14 vol. 1. Pro nunc dicas, quòd fœ-
minæ includantur in hoc banno,
dubitatū fuit hoc in R.A. Luce-
riæ in quadam muliere Ciuitatis
Foggię de hoc crimine inquiſita,
15 quæ virtute banni non exfracta-
uerat, & per illud Tribunal, con-
ſulta Sua Excellentia, à qua non
fuit aliter declaratum ſuper con-
trauentione dicti Banni, ſed ſim-
pliciter mandatū, vt de nouo mu-
16 lieri illa R.A. præceptum faceret,
vt exfractaret, & ſi non obediret,
iterum S.E. certioraretur, vt affert
Petr. ad Grāmat. deciſ. 63. num. 7.
[Verum de Toro vot. 71. n. fin.
me citato aliud exemplum refert
fuiſſe mulierem compręhenſam,
& punitam, quem vide, quia pul-
cra adducit.]
Hæc enim ſcripſi, quia plures fui
de hoc interrogatus, nēpè ſi vxor
17 in hoc crimine inquiſita cōpre-
henderetur.
Et ſi bannum, vel ſtatutū fœminas
comprehenderet, de omnibus,
18 an de aliquibus intelligendum
eſt, habita ad ętatē cōſideratione,
poſſet argumentari, non cōprę-
hendi maiores ſexageſimo anno,
nec minores decimo quarto, ar-
gumento eorum, quæ habentur
in prag. 9. tit. de exul. Tu cogita.
Et circa illud, quòd ſupradixi, quēli-
bet poſſe huiuſmodi criminoſos
capere, etiam ſine Iudicis præce-
19 pto, & quòd quilibet illos ſciens
tenetur denunciare, & denunciā-
ti indulgetur, & præmium cōce-
ditur, fuit de nouo declaratum,
virtute Banni publicati tempore
Eminētiſſimi Cardinalis Zapatæ
in hoc Regno Viceregis, ꝙ eſt
inſertum in volumine Pragmati-
carū, & eſt prag. 22. tit. de monet.
Vlterius pro complemento ſcias, ꝙ
in criminalibus teſtes debēt eſſe
20 omni exceptione maiores, &
probationes debēt eſſe luce me-
ridiana clariores, vulgata, l. ſciant
cuncti C. de probationib. ꝙ om-
nibus eſt notum, vt dicit Boſſ. in
tit de conuict. n. 9. modo dubita-
tur, an probationes ad defenſam
reorum factæ ſic procedere de-
beant, nempè, vt teſtes ſint omni
21 exceptione maiores, & proba-
tiones luce meridiana clariores?

Dicunt

Dicunt prima facie multi, ꝙ ſic ea ratione, ex regul. nam nil tam
22 naturale eſt, vt vnumquodq; ꝙ eodem vinculo ligatur, eodem vinculo diſſoluatur; Et proindè ſi quando ligatur inquiſitio contra delatum, luce meridiana clariores requiruntur probationes, Ita, & pari modo quandò diſſoluitur inquiſitio per defenſiones, quæ plenæ, & clariores deſiderantur modo, quo ſupra, ratio iſta regularis videtur in ſe non habere difficultatem, tamen cùm tractetur de vita hominis, quæ prætioſior
23 alijs rebus eſt, ſciẽdum eſt, quòd ad defenſam ſemiplena probatio ſufficit, & etiam dubia, vt dicit Crauett. conſ. 2. n. 16. Tu vide Decium conſ. 459. n. 6. & 469. n. 5. & 10. [Si ad defenſam inquiſitorum examinantur mulieres, præferuntur viris examinatis pro Fiſco, De Angel. ad Foller. pract. crim. tit. recipiantur defenſiones reorum, n. 44.] Scias nunc, quòd
24 in materia falſæ monetæ ſufficit ad defenſam de hoc crimine imputatorum aduerſus Fiſcum, vt probatio nedum dubia, ſed aliàs non concludens, admittatur, & ſufficit minus exacta, & ſemiplena probatio, & ſatis eſt, quòd Iudex ex teſtiũ atteſtationibus poſſit probabiliter, & cum veriſimilitudine induci ad ſic credendũ, poſt Anchar. conſ. 183. n. 4. & poſt Boſſ. in tit. de conuict. n. 62. ſequitur Caball. reſolut. crimin. centur 2. caſ. 199. n. 13. Et hæc fuit ratio potiſſima, qua inquiſitos de hoc crimine falſę monetę, Caball. abſoluere fecit, quẽ vide.

DE DELEGATIONE
Caput I.

ARGVMENTVM.

Iuriſdictio quando dicatur excitata, quando verò delegata.
Delegatio quibus verbis inducatur.

SVMMARIVM.

Clericus inquiſitus de falſa moneta an priuilegium clericale amittat, num. 1. 2. 3. & 4.

Mulier an teneatur reuelare maritum falſam monetam cudentem & è contra maritus vxorem, pater filium, & filius patrem, num. 4. 5. 28. & 29.

Minor pro hoc crimine torquetur, n. 6.

Minori delinquenti datur curator, n. 7.

Curator in quibus interueniat minori ſe defendenti, n. 8. ad 19. & n. 20. ad 27.

Adoleſcenti incitamentum natura vitiorum oritur, num. 18. & 19.

Tortura totum corpus cruciat, n. 21.

Filius an teneatur pro delicto patris, & è contra, num. 28.

Expendens monetam falſam an puniatur num.

num. 30. ad 36.

Continentiæ cauſa an detur in criminalibus, & in quibus caſibus, n. 37. ad 42.

Iuriſdictio præoccupata quando dicatur, num 34.

Præſes Prouinciæ omnia delicta in eius Prouincia cognoſcit, num 44.

Delictum falſæ monetæ ad R. Tribunalia ſpectat, num. 45.

Iuriſdictio quando cenſeatur delegata, quando verò excitata, n. 46. ad 62.

Verbum: iubeo, verbum: dico, verbum: mãdo, verbum: præcipio, verbum: concedo, verbum: ordino, verbum: volo, verbum: delego quid importent, & an differant, & an ducant delegationẽ, n. 48. ad 62

Verbum: encargo, quo Hiſpani vtuntur, quid importet, num. 48.

Princeps in reſcriptis aliquid retinendo an inducat delegationem, num. 61. & 62.

DEcreueram de delegatione nullum ſermonẽ facere, cùm materia ſit ab omnibus tacta, amplexa, & ventilata, verùm, quia eſt occaſio præceps ex infraſcripto delicto ſecuto, neceſſe fuit ſuper illo aliqua diſſerere, quæ placuit hic inſerere, tempore quo de ea non cogitabam: vndè Poeta.

Me hà colto com'vcello, oue men paue.

Et ex facto habes materiam de delegatione, & alia ſuper occurrenti caſu.

Aſcanius Capuano, & Nicolaus Volta Terræ Sereni venatores, vti tales per territoriũ Sereni deambulantes die quinto Maij 1621. in quodã nemore, vbi dicitur Sancto Saluatore exiſtẽtes, rumorem intus quandã ſpeluncã in eo ſitã audientes, ad eam Aſcanius acceſſit, qui ante illam proſpexit Donatum Parrella eiuſdẽ Terrę Sereni, qui Donatus eumdem Aſcaniũ videns, ferè ſecretũ ſermonẽ in eadem ſpelunca, protulit hęc verba: *tata, tata gente fora*, & Aſcanius eundem Donatum interrogauit, quid ageret, ex dicta ſpelunca exiuit Thomas Maſone, alias Parrella ipſius Donati pueri pater, qui videns dictũ Aſcanium, arripuit fugam cum quibuſdam inſtrumentis ad falſam monetã, eũ ſequebatur dictus eius filius, valdè miratus Aſcanius de fuga, de motu, de inſtrumentis, & de loco; ſpeluncã ingreſsus inuenit alia inſtrumẽta ad falſam monetã pręparatoria, & inſequendo patrem, & filium, filium appræhendit; & ligauit, cuius voce, & acclamatione concurrit pater, & minando aduerſus Aſcaniũ, vt filiũ abire permitteret, quamdam cortellã, vt vulgato verbo vtar, quam ſecum habebat, euaginauit, & Aſcanium inſultãdo, dixit, vt puerũ dimitteret, & occidendi animo Aſcanium, vt filiũ liberaret, accedebat, & dũ Aſcanius videbat patrem, filium falſam monetã, ibidẽ cudẽtes, ſe in periculo imminere videbatur, nam ſi filium non dimittebat, manifeſtum vitæ periculũ amplectebatur, cũ Thomas ipſũ occidebat; ſi verò abire permitte-

mittebat, tamquā hoc facinus nō reuelās in crimen incurrebat, quare data altercatione inter Thomā,& Aſcanium, quia eius filium eximere ab eius manibus volebat, ne hoc delictū Curię propalaret, emiſſo ictu ſcoppitti,quē Aſcani⁹ aſportabat vt vulgo dicitur à miccio, Thomā illo tūc ibidē interfecit, Aſcanius puerum legatum, & omnia inſtrumēta reperta ad Capitaneum Sereni aſportauit, & factū narrauit, qui carcerauit dictū puerum,& Aſcanium,inſtrumēta prædicta recepit, & huic R.A. factū narrandum cenſuit, quę Auditorem Paulum Strambonē deſtinauit in partibus ad informationē capiendam, quo accerſito ad Terrā Sereni, & loco proſpecto,& informatione capta,ad hoc Tribunal inſtrumenta aſportauit, vna cum puero , & homicida, & vxore occiſi, inde fuit captus N. clericus prętextu cuiuſdā denūciationis Pręſidi factę per Hectorem Magorolo , Tomā monetariū occiſum cū eodē clerico practicaſſe domi de nocte, quo denunciato per hoc Tribunal Eminentiſſ. D. Cardinali Zapata in hoc Regno pro Regia Maieſtate Vicēgerente,per eū fuit cōmiſsū, vt hæc R. A. in cauſſa prędicta procedat, vt patet, ex literis, tenor quarum eſt , videlicet. A tergo. *Al eſpectable Señor D. Diego de Quiñones del Conſejo del Collateral, y Gouernador de la Prouinçia de Principado Vltra. Monteſuſcolo.* Intus verò. *Eſpectable Señor. He viſto por la carta de V. M. de 9. de eſte el homicidio, que comitio en Serino el hombre, que entrò en la cueba à reconocer los que eſtaban en ella haziendo moneda falſa, y por la grauedad, y conſequençias de eſte caſo, encargo à V. M que ordene à eſſa Audiençia haga juſtiçia en ella, y me vaya auiſando con puntualidad lo que ſe fuere haziendo. Noſtro Señor, &c. Napol. à 22. Mayo 1621. A lo que V. M. mandare El Cardinal Zapata. A. D Diego de Quiñones. Principado Vltra 1. fol. 6.*

Nuper cùm de ipſius cauſę expeditione tractatur, plura diſcutienda veniūt,& Primo, an N. poſſit per hāc R. A. cognoſci, in qua fuit denunciatus. Secundo , an mulier dicti Thomæ occiſi monetarij tenebatur reuelare maritū monetā falſam cudentem, & quia non reuelauit, puniatur, & qua pœna. Tertio, an hic Donatus puer fili⁹ ipſius Thomæ occiſi, & monetarij, qui cum patre fuit repertus cudere, & ſimul cudebant, prout ipſe fatetur, poſset torqueri , an terreri, & ſi torqueri, an curatoris interuētus adeſſe debeat, Quarto, an Sabatus Maranzino ſimiliter arreſtatus prętextu, ꝙ ipſius filij ſint inproceſſu nominati, tamquam conſcij ipſius monetarij, & ꝙ pęnes eum fuerunt reperti ducati vndecim argenti, in quibus fuerunt inuenti non nulli falſi, poſſit puniri; & qua pęna. Quinto, an remiſſio pro parte Illuſtriſſimi Principis Sancti Boni vtilis Domi-

Domini Terrę Sereni petita homicidij ad Curiam Sereni cadat, an verò vti cauſa annexa in hoc Tribunali terminãda veniat. Sexto, an per has literas cenſeatur Iuriſdictio tãtùm excitata, iuxtà formam cap. 14. prag. 89. cap. vel delegata. Quo ad primum pretẽdit Regius Fiſcus in Priuilegium
1 huius criminis Clericum Priuilegium Clericale amittere, & prodè hunc Clericum poſſe per hanc R.A. cognoſci. Tu verò dicas, quòd quamuis Clericus delictum atrox committat, non punitur à Iudice layco, quia Clerici ſunt exempti à legibus temporalibus, ex communi ſcribentium
2 ſchola per cap. cùm Eccleſia de conſtit. & Clericus non eſt ſubditus Iudici layco, cap. ſi diligẽti de for. competent. Immò cõuentum eſt inter Regem, & Romanã Eccleſiam in inueſtitura, ꝙ Rex nullam in Clericus habet Iuriſdi-
3 ctionem, niſi ratione feudi, vt dicit Afflict. in conſt. Regn. Iuſtitiarius nomeñ n. fin. & iterum in conſt. de perſon. 3. nu. & in termini, ꝙ in falſa moneta Clericus non puniatur à Iudice ſæculari, tenet Campagn. in cap. Regni, vtq; ab excellentia nu. 17. ergò hic Clericus cognoſci nõ poteſt.

Quò ad ſecundum mulier maritum falſam monetam cudẽtem ſciẽs, vtrum teneatur reuelare, & omiſſa diſputatione, dicas mulierẽ nõ
4 teneri hũc maritum reuelare, ne fidem coniugalem frangere videatur, Farinaec. qui omnes recenſet in quæſt. 51. n. 81. qui n.
5 ſequen. affert teneri tamen maritum diſſuadere vxorem, & è contra, patrem filium, & è cõtra, ne hoc faciat, & ab illo delicto diuertere, nc in illud incurrat, quid quid dicat Gram. deciſ. 72. mulier Decij Piſciotto, ne culpoſa in hoc crimine monetæ falſæ redderetur, maritum cudentem reuelauit, & eum ad vltimum ſupplicium duxit.

Quòd ad tertium, dicũt aliqui poſſe minorem in hoc crimine in-
6 quiſitum, licèt minorem decimo quarto anno, torqueri in Priuilegium huius criminis. Tu autem teneas poſſe minorem torqueri, cum interuentu tamen curatoris, ex Afflict. & ibi Vrſill. deciſ. 208. n. 2. Minori enim delinquenti
7 darur curator, aliàs acta non valent, Bald. in l. clarum C. de auct. præſtand. & poſt eum Marant. conſ. 144. n. 8. [Dian. reſol. moral. par. 4. reſol. 31. fol. 193.] minor enim ętas minuit pœnam, &
8 in minore de falſa moneta inquiſito minorata pœna, fuit, & de pęna ignis in pecuniariam conuerſa, & commutata, ſeruatũ fuiſſe Ferrariæ aſſerit Caball. cent. 1. reſol. crim. caſ. 134. n. 3. Vinc. de Franch. deciſ. 230. aſſert omnia Tribunalia fuiſſe vnita, & votatũ Iudicem in minori teneri pœnã
9 minorare; tamen quidquid ſit in Regno, verum eſt, ꝙ id totum relinquitur arbitrio Iudicis, vt per

prag. 1. de minor. quod arbitriũ
debet eſſe ſecundum leges, & re-
gulatum, Viu deçiſ. 86. n. 5. Re-
deundo verò ad caſum noſtrum,
10 an curatoris interuentus debet
adeſſe in omnibus illis, quæ fiunt
in ordine Iudicij, an verò in om-
nibus actibus? Afflict. cit. deciſ.
n. 3. dicit, quòd minor examina-
tur cum auctoritate curatoris, &
cauſa cognita, & non in alio. Tor
11 tura enim indè eſt exequutio
præcedentis adhibitæ cauſæ co-
gnitionis, Vrſill. verò ore; Aretin.
tenet curatorem debere interue-
nire, ſi fit interrogatio, nõ autem
12 quomodo minor reſpõdere de-
beat, cit. deciſ. 208. n. 2. circa finẽ
[Dian. par. 4. reſol. moral. tract.
6. reſol. 29. & reſol. 32. fol. 193.
Ciazz. diſcept. forenſ. 16. per tot.]
Gomeſ. verò de delict. to. 3. cap. 1.
n. 72. tenet curatorem interpone
re ſuam auctoritatem debere in
ipſo tantùm iuramento præſtan-
do de veritate dicenda, non autẽ
in ipſa depoſitione, ſiuè exami-
natione, in qua debet reſpondere
confitendo, vel negando, & tres
affert rationes. Primam, quia hæc
13 reſponſio cadit tantùm in ſcien-
tiam, & conſcientiam ipſius mi-
noris, non autem curatoris, nec
alterius. Secundam, quia curator
quando auctoritatem præſtat in
ipſo iuramento, cenſetur impli-
citè præſtitiſſe in ipſa reſponſio-
ne. Tertiã, quia cùm depoſitio ſe-
cretò fit, vt inſtructiones diuer-
tantur, fraudes auferantur, & veri-
tas ſimpliciter cognoſcatur, in
14 quo caſu curatore nõ opus eſt, &
ampliat, quòd licèt Aduocatus
intereſſe debeat ſuper articulo ſi
torqueri debet, vel ne; tamen in-
15 tereſſe non poteſt quæſtioni, &
examinationi, quia in ea reus in-
terrogatur de facto proprio, &
ſcientia, & non debet ab alio in-
ſtrui, Angel. verò de malefic. in
verbo: comparuerũt dicti inqui-
ſiti verſ. necnon ſis benè cautus,
tenet nullo modo minorem in-
terrogari poſſe ſine curatore, &
ſufficit adeſſe curatorem ad li-
tes, & ſi non adeſt, ei datur, qui
16 debet interuenire in altercatio-
ne, & pronunciatione ſi debet
quæſtionari, vel ne, & in illius in-
terlocutione, non autem in ipſa
17 tortura; tortura enim eſt actus
Iudicis, [in quo actu nõ debet cu-
rator interuenire, prout nec in
ipſa confeſſione, Ciazz. diſcept.
forenſ. cap. 16. prout in ſimili ſi
torquetur Clericus minor non
interuenit curator, ea antedicta
ratione, quia tortura infertur ad
eruendam veritatem, Genuenſ.
pract. Archiep. cap. 41: Ego verò
reminiſcendo, quod Rex Ferdi-
nandus Primus mandauit, vt Ad-
uocatus Pauperũ interueniat in
ratificatione, & in omni actu, vt
in cap. Neapolis 24. fol. 24. con-
trarium ſubſtineo] curatorem de-
bere interuenire, nedùm in pro-
nunciatione, iuramenti delatio-
ne, interrogatione; verùm etiam,
& in ipſa interrogatione, negan-
do, vel

do, vel affirmando, ſecus verò in actu ipſius cõfeſſionis, ea ratione,
18 quia hęc ętas nõ habet plenũ iudiciũ; Adoloſcentia enim incitamentũ, natura vitiorũ orit,& ipſius adoleſcẽtis conſiliũ non eſt ſuum, ſed alienum iuxtà Terentij carmen: Veſtrum cõſilium eſt,
19 non meum. Natura pronos eos ad malum facit, iuxta Senecæ dictum: Peiora inuenies facilè præcepta audiunt. Et ætas iſta eſt miſerationis digna, quidquid enim videt, ignorat,& nimirum ſi Pſalmiſta dixit: Delicta iuuẽtutis meę, & ignorantias meas ne memineris Domine. [Vide Farinacc.q.81. num.372.

Secundo dato verè delicto probato contra minorem, ſi pęna mino-
20 randa venit, vt ſupra, tãtò fortius in tortura æquiùs procedi debet, ne decipiatur, & principaliores
21 corporis partes debiliores reddantur per torturam, quæ totum corpus cruciat, tantò fortiùs in ipſa tortura curator interuenire debet, in qua maior terror concurrere poteſt.

Tertio omnia interrogatoria, quæ ſugeſtiuè fiunt, actum, vel con-
22 feſſionem ſequutam nullam reddunt,& licèt præſumendũ ſit pro iudice; tamen poteſt dari caſus, vt ſugeſtiones minori inferantur,
23 ergo curator in tortura requiritur, tota enim virtus in ipſa interrogatione conſiſtit, in qua poteſt metus, terror,& timor dari; Item poteſt minori perſuaderi, vt delictum confiteatur ſub ſpe indulgentiæ, ei gratiam promittendo,
24 quę etiã conſtantẽ virũ decipere poſſunt, meritò curator requiritur in ipſis interrogatorijs, prout fuit ſeruatum per hoc Regiũ Tribunal D.Io.Thoma Sancta Maria relatore in cauſa Pauli Santilli de Monte forte inquiſiti de furto in ſtrata publica minoris, fui ego curator adhibitus. [Aduocatus enim poteſt eſſe Curator, vel alia perſona grauis, fidelis, & bonæ conſcientiæ, non autem Officialis, Ciazz. citat. diſcept. 16. n. 28. prout in ſimili in Tribunali inquiſitionis datur curator, aduocatus, vel alia porſona qualitatis, cõfidentiæ bonæque conſcientiæ, non autem Officialis, vt refert Diana part.4. reſolut. moral. tract.6. reſolut.31. fol mihi 193. in illis verbis. *Si el reo fuere menor de 25. años, proueerſe ha de Curador en forma antes, que reſponda a la accuſacion, y con ſu autoridad ſe ratificara en las confeſſiones, que huuiere hecho, y ſe hara todo el proceſo, y el curador ne ſea Official de Santo Officio, y puede ſer el abogado, ò otra perſona de qualidad, confiança, y buena conciençia.*] & interueni nedum in delatione iuramenti, verùm etiam, & in omnibus interrogatorijs, prout dixi ad deciſ. Gramatic.96. Ergo concluditur ſimiliter in hoc caſu idẽ ſeruari, & huic minori forte tormentis,& quæſtionibus ſubijciẽdo curatorem dari, qui interue-
25 nire habeat in omnibus illis, quæ

iudicij telam concernunt in examinatione in iutamenti delatione, & in omnibus interrogatorijs. [Et me ſequitur Nouar. de grauamie. vaſſall. tom. 1. grauauamen. 426. n. 8. ad fin.] Et eſt
26 adeò verùm minori curatorem dari debere, vt ſi contigat minorem laicum coram Eccleſiaſtico vocari, idem Eccleſiaſticus ei curatorem adhibeat, & è contrà, ſi
27 clericus corã laico trahitur, laicus Clericum curatorem præſtat, Bouadill. tom. 1. politic. cap. 17. n. 143. fol. mihi 714.

Quò ad quartum, ex quo fuit Sabatus Maranzino carceratus prætextu, ꝙ eius filij ſint in proceſſu inquiſiti, & ꝙ tempore capturæ fuerunt reperti penes ſe quidam nummi falſi inter alios, quos habebat, quos expẽdebat. Vnde cõtra eum inſurgunt dubia, & præſumptiones. Reſpondetur quò ad
28 primum, licèt filij inquirãtur, pater non tenetur tot. ti. C. ne fil. pro patr. niſi pater ſciuerit, tunc
29 enim tenetur reuelare, concurrentibus illis, de quibus ſupra in vxore dixi, ex Farinacc. quæſt. 51. n. & ſeq. Quò ad ſecundum.
30 an expendens monetam falſam puniatur; diſtingue; aut ſcienter expendit: aut verò non, ſi primo caſu, debet puniri, vt falſificans, Afflict. in conſt. Regn. adulterinam, n. 7. Campan. concordat in cap. Regn. vt quæ ab Excellentia, n. 14. qui vnum granum ſalis ponit, nempè quando moneta eſſet ſtamnea, vel plumbea. Ergo cum in probatis Regius Fuſcus non ſit Sabatum fuiſſe in ſcientia filios participes, vel nummos fuiſſe illos, quos parrella cudebat, ſed tantũ id præſumit, hæc præſumptio Regij Fiſci tollitur per aliã præſumptionem ipſius Sabati bonæ eius opinionis. Accedebat, quòd inter iſtos ducatos vndecim repertos fuerunt inuenti quidam pauci ſemi caroleni falſi, & non iuſti ponderis, & cùm ſimus in modica quantitate, & qualitate, non debet haberi ratio, Caball.
31 reſol. crim. cent. 1. caſ. 199. n. 37. & maximè in hac noſtra egeſtate, & penuria, quòd vix iuſtus ſit ſecurus, non habere nummos quoſdam falſos, & ex communi obſeruantia recipiuntur: ideò Sabatus excuſatur. Et ſi diceretur, Sabatum fuiſſe aliàs de hoc in-
32 quiſitum, & proindè cùm ſemel malus præſumatur ſemper malus in eodem genere, vulgatis Iu-
33 ribus, duplici modo reſpondetur. Primo in proceſſu nihil contra eum conſtare de tali crimine, & quòd verum ſit, probatur per decretum D. Regij Conſiliarij Rouiti, per quem fuit decretum, Sabatum non comprhendi in Banno monetariorum; ſed poſſe in Regno permanere, & repatriare, vt ex actis. Secũdo ab illo tũc eſt elapſũ decenniũ, & plus, cui⁹ ſpatio ſemper Sabatus benè ſe geſſit,
34 optimè, & probatæ viuendo, & quando ſequitur bona vita, & fama per

ma per

ma per triennium continuum, poſt delictum, tollitur præſumptio, ex regula, quòd ſemel malus, &c. Ant. Corſett. ſingular. præſumptio litera. P. Præſũptio enim prædicta procedit in eo, qui continuatè malè ſe gerens vixerit, &
35 tunc in eo attribuitur illa regula: ſemel malus præſumitur ſemper malus in eodem genere mali, ꝙ ampliatur procedere, etiam in diuerſo genere mali propter con-
36 nexitatem, quam vitia habent in ſe, Carocc. tract. de re furtiu. pœnes tertium reperta quęſt. 9. n. 3 [vt dixi ſupra tit. de falſa moneta cap. vnico, n. 135. & ſeq.] vndè ſtantibus his, Sabatus non tenetur, ſed ad omnem, ordinem relaxandum fore puto, donec contingat filios ad manus Curiæ peruenire.

Quò ad ſecundum pro parte Illuſtriſſimi Principis Sãcti Boni vtilis Domini Terræ Sereni fuit petita remiſſio ad Curiam Sereni dictorum Aſcanij, & N. inquiſitorum in homicidio ipſius Thomæ, pro parte Regij Fiſci objicitur, remiſſionem denegandã fore ratione connexitatis, & ne continentia cauſæ diuidi videatur.

Prima iudicatur fronte, Regium Fiſcum id ritè prætendere, ex Afflict. deciſ. 354. & aliorum DD. ſequela, quos, breuitati ſtudendo, omitto, ex l. nulli C. de iudic. Tamen veritatem intuendo, omiſſa reſponſione] cõtra Afflict. cit. deciſ. 354. loquentem in ciuilibus, & circa litis pendentiam, remittendo me ad Felin. in cap. ex tenore de reſcript. n. 17. & ſeq. ponẽtem quatuordecim limitatio-
37 ues, in quibus continentia cauſæ diuidi debet, & ad Menoch. de ar-
38 bitr. Iudic. caſ. 371. & ad Viu. deciſ. 136. & ad alios de hac materia ſcribentes, dico continentiam, ſiuè cauſæ diuiſionem dari, maxi-
39 mè in criminalibus, & atteſtor contra contra Marſil ſingul. 180. Crauett. conſ. 232. Capic. deciſ. 121. ſecũdùm cuius deciſ. & opinionem iudicaſſe Sac. Conſ. teſtatur, Ann. ſingul. 73. ea ratione, quam adducit Menoch. cit. caſ. 371. quando ſunt diuerſi fori, &
40 nimirum ſi Dominus de Franch. in dec. 426. cum Capic. concurrat. Iſta enim delicta ſunt diuerſa, vnum, nempè, eſt pro homicidio, aliud pro falſa moneta, & ſi Franch. cit. deciſ. 426. n. 3. ex Neuiz. aſſerat ſi ſunt plures inquiſiti de vno delicto, quemlibet per ſuũ Iudicem puniri debere, quis eſt, qui dubitet, non deberi hos homicidas ad Curia Sereni remitti, cùm diuerſum ſit delictum? & ad corroborationem, quòd tex. in l. nulli non procedat in criminali-
41 bus, legatur quæſo deciſ. D. de Franchis 582. vol. 4. vbi habetur duos ſubditos diuerſorum Domi norum delinquentes, quemlibet ad ſuam Curiam remiſſum fuiſſe. Ergo cùm cauſæ continentia diuidatur maximè in criminalibus,
42 perconſequens remiſſio petita pro

pro homicidio Curiæ Sereni denegari non debet. Alia ratio poteſt aſſignari, ex eadem deciſ. de Franch. 582. ratione præoccupationis, nã Curia Sereni in informatione capta de homicidio, pręoccupauit, & Iuriſdictio preoccupata potior eſt, Franch. citat. deciſ. n. 4. Vndè ſequitur, quòd cauſa homicidij remitti debet ad Curiam Sereni Iudicem competentem ratione originis, domicilij, delicti in territorio commiſſi, & etiam præuentionis, vulgaris Iuribus, quæ pęnes ſtudioſos non latent.

Circa ſextum, an per literas Illuſtriſſimi Dñi in Regno Vicemgerentis cenſeatur Iuriſdictio excitata, aut verò delegata? duæ afferuntur in hac controuerſia opiniones: prima, quòd ſit excitata: altera, ꝙ ſit delegata: pro prima, quòd excitata dicatur, ſubſtinetur, ex c. 14. Reg. prag. Comitis Lemenſium

43 cap. 89. cuius verba hæc ſunt, v3. *Se bene è molto chiaro per diſpoſition di raggione, che quando per noi, tanto per lettere noſtre particolari de Scrittorio, quanto per lettere della Regia Cancellaria ſi cõmmette alla Regia Audientia, ò ad altro Giudice alcũ negotio, il quale ſenz'altra noſtra commiſſione ſpetta per ſua natura a detta Regia Audientia, ò Giodice non ſe le da delegatione alcuna, eſſendo detto noſtro ordine ſolamente excitatiuo della giuriſditione ordinaria, eccetto quando eſpreſſamente ſi dice, che proceda come delegato, pure, perche hauemo inteſo, che alle volte s'è dubitato per queſto, e s'è per detti Giudici ſiniſtramente interpretato, che detto noſtro reſcritto importi delegatione, acciò che in futurum ſi leui queſta, ancorche vana dubitatione, dechiaramo che in tal caſo l'Audientia, ò Giudice, a chi ſarà data tal commiſſione, debbia procedere come ordinario, e non come delegato, ammettendo tutte l'appellationi, inhibitioni, ò altre prouiſioni, che ſopra detto negotio li ſaranno fatte da Tribunali Superiori, annullando, & inualidando ipſo iure, ipſoq; facto tutto quello, che fuſſe fatto per via di delegatione.* Qui hanc opinionem defendit, ſubſtinet, ex tex. in l. congruit ff. de Offic. præſid. per quem Præſidi Prouincię facultas impartitur cognoſcendi omnia crimina in eius Prouincia occurrentia; Ergo

44 de ſui natura hæc R. A. huius criminis cùm Iudex competens ſit, ſequitur quòd Iuriſdictio dicitur excitata, tantò fortius in hoc falſæ monetæ facinore, ꝙ cum de regalibus ſit ad Regem ſpectat, proprium Regiorum, Tribunaliũ

45 eſt cognoſcere. Et quando cauſa, ad quem de ſui munere ſpectat, per ſimplex reſcriptum Principis dicitur excitare iuriſdictionem iuxtà Reg Prag. cap. inſertum per tex. in l. generaliter, ff. de Offic. Præſid. per illa verba, nõ imponitur neceſſitas pro Cõſuli, vel Legato ſuſcipiẽdę cognitionis, quoties Princeps ad Præſides Prouinciarum remittit negotia per reſcriptum. ſequitur Boer. deciſ. 151. n. 6. vbi data ſimplici reſcriptione, non

ne,nō dicitur dare de nouo po-
46 teſtatem,aut delegare, ſed veterē ordinariam excitare, idem dicit Dec.conſ.404.n.10.circa mediū, cum quo cōcord. Marant. in practic. diſtinct.5.n. fin. qui limitat, niſi in commiſſione eſſet in aliquo altera Iuriſdictio; ergo iſti concludūt, excitatam eſſe Iiuſdictionem. [Et quando eſt data delegatio, an cenſeatur prohibita appellatio, & in retractabilibus, vide Capoblanc.tom.2.c.50.n. 5.]

Pro ſecunda verò opinione, quam alij ſubſtinent, q; cenſeatur delegata, facit, quia cognitio huiuſmodi delicti de falſa moneta, quamuis de regalibus, ſit,nō ſpectat ad hac R. A. ſed ad delegatū, prout nos hodie vidimus per Suā Excellētiam delegatum eſſe Regium Conſiliarium D. Scipionē Rouito,qui omnes cauſas huiuſmodi tractat de ordine S. E, & licèt hodie ſit cognitio iſtorum criminum à D.Rouito,vt præfertur ablata,& M.C.V.per Illuſtriſſimum Dominum cōmiſſa,quidquid ſit, ſiuè D. Rouitus cognoſcat,ſiue M.C. procedat,cenſetur in certum genus perſonarum co-
47 gnitionem conceſſam, quo caſu alijs abdicata videtur,& priuatiuè cōceſſa, Gram.deciſ.30.de Frāch. deciſ.142.& iterum deciſ.417.n. 7.ex Angel. in l. teſtamenta omnia C. de teſtamen. Vndè cùm in certum genus perſonarum, & ad Vniuerſitatem cauſarum cognitio ſit impartita, priuatiuè conceſſa cenſetur,& alteri ſublata.Ergo hæc R. A. de ſui munere de hoc crimine falſæ monetæ cognoſcere non poterat, & perconſequens per literas Illuſtriſſ. Dñi huic Regio Tribunali delegatur.

Corroborant hanc eorum partem, ex cap. cū aliquibus de reſcript. & ex Molin.Hyſpan.lib.4.tit.de Iuriſdict.diſput.14.n.1. tenente delegatam cenſeri. Vndè cōcludūt,vti delegatam hanc RA.procedere.

Quis ergo erit ille, qui in camino ignis ardentis iſtarum duarū opinionum ſe in medio poſuerit, ex qua dilucidatione,ſi delegata cēſeatur, vel excitata dicatur Iuriſdictio, multi fructus colliguntur, nonnullę vtilitates percipiuntur. Vndè circa duo virtutem conſiſtere puto:primam,nempè, quomodo D.Rouitus,vel Magna Curia in hoc procedant, & quæ vtilia verba ſint emiſſa, quæ alterationes ſint poſitę in eorum literis commiſſionalibus,& hic pūctus, & hoc opus,vt certiores nos reddamus quomodo Neapoli procedatur,& inſpectione literarum commiſſarum.

Secundum, virtus conſiſtit in literis ſupra inſertis Illuſtriſſ.Dñi,& hic labor. Duo enim in illis verba ſubſtantialia ponderantur,ex quibus totum clareſcit.Primum,nēpè: *y me auiſais,de lo que ſe fuere haziendo.*

Quò ad primum dicunt Hyſpani,illud verbum : *encargo* , idem impor-

importare, prout dico alij exponunt, ideſt committo, & de
48 huiuſmodi verbis diſcutiendum eſt. Proindè ſciendum, quòd in Iure habemus verbum: dico, ꝙ Hyſpani appellāt, *encargo*: [de quo per Petr. de Lun. conſ. 30. n. 35. & ibid. addent. [verbū: committo, verbum: præcipio, verbum: mando, verbum: volo, verbum: ordino, verbum: iubeo, verbum: delego, verbum: concedo. Quæ aliqui dicunt eſſe ſynonima, idē importantia, quod à veritate diſtat, nam quodlibet verbum de per ſe operatur.

Et primò Sciendum, ꝙ verbum: cōmitto, videtur, quòd importat de-
49 legationem, prout aliqui fatentur, Tamen, cùm Iure non videatur hoc probari, dicit. Felin. cap. licèt in corrigendis de Offic. & poteſt. ordin. n. 3. ad finem, quòd hoc verbum: committo, & aliud verbum: mando, ſunt excitatoria poteſtatis ordinariæ, & quòd ſu-
50 per his eſt cogitandum, quia ſunt nouiſſima. Verbum: mando non differt enim à verbo: præcipio, Gloſſ. in l. ſepè ff. de Offic. Præſid. per ꝙ verbum: mando, omnium ſcribentium ſequela in cap. licèt de Offic. ordinar. in Gloſſ. in verb. mandati delegatum, quem non
51 conſtituit, ſed vt ordinarium inſtruxit. [Diana verò reſol. moral. p. 3. tract. 6. miſcellan. reſol. 74. verſ. notandum il primo fol. 210. affert verbum: mando, vel Iubeo non importare præceptū graue.]

Verbum: Præcipio, licèt differat à mando, vt ſupra, quia mandatū cadit in non ſubiectum, pręceptū verò in ſubiectum; tamen quidquid ſit, aliqui voluere, ex cap. cū aliquibus in gloſſ. in verb. facultatem de reſcript. importare delegationem in illis verbis: confirmatione apoſtolica, vel quacumque firmitate alia roboratis per noſtras literas concedimus facultatem, Felin. verò cit. cap. licèt in corrigendis, n. 3. tenet quòd non quia tacitè ineſt poteſtas, & hoc verbum: pręcipio ſine expreſſione non operatur. Vndè aut in reſcripto adeſt verbum: præcipio,
52 cum expreſſione, aut ſine; ſi primo caſu Iudex, vt delegatus cognoſcit; ſi ſecundo per ſe tantùm, quòd cum in caſu noſtro nedum non adeſt verbum præcipio cum expreſſione, verùm etiam, & ſine; ergo neque per hoc verbum inducitur delegatio. [Et ſi reſcriptū erit, vt Præſes prouideat, intelligitur tàm de iuſtitia, quàm de cōuenientia, prag. 70. de Offic. Sac. Conſ. vide Caſtill. dec. Sicil. 16. & Reg. Rouit. in ead. prag. 70. & in prag. 5. de fide memorial.]

Verbum: concedo, dicebant aliqui, quòd eſt ſignū Iuriſdictionis de-
53 legatæ, ex cap. hi qui in gloſ. de prębend. de quo Felin. citat. cap. licèt in corrigendis, n. 2. dubitat, & ex tex. citat. cap. cum aliquibus, dicit quòd verbum: concedimus, non mutat facultatem, ſed verbū; ergo nec p hoc inducit delegatio

Ver-

Verbum: Iubeo, licèt ſæpè ponatur pro exhortatione, vt aduertit Felin. in cap. eam te n.9. circa fin. de
54 reſcript. addentes verò ibidē dicunt, quòd delegatio poteſt etiā fieri per verbum: Iubemus, quod verbum importat neceſſitatem, tamen id intelligendum eſt, quādo princeps verbis neceſſitatiuis directis Iudici ad impetrationem alicuius delegationē tribuat per verbum: Iubeo, ſcribentes in l. ſæpè, ff. de Offic. Præſid. quòd, cùm non ſit in caſu noſtro, delegatio non dicitur.

Verbum: ordino, idem importat, ꝙ
55 verbū: mando, de quo ſupra dixi.

Verbum: volo, licèt videatur importare neceſſitatem, tamen quando
56 non adijciūtur alia verba ſequētia, prout in caſu noſtro, nō operatur delegationem; nam verba, & vocabula vana, non ſunt admittenda, omiſſo ſenſu, l. 2. C. de conſt. pecun. Ergo neq; in hoc virtutem delegatiuam conſiſtere dici poteſt.

Verbum: delego, differt à verbo: mādo, nam, quando fit delegatio per
57 verbum: mando, concernit plures cauſas, verbum verò: delegare,
58 eſt alteri cauſam cognoſcendam demandare, & delegatus eſt ille, qui alterius mādato alicuius cauſæ cognitionem recipit, l. 1. ff. de Offic. eius, &c.

Vndè cùm nullum verbum iſtorum in literis Illuſtriſſimi adſit, ſed
59 tantùm verbum: dico, concluditur, delegationem non eſſe inductam, ſed tantùm ex hoc verbo: dico; excitationem dari.

Prætereà in illis non habentur quædam verba ampliora, diminuentia, aut alterātia Iuriſdictionem, ſiuè alia ſigna denotantia delegationem concedere voluiſſe, exempli gratia, ſi dicatur, procedas auctoritate noſtra, vel appel-
60 latione remota, vel ſummariè, vel vos, & veſtram conſcientiam onerantes, ſiuè liberum arbitriū, plenumq; poſſe, vices, & voces noſtras concedentes, vel vtatur Princeps alijs circunſtantijs delegationem inducētibus, ꝙ cùm in naſu noſtro longè abſit, meritò concludendum venit, excitatam Iuriſdictionem dici, non autem delegatam.

Vlterius in literis Princeps retinuit cognitionem, dum voluit ſcien-
61 tiam habere omnium ſequendorum in illis verbis: *Y me auiſareis lo que ſe fuere haziendo.* Propter ꝙ, & propter aliam qualitatem non adiectā procedēdo vſque ad ſententiam excluſiuè, nō dicitur delegationem conceſſam, ſed pęnes ſe poteſtatem retentam, & non immeritò voluit Princiceps Iuriſdictionem, poteſtatem, & facultatem pęnes ſe retinere, non autem totalem huic Regię Audientiæ impartiri, quia omnis Iuriſdictio plenaria, radicata eſt in Principe, & ſub eo generaliter reſidet, l. 1. ff. de conſt. Princip.

Immò quādo Princeps ſimpliciter dicit procedas in tali crimine, vt

Digitized by Google

62 in caſu noſtro, reſultat virtus, quia Iudex, cui dirigitur, non dicitur habere Iuriſdictionem in exemptos, quia dicitur tantùm excitata, non autem delegata Iuriſdictio, ex cap. graue de Offic. ordin. & tũc propriè dicitur iuſſus, non autem delegatio, Bartol. in l. & quia verſ. declaro in col. 1. de Iuriſd. om. Iudic.

Vndè de primo ad vltimũ redeundo, dico Regiam Audientiã Iudicem competentem in hoc eſſe rationibus adductis, attẽcta forma commiſſionis factæ M.C.V. remanet concluſio firma, & valida, virtute citate, & inſertæ Prag. per has literas, non induci delegationem, ſed tantùm excitationem, & perconſequens hanc R. A. vti ordinaria Iuriſdictione fulcitam ordinariè procedi debere, & in conſequentiam prouiſiones per M. C. V. relaxatas ad beneficium Sabati Maranzini obſeruandas eſſe.

Et neceſſariò cauſam homicidij primò terminandam fore, & ad Curiam Sereni remittendam eſſe, vti Iudicem competentem, tùm ratione delicti commiſſi in Territorio, domicilij, & originis; verùm etiam & præuentionis dictorum homicidęrum, vulgatis iuribus, prout ſupra fuit oſtenſum, quęmadmodum pro parte Illuſtriſſ. Principis Sancti Boni, Sereniſque Comitis fuit inſtatum, & de nouo inſtatur prouideri, & remitti, &c. & ſic fuit deciſum.

DE FORIVDICATIS

Caput I.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum an poſſit liquidari contra foriudicatum agratiatum.
Foriudicatus, quę bona amittat per foriudicationem.
Creditores an præferantur Fiſco in bonis foriudicati.
Mulier an teneatur reuelare maritum foriudicatum.

SVMMARIVM.

INſtrumentum confectum ante foriudicationem, an poſſit liquidari contra foriudicatum agratiatũ ſuper bonis quæſitis poſt indulgentiam, n. 1.

Afflicto non eſt addenda afflictio, n. 2.

Spoliatus tempore belli, an poſſit indè à creditoribus conueniri, n. 3.

Grauatus in vno, releuatur in alio, n. 3.

Annotatio aonorum, an ſit de ſubſtantia ad foriudicationem, n. 4.

Foriudicatus, quæ bona amittat per foriudicationem, n. 5. 6. & 7.

Creditores, an præferantur Fiſco in bonis foriudicati, n. 8.

Vxor, an præferatur Fiſco pro dotibus in bonis viri foriudicati, & quomodo agere debet, à n. 8. ad 12.

Vxor

Vxor receptans maritum foriudicatum, an puniatur, n. 13. 14. & 15.
Et an ſtante ſtatuto teneatur maritum foriudicatum occidere, à n. 16. ad 20.
Bannitum extra Regnum occidens, an gaudeat, vel puniatur, n. 21.
Foriudicatio pro quo delicto cadit, n. 22. 23. & 24.
Agnati, cognati, & affines friudicati, an audiantur circa nullitates, non exiſtēte foriudicato in carceribus, à n. 24. ad 28
Ioannes de Leone Ariani laudatur. n. 29.
Foriudicatus de homicidio, cum qualitate aſſaſſinij, deficiente illa qualitate, an foriudicatio procedat, n. 30.
Foriudicatio, an cadat pro percuſſione cū lapide, vel baculo, n. 31.
Mulier, an poſſit foriudicari, n. 32.
Foriudicatus, ſi viuens poteſt capi, & duci ad Iudicem, & occidatur, an illū occidens, puniatur, vel gaudeat, n. 34.
Recognitio foriudicati, quomodo ſit facienda, n. 35. &c.

CVm in Regia Audientia Luceriæ Iulius Cāpana inſtrumentū liquidaſſet contra Cęſarem Siloy, tempore liquidationis, foriudicatum pro debito contracto ante foridicationem, orta diſparitate inter votantes, an inſtrumentū pro debito cōtracto ante foriudicationē poſſit liquidari contra foriudicatum agratiatū? Votis ad Excellentiam ſuam tranſmiſſis ſic diſparibus, fuit relatum, vt infra.

Sum voti, non potuiſſe procedi ad liquidationē per dictum magnificum Iulium Campana contra Cęſarē de Siloy, quòd poſt contractum debitū per foriudicationem remiſit omnia eius bona, itaque omnia eius iura actiua, & paſſiua in Fiſcum tranſierunt, & reg. tex. in l. 2. C. ad l. Iuliam de
1 Republic. & licèt poſtea per ſimplicem indulgentiam Cæſar obtinuerit gratiā Iuriſdictionis per viam gratioſi indultus, & non plenariæ reſtitutionis, non poterit à ſuis creditoribus conueniri pro debitis contractis ante foriudicationem, l. ſi deputatus, l. ſi debitor de ſententia paſſ. Immò, quod maius eſt, etiam ſuper bonis per eum quæſitis poſt indulgentiam, non moleſtatur, l. tutæ C. eod. tit. prout deciſum fuiſſe in Sac. Conſ. refert Grammatic. deciſ. 85. qui alios DD. allegat eandem ſententiam ſequutos eſſe, quibus ſolus breuitatis cauſa contentus ero; & ita Veſtræ Excellentiæ refero, cui fœlicitatem plurimam à Deo optimo maximo deprecor. Neapoli 6. Kalend. Aprelis 1590. Excellentiæ Veſtræ dilectiſſimus ſeruus Fuluius Conſtantius.

Aliam rationem ego adduco, quam D. Conſtantius non adduxit, & ea eſt, quòd afflicto afflictio addenda non eſt. Verùm, quia tanquam
2 foriudicatus fuit bonis ſpoliatus, non debet iterum affligi pro inſtrumento liquidando, prout in ſimili dicimus de eo, qui tempore Belli fuit bonis ſuis ſpoliatus, indè non poteſt conueniri à cre-

3 ditoribus ſuis inſolidum, Marſil. ſing 241.nam regula eſt, ꝙ qui in vno grauatur,in alio releuatur.

Quid ſi facta foriudicatione, nõ fuerint bona annotata,an ex defectu annotationis, annulletur foriudicatio, cùm requiritur ad foriudi-
4 cationem validãdam annotatio, an verò facta foriudicatione, ipſo iure,bona foriudicati, quæruntur Fiſco? dicas tù,quòd bona ipſo iure Fiſco acquiruntur, & defectus annotationis,non annullar foriudicationem,ex Pręſid. de Franch. deciſ. 515.n.9.Rouit.de ſent.foriudicat.n.4. Mari ad Gram. conſ. 1.num. 16.

Sed, quæ bona Fiſco acquiruntur per foriudicationem? diſtingue, aut quæritur de mobilibus,aut de immobilibus; ſi primo caſu, & ſic de mobilibus,omnia applican-
5 tur Fiſco; ſi verò ſecundo caſu, & ſic de immobilibus, ſubdiſtingue:aut non extant liberi:aut verò extant; ſi primo caſu, & ſic liberis non exiſtentibus, omnia applicantur Fiſco; ſi ſecundo caſu,& ſic ſi filij extant, diuiduntur pro virili inter Fiſcum, & filios, ex conſt. Regn. foriudicatorũm
6 bona,ſequitur Marant. conſ. 71. quem ſequitur Viſcont concluſ. Iur. verb. foriudicatus fol. mihi 101. vide nouiſſimè Mari ad Grãmat. conſ.1.de foriudicat. n.6.& 7. Secus verò in Neapolitano, vt
7 teſtatur Thor.comp. deciſ. to. 1. verb. foriudicatus, Maſull ad Capic. deciſ.131. num.3. Nouar.ad Franch.deciſ. 102. & ibi Ricc.

An creditores præferantur Fiſco in bonis delinquentis, vel foriudi-
8 cati? Marant.conſ. 80. quòd præferantur concludit [vide de Ang. ad Foller.practic.crim.tit. annotentur bona contumacis; concordat Nouar.ad l.vnicam pœnis fiſcalibus creditores præferri lib. 10. n. 2.] ſed dubium ſtat in vxore petente aſſecurationem dotis, vel adiudicationem pro dote in bonis mariti foriudicati,vide,quę dixi ad Gram.deciſ.92.in qua cõcluſio eſt,quòd mulier poteſt pro ſuis dotibus impedire, nedũ cre-
9 ditores petentes immiſſionẽ in poſſeſſionem bonorum; verùm etiam, & Fiſcum facientem incorporationem bonorum mariti foriudicati, ex Vrſill. ad Afflict. deciſ.385.n.8. & detrahit contra Fiſcum dotarium ex bonis mariti foriudicati,ex Marant.conſ.71.n. 17. & ſeq. quod tu amplia proce-
10 dere, etiam ſi eſſent à Fiſco publicata, nam ab eo vendicat etiã matrimonio non ſoluto, Neguſant. de pignor.memb.1.par. 5.n. 35. ſequitur Oſaſc. deciſ.8. quod tu intelligas procedere,dummodò vxor agat virtute conſtituti,&
11 præcarij, ꝙ habet in inſtrumento dotali,Gram. dec.92.n.21.Vrſill.ad Affl.deciſ.190.cõſtitutũ,& pręcariũ eſt tãti momẽti,ꝙ nõ requiritur excuſſio,& multum operatur,Grammat. ibid. Anton. Faber titul. de Iur. dot. deciſ. 25. Si enim agit virtute, l.ſi conſtante ff.ſo-

Digitized by Google

ff.ſoluto matrimonio, & l.vbi adhuc de Iur. dot. ſecus eſſet, ideò
12 virtus ſtat in modo libellandi, & cautus debet eſſe Aduocatus libellans, & fa ere debet ſpecificã mentionem de dicto conſtituto, & præcario, quod nota. [Verùm Quando Fiſcus capit, tenetur de bonis confiſcatis alere vxorem, Molfeſ. ac Conſuet. Neap. par. 5. quæſt. 11. n. 28.]

Sed poſtquam de vxore ſermonem tetigi, quæri poteſt oportunè, an vxor receptans maritum foriudi-
13 catum teneatur pęna receptationis? & licèt hanc materiam dilucidaſſem in additionibus ad Grãmat.deciſ 17. tamen alia poſtea viſa; placet hic aduertere, & pro reſolutione, licèt de Iure dubitetur, cùm vxor fidem ſuò viro præſtate teneatur, & ſint duo in car-
14 ne vna; tamen ex prag. 3. in Regno de receptatoribus prohibentur patres, fratres, alioſq; parentes, & conſanguineos receptare, & ex prag. 4. eod. tit. ſeq. eſt de-
15 claratum, non comprehendi, & ego multoties vide patres, & matres receptare, & non puniri, & è contrà ſtante ſtatuto, quod quilibet ſciens Bannitum, vel inquiſitum teneatur reuelare, vel foriudicatum interficere; an pater tenenantur, vel vxor, maritum foriu-
16 dicatum occidere, D. de Franch. in deciſ. 276. n. 8. ex autoritate Bart. concludenter affirmât, ſtatutum permittens bannitum impunè offendi, non comprehen-
17 dere pâtrem habentem filiũ foriudicatum, nec filium habentem patrem foriudicatum, neque vxórem maritum, quem ſequitur Viſcont. concluſ. Iur. verb. foriudicatus, verſ. an maritus foriudicatus fol. mihi 101. ratio in vxore illa marmorea eſt, quam ſupra adduxi, quòd cum ſit ſocia diuinę,
18 & humanæ domus, & ſint duo in carne vna, tenetur viro fidẽ præſtare, vt Franch. cit. loc. n. 9. & Viſcont. ibid. affirmant in patre, quia filius eſt pars viſcerũ patris,
cit. tit. fabric. Sancti Petr. offic.
fol.mihi 248.dicit,ꝙ ſi ſunt factæ
17 amore Dei, ſeù pro anima, dici-
tur pium, quia Doctores confun-
dunt,ſi verò fiat diuiti,vel conſan
guineo affectu ſanguinis, vel re-
munerationis ſeruitiorum, non
dicitur pium, Quarant. ibid. &
Franch. deciſ.565.Et ſi factum ſit
pauperi,dũmodò non ſit coniun-
18 ctus,dicitur pium, Carocc.deciſ.
120.& Franch. deciſ. 4. num.13.
Quod legatum pium ſicut illud
alimentorum poteſt exigi inſoli-
dum ab altero ex cohęredibus,li-
cèt in alijs legatis hæredes teneã-
tur pro portionibus hæreditarijs,
Franch. deciſ. 204. Verùm ſi eſt
factum legatum Clerico,vel Epi-
19 ſcopo conſanguineo, in dubiò
ratione conſanguinitatis præſu-
mitur factum, & non Eccleſiæ,
Vrſill. ad Afflict.deciſ.244.n.10.
de quo ſatis per Thor.in addit.ad
Tiraquell.de priuil. piæ cauſæ in
præfat. abundanter loquitur quá-
do legatum pium eſſe dicatur.
[Tutor, & exequutor teſtamenti
poteſt legata pia in propinquos,
& affines teſtatoris diſtribuere,
Mart.de Iuriſd.par.4.caſ.164.n.11.
Si beneficiatus legata pia fecerit,
& ꝓ illis adimplendis eius bona
propria non ſufficiunt, an ſolui
debeant de fructibus beneficij
non exactis,vide Fontanell. to.1.
de pact. nuptial. clauſ.4. gloſ.18.
par.1.n.141.fol.432. Si teſtator
dixerit, ꝙ Commiſſarius Fabricæ
non ſe intromittat in ſuo legato,
talis prohibitio nõ valet,Taſſon.
de Anteſat.verſ.3.obſer.3.n.395.
Nouar.quæſt.forenſ. to.1. quæſt.
91.n.10.& 11. de Angel.in auth.
licet, C.de Epiſc. & Cler. Rouit.
ad prag.1. hoc tit. n. 6. Verùm ſi
teſtator expreſsè prohibuerit, vt
nec Epiſcopus,neque fabrica ſe
intromittat, & ſi ſe intromiſerit,
& manus impoſuerit, mea legara
non ſint pia, & habeantur, ac ſi
non eſſent relicta, neque prohi-
bitio valet,Nouar. cit.loc. cõtra-
riũ dicit Vulp.in prax. Eccleſiaſt.
cap.10. n.11.circa fin. vt nec Fa-
brica, nec Epiſcopus poſſit ſe in-
tromittere ſtãte tali ꝓhibitione.]

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Legatum factum Confraternitati an dicatur pium.

Confraternitates,& Oratoria an dicantur loca pia.

SVMMARIVM.

Confraternitates, & Oratoria an dicantur loca pia à n. 1. ad 14.

Confraternitati, & Oratorio exercentur opera pietatis, n. 1. & 7.

Confratres ſoluentes quid ſingulis menſibus an dicatur locus pius, n. 2. 3. & 4.

Legatum pium poteſt fieri Confraternitati, n. 5.

Confraternitates, & Hoſpitalia, an Epiſcopus viſitare poſſit, n. 6. & 15.

Adminiſtratores Confraternitatum, an Epiſcopus cogat ad reddendum computa adminiſtrationum, n. 8. 13. 14. & 15.

Alte

Alienatio rerum Confraternitatum, an requirat ſollemnitates, prout & aliarum Eccleſiarum, n. 9.

Confratres an ſint layci, & vxores ducant num. 10.

Vicinus artem exercens, vel ignem faciens, vel fumum prebens an poſſit ab alio vicino expelli, n. 12.

Adminiſtratores Confraternitatum coram quo conueniuntur, & rationes reddunt, à n. 13. ad 15.

Locus Regi ſubiectus à quo viſitatur, n. 16. 17. & 18.

Quæ loca autem ſint Regi ſubiecta, n. 19. & 20.

Epiſcopus poteſt viſitare quamlibet priuatam domum, ſi Chriſtianè viuũt, n. 21.

An poſſit moderare veſtes mulierum, vel alia ornamenta ad libidinem prouocantia, n. 22. & 23.

Legatum factum Confraternitati, Oratorio, vel Hoſpitali, an dicatur pium, à n. 24. ad 28.

Diruto loco, cui legatum eſt factum, an debeatur legatum, n. 29.

Pauperes nutriti in Hoſpitali, Oratorio, vel Collegio, & ad priſtinam ſalutem venientes, an reſtituant quod eis eſt impenſum in dicto loco, n. 30.

QVæro, an legatum factũ Confraternitatibus, ſiuè Confratribus dicatur pium? hæc quæſtio
1 dependet ab alia. An Confraternitates, Oratoria, & ſimilia dicantur loca pia, vel Religioſa, & vtilitas eſt, quòd diſpoſitiones, & leges loquentes de pijs locis, locum habeant in dictis locis. Duæ afferuntur à ll. interpretibus opiniones. Vna nempè affirmatiua, altera negatiua, & pro vtraque ſunt opiniones.

Primò pro parte affirmatiua adducitur prima ratio, quòd Confraternitates, ſeù Confraterię, Colle-
2 gia, Oratoria, & ſimilia dicantur loca pia, illa eſt; nam in illis exercentur opera pietatis, & miſericordiæ, ideò loca pia dicuntur, & legatum eis factum dicitur pium, Alex. conſ. 102. n. 3. lib. 7. Decian. conſ. 72. verſ. 3. col. 2. & ſi Confratres ipſius ſoluant ſingulis menſibus, vel annis aliquid pro ſeruitio diuino, tanto fortius dicitur locus pius, dummodo id honeſta cauſa
3 ſoluatur, nempè pro ornamentis altaris, pro celebratione miſſarũ, impenſis cereis, & ſimilibus, & diſpoſitio, ſiuè ſtatutum id diſponens ſit legitimo iure emanata, &
4 emanatum, nempè, ꝙ Confratres diſponant, & concludant, vt quilibet ex eis ſoluat tantundem ſingulis menſibus, vel annis, hoc enim caſu arguitur eſſe locum pium. Sed ſi Confratres concluderent, & diſponerent, ne quis frater recipiatur in Congregatione, Collegio, Oratorio, ſiuè Con-
5 fraternitate, niſi ſoluat certũ quid ſingulis menſibus, vel annis; tunc quia hoc dicitur onus, excludit pietatẽ, & non dicitur locus pius, Rebuff. in tract. de Cõfrater. tom. 2. ad conſt. ll. Reg. n. 3.

Secundò, quia quando fit legatum pium, poteſt concedi Confrater-
6 nitati, & huiuſmodi locis, Alex. cit. conſ. 102. n. 3. Tiraquell. de pri uileg.

uileg.cauſ.piæ in præfat. Ergo dicitur locus pius.

Tertiò, quia huiuſmodi loca, & Hoſpitalia Epiſcopus viſitare tenetur; ergo loca pia cenſentur.

Quartò, quia Speculat. in tit. de Inſtrum. edit. §. nunc verò aliqua verſ. & ſcias n. 62. 2. expreſsè tenet, quòd Hoſpitalia, & loca, in
7 quibus ſenes, debiles, & infantes, aliçuè perſonæ miſerabiles curantur, aliaq; charitatis opera exercentur loca pia appellantur. Pro parte verò negatiua, quod non dicantur loca pia, afferuntur infraſcriptæ rationes. Prima, quia
8 adminiſtratores horum locorum non poteſt Epiſcopus conſtringere ad reddendum adminiſtrationem, nec illos adminiſtratione priuare, & alios nouos ponere, nec ſe intromittere ſuper eis, nec in diſpenſatione legatorum huiuſmodi locis relictorum aliquid addere, nec ſe ingerere, etiã ſi Epiſcopus ſit Dominus temporalis illius loci, Dec. conſ. 148. Et ſi Epiſcopus illa viſitet, poteſt viſitare, ſi Chriſtianè viuunt.

Secunda, quia in alienatione rerum huiuſmodi locorum, prout nos videmus, non requiruntur ſollemnitates, quę in alijs locis Eccleſiaſticis adhibentur. Nam quandò
9 eſt locus pius, ſollemnia concurrere debent, Ant. Gabriel. lib. 6. commun. concluſ. tit. de cauſ. pia concluſ. 2. n. 9.

Tertia, quia Confratres, Confraternitatum, Collegiorum, & Orato-
10 riorum ſunt layci, vxores ducũt, vel ducere poſſunt, & poſſunt negotia laycalia exercere, & in eorum domibus viuere; ergo layci reputantur, vndè non dicuntur loca pia, iſti Confratres alta voce cantantes poſſunt expelli à
11 loco, in quo degunt, & vbi ſomnus vicini, vel ſtudium impeditur, Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 33. quem ſequitur Guttuer. canonic quæſt. lib. 1. c. 35. n. 15. ſicuti à ſimili, vicinus poteſt expellere alium vicinũ ar
12 tem exercentem, ignem facientem, fumum præbentem, quibus domus vicini impeditur, vt dixit de Franch. deciſ. 625. & Viu. deciſ. 306. ex Io. Amic. conſ. 104. Ergò cum poſſunt expelli, Iudici ſæculari ſubſunt, non dicuntur loca pia. [Conferunt dicta per Caualer. deciſ. 212. n. 4.]

His, & alijs adductis, quæ opinio namq; ſequenda eſt in conflictu harum duarum ad inuicem con-
13 tradicentium. Videtur ſecunda negatiua valdè ſtringere, nam ſi huiuſmodi adminiſtratores tenẽtur libros conficere, rationẽ ſingulis annis reddere, tamen coram ſæculari conueniuntur, Montanar. ad prag. 2. de adminiſt. Vniuerſ. à n. 206. ad 210. tu verò dicas, vt dicit Gurtier. canonic. q. lib. 1. cap. 35. n. 19. quòd hodie iuxta Sacr. Cõcil. Trident. ſeſſ. 22. cap. 9. de reformat. adminiſtratores, ſiuè laici, ſiuè eccleſiaſtici, ſiuè fabricæ, ſiuè Eccleſiæ, Hoſpi-

talis,

talis, Confraternitatis, eleemoſy-
næ, Montis Pietatis, & quorum-
cumque locorum piorum, tenẽ-
tur ſingulis annis rationem red-
dere ordinario, non obſtantibus
quibuſcumque conſuetudinibus,
14 & priuilegijs in contrariũ extan-
tibus, niſi in ipſorum erectione
eſſet aliter diſpoſitum; nam ſi in
inſtitutione eſſet, vel conſuetudi-
ne, vel priuilegio conſtitutum, vt
deputati locorũ rationes videant,
15 hoc caſu cum deputatis prędictis
locorum adhibetur Ordinarius,
vel ab eo deputatus, vt nuper ex-
titit declaratũ per Regium Col-
laterale Conſilium vigore pro-
uiſionum, v3. Philippus Dei gra-
tia Rex, &c. Mag. viri, &c. *Hauemo riceuuto la voſtra delli 20. del preſente con la copia dell'editto ſpedito per il Vicario di queſſa Città di Salerno, con il memoriale, che vi è ſtato preſentato per parte d'alcuni laici Maſtri, & Economi d'alcune Confraternità, & extaurite, & altri luochi pij di queſſa predetta Città, lamentandoſi dell'editto, per lo quale s'ordina ſub pæna ſuſpenſionis, e di cento libre di cera, & in Iuris ſubſidium di ſcommunica, che debbiate fra quattro dì eſſibire, e portare li conti dell'aminiſtratione in potere del Vicario, & vn laico deputati per rationali dal Reu. in Chriſto P. Arciueſcouo di queſſa predetta Città, delche vi è parſo darcene auiſo per trattarſe di negotij contro laici. Al che reſpondendo ve dicemo, & ordiname, che debbiate permettere, che detto Reuerendo in Chriſto Padre Arciueſcouo, ò ſuo Vicario poſſino viſitare li detti luochi pij. c[illegible] ca le coſe ſpirituali tantùm. Ueriu[illegible] pretendendo vedere li detti conti, [illegible] adminiſtratione dell'entrate di detti lu[illegible]chi pij, vi debbiate prima informare ſe l'erettione, e fondatione d'eſſi ſon fond[illegible]te da laici, e gouernate da quelli c[illegible]n clauſula, che il Prelato non ſi debbia intromettere à vedere detti conti, e ſimilmente vi informarete, e ſe detti luochi pij ſiano ſtati, ò ſiano al preſente ſotto la Regia protettione, all'hora vi dechiaramo, che non vi ſi hauerà da intrometter il predetto Prelato al vedere delli detti conti in nulla maniera, e così dicemo, che non debbiate permettere, perche così ſtà determinato per il Sacro Concilio di Trento nella ſeſſ. 22. al nono capitolo. Però in caſo, che detti luochi pij non ſtiano ſotto la Regia protettione, ne ci ſia clauſula nell'erettione loro, che eſcluda detto Prelato nel vedere detti conti. In tal caſo vi dichiaramo, che però deue il detto Reuerendo in Chriſto Padre Arciueſcouo, ò ſuo Vicario interuenire nella viſione di detti conti, vna con l'altri laici, che ſogliono interuenire, a vedere, e giudicare in quello, & in ciò li debbiate preſtare ogni aiuto, e fauore, che da lui forſe foßeui ricercato, & volendoci interuenire alla detta viſione di conti, non debbiate permettere in modo neßuno, che li libri di quelli ſe rimouano dalli luochi, doue ſe ritrouano. e quãdo li detti laici veneſſero ſignificati, e condennati, l'eſecutione da farſe à quelli l'hauerete da far voi, e così lo debbiate eſequire, che tale è noſtra volontà, & intentione, non fandoſe lo contrario ſe ſi hà cara la gratia, e ſeruitio di Sua*

Maeſtà. Datum Neap. die vltimo Septembris 1593. Il Conde de Miranda. vidit Moles Regens. vidit Ribera Regens. Torres Proſecretarius. In ord. 1. Principatus Citra, & Baſilicate, fol. 37

Et ſic ſemper fuit obſeruatũ, & prouiſiones huiuſmodi relaxatæ à Regio Collaterali in nonnullis cauſis, & ſignanter in cauſa Vniuerſitatis, & hominum Terrę Boneti cum Epiſcopo Ariani, & eius Vicario, me pro illis de Boneto Patrocinante.

Sed ſi eſſet huiuſmodi locus Regi ſubiectus, vel ſub ſua Regia protectione exiſtens, dicas hanc diſtinctionem non procedere; in

16 locis enim prædictis, Reges Viſitatores deputare poſſunt; Reges enim ſpiritualia exercere valent, mediante perſona Prælatorum Eccleſiaſticorum, & in hoc caſu, & in his locis Reges nõ tenentur in viſitatorem eligere Ordinariũ (prout in alijs locis onus viſitationis ad Ordinarium ſpectat.) Sed Reges poſſunt ad eo-

17 rum libitum Prælatum melius ipſis viſum in Viſitatorem eligere, & propterea, cùm Papa nunquam credit præiudicare Patrono, ne perſonæ deſiſtant, & retrahãtur à fundatione Eccleſiarum, Sacrum Concilium Tridẽtinum, prȩſuppoſita poſſeſſione, prȩsũpſit titulum Regum, & proinde pro Regibus diſpoſuit, vt nec Ordinarius loci, nec alius viſitet

18 huiuſmodi loca Regi ſubiecta, vel ſub illius protectione exiſtentia, vt ſcribit Reg. Apont. in tract. de Iuriſd. Eccleſ. quem ad pennã habeo cap. 13. n. 10. ad n. 55. & cap. 14. per tot.

Sed quæro, quæ nam ſint loca Regi ſubiecta, ſiuè ſub eius immediata

19 protectione? idẽ Reg. de Apont. cit. cap. 13. n. 19. dicit Archiepiſcopum Neapolitanum in Anno 1581. petijſſe declarationem horũ locorum ad finem viſitandi, & per Illuſtriſſimum Proregem cũ aſſiſtentia Regij Collateralis fuiſſe reſponſum, ꝙ ex cẽtum trigin-

20 ta locis in circa, nouem tantum erant ſub immediata protectione Regia, ſed quæ ſint iſta nouẽ, vide eundem Apont. cit. loc.

Et eſt adeò verùm id, quod ſupra dixi poſſe Epiſcopũ, vti Paſtorem, viſitare quamlibet priuatam domum, vt videat ſi Chriſtianè vi-

21 uitur, vt dicit Crauett. conſ. 238. n. 13. quem ſequitur Montanar. ad prag. 2. de adminiſtr. Vniuerſ. n. 210. quòd poteſt moderare veſtes eccceſſiuas mulierum, & ſu-

22 perflua ornamenta, atque ſumptuoſa, quæ prouocant iuuenes ad ipſas deſiderandum, atque fruendum, quo caſu cauſa honeſtatis poteſt ſub pœna excommunicationis, quas ligat, ne exceſſiuis ve-

23 ſtimentis muniantur, ex B. Chryſoſtom. ſuper epiſt. Pauli ad Roman. homil. 24. prout refert Boadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap 17. n. 149. fol. mihi 715. qui nonnulla exempla ſacræ paginæ refert: ſed hoc non ſeruatur in praxi.

Hæc

Hæc quò attinet ad actum viſitationis, ſed quid quòd ad legata illis locis relicta: ita, vt pia dici poſſint, vel ne? omiſſa diſputatione in pluribus quæſtionibus terminata per Guttier. lib. 1. canonic. quæſt. cit cap. 35. per tot. dico, q; attinet ad propoſitam quæſtionẽ an legatum factum Confraternitati, Congregationi, Oratorio, & ſimilibus dicatur piũ? diſtinguen-
24 dum eſt; aut legatum ſimpliciter eſt factum, nulla facta mentione de cauſa pia; aut verò mentio facta eſt, nempè, ſi dicatur pro anima lego quid tali loco, vel amore Dei, vel in venerationem Dei, ſi-
25 ue in diſtributionem, vel vſum pauperum, ſiuè pro ornamentis, & veſtibus altaris, vel ſacerdotũ, vel celebratione miſſarum, vel conſumptione ceræ, vel alijs modis, quibus legatum pium eſſe, vel ad pium vſum relictum cognoſci poſſit. Si primo caſu, nulli dubium eſt, quòd non dicitur legatum pium. Si ſecundo caſu, ſecus eſt, & relictum in piam cauſam
26 cenſetur, & per conſequens Tribunal Fabricæ cognitionem habet, vt dixit Marant. conſ. 137. n. 7. contra Corn. conſ. 18. n. 5. vol. 4. licet Ioſeph Ludouic. deciſ. Peruſ. 93. n. 45. conetur ſubſtinere, quòd quamuis Confraternitas nõ dicatur locus pius, ex quo non habet requiſita, negari tamen non poteſt (vt ipſe affert) quin huiuſmodi relicta dicantur ad pias cauſas, ſumendo vires à Corn. cit. loc. nu. 15. Tu autem intelligas hoc duobus modis procedere. Primo,
27 quandò bona Confraternitatis ſunt deſtinata in vſum, vel alimẽtum pauperum. Secundò, quandò Confraternitati eſt annexum Hoſpitale, tunc enim dicitur locus pius, vt dicit Ant. Gabriel. lib. 6. commun. concluſ. tit. de pia cauſ. concluſ. 1. n. 22. qui n. 25. attendit. An Fraternitas ſit principalis, & Hoſpitali acceſſorium, vel è contra; cenſetur enim ſem-
28 per legatum factum principali, non acceſſorio [quando verò dicatur Hoſpitale erectum auctoritate Epiſcopi, & quæ ſint ſigna, vide Nouar. in prag. 1. de delegation. n. 1. & 2.]

Cętera, quæ attinent ad hanc materiam, vide Menoch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. Ant. Gabriel. lib. 6. cõmun. concl. tit. de cauſ. pia concluſ. 1. 2. & 3. Guttierez canon. quæſt. lib. 1. cap. 35. per tot.

Scias tamen, quòd ſi fuerit factum legatum animæ, fauore alicui Ec-
29 cleſiæ, Collegio, vel loco, vel hoſpitali, in quibus pauperes alimẽtantur, eo loco diruto, legatum non debetur, Pontan. in tract. de aliment. cap. 17. n. 16. fol. 809.

Et ſi ęgroti pauperes in Hoſpitali, Collegio, vel alio pio loco nutriti
30 ſint, inde ad priſtinam ſalutẽ venientes, & bona poſſideãt, an poſſint cogi ad ſoluendum, & reſtituendum id, q; fuit pro eis impẽſum? dicas quòd non nã eis ſunt impenſæ factæ cauſa Pietatis, &

pro-

proinde repeti non poſſunt, ſed ipſi dimittendi ſunt, vt Deo benedicant, Coler. de aliment. lib. 3. cap. 5. n. 79. fol. mihi 906. prout in ſimili dico ſi carcerato fuerit datus panis Curiæ, ſi fuerit liberatus, nō poteſt repeti, vt dixi in tit. de contumac. cap. 3. n. 11. & 12.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Legatum factum religioni incapaci, cui applicetur.

Legatum quādo dicatur taxatiuum, quando verò demonſtratiuum.

SVMMARIVM.

Legata incerta pro vna vice, vel pro malè ablatis fabricæ applicantur, num. 1. & 19.

Exequutor vltimarum voluntatum quis ſit, num. 2. & 3.

Legatum factum religioni incapaci ad quem ſpectet, num. 4. & 5.

Hæres an teneatur præſtare, ſi legatum fiat nominis debitoris, num 6.

Legatū quandò dicatur demonſtratiuum, vel taxatiuum, num. 7. 8. & 9.

Furioſus, pupillus, prodigus, damnatus ad mortem, & filius familias an poſſint teſtari ad pias cauſas, num. 10.

Hæres effectus ſacerdos an teſtatur ad pias cauſas, num 11.

Legatum quandò dicatur caducatū, n. 12.

Mater quando excludatur à ſubſtitutione, num. 13.

Cenſus Eccleſiæ debitus an minuatur, n. 15

Legatum factus Parrocho ratione ſepulturæ quomodo debeatur, num. 10.

Appellatio an admittatur à ſententia ad pias cauſas, num. 17.

Legatum factum pauperi, inde reperitur, quòd eſt diues, an valeat, num. 18.

Legatum arbitrio alicuius quomodo intelligatur, num. 20.

IN hoc quarto cap. proſequendo materiam ſciendum, quòd legata incerta, vel pro vna vice, vel
1 pro male ablatis facta applicātur fabricæ, Quarant. ibid. & exequutor vltimarum voluntatū ad pias cauſas, tam inter viuos, quàm ex
2 cauſa mortis eſt Epiſcopus. Cap. pell. Toloſ. decif. 135. Abb. in cap. nos quidem de Teſtament. Zerul. in pract. canonic. in verb. legato Rebuff. in pract. benefic.
3 tit. de breu. apoſtolic. n. 66. Hodie verò hęc exequutio ſpectat ad fabricā ex priuilegio ipſius, Quarant. ibid. [quando legata ſunt incerta, vel quando prętium legatorum non aſcendit ad ſummam hæreditatis, vel bonorum, vide Caualer. decif. 212.]

Sed ſi legatum fiat religioni, vel perſonæ incapaci, ſiuè ex poſt facto,
4 ſiuè a principio fiant incapaces, non ad hæredes grauatos, vel ad alios obligatos ſpectat, ſed in vim ſubſtitutionis, & inſtitutionis, & fideicommiſſi, ad fabricam ſpe-
5 ctat, Quarant. ibid. Item ſi fiat caducum per mortem teſtatoris, vel conditionem non purificatā, non venit in reſtitutione fideicommiſſi, quia licèt legatum caducum pertineat ad hæredē, hoc tamen intelligitur cum onere reſtituēdi ſubſtituto, vel fideicommiſſario, l. vnica §. proſecundo C. de ca-

de caduc. tollend. Crauett. conſ.
363. n 8. ſed videndus erit Tho-
rus in ſumma. priuil. piar. cauſ.
Legatum ſi fiat nominis debitoris,
non tenetur hæres illud præſtare,
6 etiam q. à debitore nihil ſit debi-
tum,ſed tenetur cedere actiones
directas, l. ſeruum filij §.eum qui
Chirografum,Iaſon.n.11.ff.de le-
gat.1.intellige tamen,vt non te-
neatur hæres præſtare legatario
expenſas litis.Angel. vbi ſupra,n.
3.Iaſon.in l. apud Iulianum,aliàs
Africanum, §.ſi Titius fol. 28. ff.
7 de legat.primo.Quod.procedit,ſi
teſtator dixerit lego decem,quos
mihi Titius debet,l.ſi ſic §. ſi mi-
hi ff. de legat. primo verſ. proin-
de,vbi.Caſtrenſ.& Iaſ.Ruin.conſ.
70.n.6. col 2. vide diſtinc. Ale-
xand. conſ.216. lib. 7. Cephal.
conſ.639.n.7.& ſeq.
Sed ſi teſtator dixerit: lego illud, q.
Titius mihi debet, non adiecta
8 quantitate, nullum eſt legatum,
tantò magis ſi Titius nil debet, l.
ſi ſic §. ſi mihi ſup. cit. Et ſi dixe-
rit lego Titio decem de ſumma
debita per Mutium, dicitur de-
monſtratiuum legatum, vt faci-
lior exactio habeatur, de Franch.
deciſ.721. vide Felin. in cap. ſu-
per literis de reſcript. n. 4. vide
Coler.de aliment.lib.2.cap.2.n.2
fol.mihi 607. Regens Rouit. de-
ciſ. 57. Sed ſi in re demonſtrata
non poteſt fieri ſolutio, an hære-
9 des teneantur de alijs bonis?dicit
de Franch deciſ.483. quòd non,
in cauſa Helionoræ Caracciolæ.

Qui ad pias cauſas teſtari non poſ-
ſunt,ſunt furioſus, pupillus, pro-
digus, dánatus ad mortem, filius
10 familias tàm de bonis aduētitijs,
de quibus patri vſusfructus non
quæritur, quā de illis, de quibus
quæritur,Clar. §.teſtamentū q. 5.
Si filius fuit inſtitutus hęres cum
conditione, q. ſi ſine liberis ex
11 legitimo corpore deſcendenti-
bus deceſſerit, ſuccedat Caius,
an filius hic ſi efficiat Sacerdos,
poſſit teſtari ad pias cauſas, vide
Boer.deciſ. 354.
Si legatum habetur pro caduco, ſeù
non ſcripto, de Iuris cenſura re-
12 manere debet penes heredem
ſine onere; tamen in legatis pijs
non procedit,de Franch. deciſ.
156.num.3.
Si Titius piam cauſam vulgariter
ſubſtituāt, excluditur mater pu-
13 pilli per tacitam pupillarem,
Franch.Mantic.de coniectur.vlt.
volunt.lib.5.tit.15.nu.34. & ſeq.
Idem eſt dicendū ex codē Mantic.
ibid. quòd ſi eſt pia cauſa ſubſti-
14 tuta poſt plurium obitum, quod
admittitur poſt mortem vnius.
An cenſus Eccleſiæ,ex longitudine
15 temporis,debeat augeri,& in pri-
ſtinū ſtatum reduci, vide Papon.
lib.20.tit.6.arreſt.4.& 5.
Seius legauit aliquid Parrocho ſuo
contemplatione ſuæ ſepulturæ.
16 Si fiat hęc ſepultura alibi, quam
in Eccleſia Parrocchiali, cui de-
beatur,hoc legatum?vide Papon,
lib.20.tit.8.arreſt. 5.
Appellatio nō admittitur à ſenen-
tia

tia lata ad pias cauſas, quò ad im-
17 pediendum exequutionem, Rebuff. in conſt Regn. tractat. de ſent.prouiſ.num.38. tom. 1.

Quæro, Caius in teſtamento inſtituit Meuiũ hæredem, quem cre-
18 debat eſſe pauperẽ,inde reperitur quòd eſt diues, quid Iuris?Quod hoc teſtamentum valet, & hęreditas aufertur Meuio hęredi inſtituto, & in pios vſus conuertitur,Matthelef.ſing. 180.

Legatum pium incertum an valeat,
19 vide Afflict.deciſ.371.n.1.& ſeq.

Legatum relictum arbitrio alicuius, quomodo intelligendum, vide
20 Afflict. deciſ. 371. n.6.& ſeq.& Vrſill.ibidem dicit, vt legatum dotis dicatur pium,

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Monaca Religionem ingreſſa an debeat habere eandem dotem, ſicut & illa,quę nupſit in ſęculo.

Legatum factnm, dummodò nubat cum tali, an valeat.

SVMMARIVM.

Religionem ingreſſa an eandem dotem habeat, ſicut & illa, quæ nupſit in ſæculo, num. 1. & 2.

Legatum factum ſi nupſerit cum tali, an valeat, num. 3. & 4.

Si eſt factum, vt nubat certæ perſonæ n 5.

Et ſi ante matrimonium moriatur n. 6.

Legatum factũ mulieri monaſterium ingredienti an debeaturnon facta profeſſione,num 7.

Legatum factum monaco an valeat n 8.

Legata vinea, an veniat arundinetum num. 9.

Legatum factum alicui Eccleſiæ, cui debetur ſi plures Eccleſiæ eiuſdem vocabuli ſint in loco,num. 10.

Quod debeatur pauperiori num. 11.

Et ſi eſſent pares in paupertate, an cadat gratificatione num. 12.

Legatum factum Eccleſiæ,non ſpecificata Eccleſia,de Parochiali intelligitur n.13.

Legatum factum, vt fundus ematur, prohibitus eſt alienari num 14.

Legatum factum Sancto, cenſetur Eccleſiæ num 15.& 16.

Et ſi nõ adeſt Eccleſia illius Sancti,debetur illi Eccleſiæ, in qua ſunt reliquiæ, vel corpus Sancti,& ſi non exiant,debetur maiori,num. 17.

Legatum pium, an cenſeatur reuocatum per ſecundũ teſtamẽtum,à n. 18.ad 24

Limita,niſi intercedat decennium, n. 25.

Amplia etiam in Codicillis, & legato pro malè ablatis, n. 24.

Legatum annuum an dicatur perpetuum, n. 26. & 27.

Legatum alimentorum an dicatur perpetuũ, & quomodo debeatur, n. 28. 29.

Legati pij quis ſit exequutor, à n. 30. ad 33

Alimenta de quibus annis debeantur, à n. 34. & 38.

Legatum factum alimentorum ex tali fundo, quomodo debeatur, n 39. ad 43.

Legatum taxatiuum, vel demonſtratiuum, quando dicatur, n. 44. & 45.

Legatum pium an poſſit auocare pecuniam à ſecundo creditore, n. 46.

Legatum pro miſſis celebrandis in vno loco, vel per talem Sacerdotem, an poſſit mutari in alio loco, & adimpleri per alium Sacerdotem à n. 47 ad 49.

Miſſa eſt Sacrificium, quod poteſt per alium offerri, n. 50.

SI

SI pater legauerit filiæ ducatos quatuorcentum,ſi nupſerit,vel filio ſuo ſi vxorem duxerit, ſi ve-
1 rò Religionem ingrediatur legauit minorem ſummam, & ſic ducentum. Pone, q religionem ingrediatur,an legatum quatuorcētum conſequatur fauore Religionis, aut verò ducentum tantùm debeantur? vtilitas eſt ad propoſitum noſtrum, q ſi ingreditur Religionem incapacem,ſuccedit Reuerendæ fabricæ Tribunal. Dicas,quod ſi Religionem ingreditur,conſequitur maiorem ſummam relictā, & ſic illos quatuorcentum legatos ſi nupſerit,& hoc fauore religionis, ne quis metu
2 ammittendi legatū maius, abſtineat ab ingreſſu Relionis, & ne cōtingat valere magis luxuriam, quàm caſtitatē,Oſaſc. deciſ. 126. n.6.Guttier lib.1.canonic.quæſt. cap.32. n. 15.qui ſecundùm magnam DD.cateruam, quos adducit, dicit eſſe hanc communem ſententiam ab omnibus receptā, [Sfort.Od.de fideicōmiſſ. quæſt. 40.n.151.] contrariū tenet Vaſq. de ſucceſſ.progreſſ. tit comm. de legat.§.29.n.23.fol.mihi 362. Idē dicendum eſt ſi teſtator ſubſtitutum dederit, caſu, quo non nupſerit, Oſaſc. ibid. de quo ſatis per Thor. in ſumma priuil. piarum cauſar.in priuil.242. [Limita niſi alijs coniecturis appareat teſtatorē intellexiſſe de matrimonio non ſpirituali,ſed carnali, Fontanell.de pact.nupt.clauſul. 5.gloſ 8.par.1.n.64.fol.mihi 100.]

Sed ſi Pater dixerit, lego Bertæ filiæ meæ ſi nupſerit cētum, & illi qui
3 eam in vxorem duxerit mille,dicas, quòd, & ſi Monaſterium ingrediatur, non cōſequitūr mille, ſed tantum cētum, quia legatum
4 nō eſt factum mulieri,ſed ducenti eā in vxorē,Guttier. ibid. n.16.

Sed ſi legatum eſſet factū,filia mea conſequatur quatuor centum ſi
5 Seium in virum duxerit,& ſic eſt appoſita conditio in legato, vt nubat certæ perſonæ,& illa legataria non nupſerit, vel Seius eam ducere recuſat,& Filia Religionē ingrediatur,an legatum huiuſmodi conſequatur? dicas, quòd non, ratione,de qua ſupra, quia legatū eſt factum,non mulieri, ſed eam ducenti in vxorem, Guttier.ibid. num. 17.

Et ſi Seius, cui legatum eſt factum, dummodò nubat,ante matrimo-
6 nium moriatur, cui hoc legatum debetur,vide Bald. de dot. priuil. 77.nu. 3.& 4.par.6.cętera vide Guttier.cit.cap. 32. n. 18.& ſeq.

Et ſi fuerit factum legatum mulieri Monaſterium ingrediēdi, an de-
7 beatur non facta profeſſione? vide quæ dixi ad Gram. deciſ. 102.

Factum eſt legatum alicui Monaco (pacto,quòd nihil acquiratur Mo-
8 naſterio)an valeat,dicas quod valer dummodò Monaſterium,ſiuè Abbas patiatur Monacū ſic poſſidere,de Franch. deciſ.718. quia Monachus, etiam ſi fuerit cappa ſpoliatus, non poteſt agere no-

mine proprio;quia illam nõ pro-
prio poſſidet:ſed nomine Mona-
ſterij detinet, Felin. in cap. cùm
delicta,de reſcript.n.15.quem ſe-
quitur Campagn.ad cap.Regn.de
iniurijs;n.16. vt dicam infra in tit.
Monachus quando agat cap.1. n.
12. &18.

Si fuerit legata vinea alicui Eccle-
ſiæ,an veniat arundinetum?dicas
9 quòd ſi eſt ſeparatum à vinea , nõ
cõtinentur,Puteus dec. 85. lib.3.
[prout in ſimili ſi fiat condem-
natio pro reſtitutione equi , an
veniant ornamenta ipſius , vide
Bouadill.tom.1.politic.lib.1.cap.
13.n.106.]

Quæro ſi legatum ſimpliciter ſit fa-
ctum alicui Eccleſiæ , & in loco
ſint plures Eccleſiæ eiuſdem vo-
10 cabuli,& in eodem legato, non
dicitur cui Eccleſiæ ſit illud lega-
tum, cui ex duabus Eccleſijs de-
beatur?dicas,quod debetur Eccle
ſiæ pauperiori, gloſ. in cap. indi-
cante de teſtament. nec propter
incertitudinem vitiatur,Vrſill.ad
Afflict.deciſ.244.n.4.Et cùm Ex-
cellentiſſ. Don Carolus Ieſualdo
Venuſij Princeps in eius vltimo
teſtamento legaſſet ducatos quin
gentum S.Mariæ dell'Arco Mon
tis Fuſcoli,& hic aderat Cappella
nuncupata: Santa Maria dell'Ar-
co intus Eccleſiam Monaſterij
Minorum Conuentualium, &
aderat alia Eccleſia nuncupata:
Santa Maria dell' Arco in Ca-
ſali Sancti Angeli à Cancella, pa-
rum ab hac Terra diſtanti,quę in
longinquis partibus appellatur, &
publicè nuncupatur:Santa Maria
dell'Arco di Mõteſuſcolo , & fuit
dubitatum,dum teſtator non ex-
preſſit cui Eccleſiæ hoc legatum
debetur ; dicebam ego ex allega-
tis,deberi pauperiori , & ſic lega-
11 tum fuit applicatum Eccleſiæ
Sancti Angeli, vti pauperiori,vi-
de Thor. in ſumm. priuileg. piæ
cauſ. in priuileg.27.

Verùm ſi Eccleſiæ eſſent pares in
paupertate, Epiſcopus gratificare
12 poſſet, ex Afflict. cit. deciſ. 244.
n.4. Hodie verò exequitur, & di-
ſtribuitur per Tribunal Reu. Fa-
bricæ erectum,ex ſuo priuilegio,
vt ſupra dixi.

Et ſi teſtator legatum fecerit alicui
Eccleſiæ non ſpecificata Eccle-
13 ſia,in dubio de Parrochiali intel-
ligitur,ex Alex. conſ. 103. vol.6.
qui Vrſill.ibid. n.8. infert, quòd
facto legato alicui Eccleſiæ in
centum , cum conditione , vt ex
illis fundus ematur , intelligitur
per hoc eſſe factam prohibitio-
14 nem , vt alienari non poſſit , ſe-
quitur Arnon. comment. 19. &
n.9.ſimiliter infert, quòd ſi eſt fa-
ctum legatum alicui Eccleſiæ de
domo , per alienationem , non
reuocatur, tu vide Franch. deciſ.
283.Ann.ſing.268.

Pone, quod teſtator ſui, vel Notarij
imperitia facit hoc legatum, v3:
15 *laſcio à Sãto Antonio docati dieci* Nõ
alio expreſſo,prout quotidiè groſ
ſolani teſtatores faciũt, & incau-
ti Notarij non cogitant , cui hoc

legatum

legatũ debeatur, millies occurrit
dicebam deberi legatũ Eccleſię
illius Sancti, quia legata fiunt
Eccleſijs Sanctorum, non autẽ
Sanctis, qui in cælo ſunt, Afflict.
deciſ.244.n.2.&3.vulgaris enim
vſus loquendi groſſolanorũ, &
16 fœminarũ. eſt nominare Sanctos,
quod debet intelligi de Eccleſijs
illius Sancti nominati, &
non de Sãctis; ſed ſi Eccleſia illius
Sancti in teſtamento nominati
non eſſet in loco, conſultus,
reſpondi, huiuſmodi legatũ
deberi illi Eccleſiæ, in qua ſunt
reliquiæ, vel corpus illius Sancti,
17 quæ ſi non eſſent, debetur legatum
Eccleſiæ Maiori.

Non incongruè pro totali materiæ
dilucidatione quęri poteſt, an legatum
pium factum in primo teſtamento,
cenſeatur reuocatum
18 per ſecundum; pluries occurrit
& ſignanter in cauſa Octauij
Chiocchia de Monteſuſcolo,
qui tanquam hęres quodam Beatricis
Chiocchia conueniebatur
in Tribunali Reuerendæ fabricæ
pro adimplemento legatorum
piorum per eandem Beatricẽ in
quodam teſtamento relictorum,
& Ottauius præſentauit aliud teſtamentum
ſecundo loco factum
per quod primum teſtamentum
reuocabatur, Ioſeph d'Aytoro exi
19 mius aduocatus Octauij dicebat
illa legata pia, non deberi; quia
reuocatum eſt primũ teſtamentum,
ex regula; quòd ſecundum
reuocat primum, ego volui videre
verba teſtamenti, & inueni, quòd
non erant in ſpecie reuocata legata
pia facta in primo teſtamẽto,
ſed tantummodò erant illa
verba, ſeù clauſula generalis ſolita
apponi per Notarios, ideſt, caſſans,
&c. omnia alia teſtamenta,
&c. Vndè dicebam expreſſam reuocationem
requiri, & indè ſe
concordarunt partes, & cauſa nõ
fuit deciſa, nunc verò dico, quod
licèt de Iure ſecũdum teſtamentum
tollat primum, quòd regulariter
cenſetur reuocatum, vulgatis iuribus,
ex quibus infertur, quòd etiam
20 ſi mille teſtamenta præcedant,
vltimum præualet, & attendendũ
eſt, niſi teſtator in primo iurauerit
non reuocare, ex Viu. deciſ.
292.n.10. Tamen cùm in hoc ſumus
in legatis pijs, & de animæ
21 fauore certatur, ex quibus multa
permittuntur, quæ aliàs non permitterentur,
ſi in ſecundo Eulogio,
non eſt facta expreſſa mẽtio,
ſiue reuocatio legatorum, piorũ,
non cenſetur reuocata per ſecun-
22 dum, Ioſeph Ludouic. concluſ.
24.verſ. declara quinto, Natt. cõſ.
613. Mantic. de coniectur. vltim.
volũtat. lib.12.tit.2.n.24. Carocc.
deciſ.85. Tiraquell. de cauſ. pia
priuileg.19. aliam rationem affert
Arnon. comment.74. quia illa aſ-
23 ſertio habet vim debiti confeſſati
parte præſente, opinio, ſiuè ratio
Arnon. non arridet, ſed potius
illa pręualet, & mihi placet, quam
ponit Roman. ſing. 420. nempè
fauore Animæ, ſequitur Viu. de-

ciſ.292. n.4. quod tu amplia procedere, etiã in codicillis, ex Man-
24 tic.cit.loc. 2. amplia etiam in legato pro malè ablatis, ex Arnon. cit. comment. 74. tu vide Guid. Pap. deciſ. 200. vide Thor. in d. ſumma priuil. 206. vbi deciſionẽ S.C. enunciat.

Limita, niſi inter primum, & ſecundum teſtamẽtum intercedat de-
25 cennium, & tunc reuocatur per ſecundum, ratio eſt quoniam lex præſumit obliuionem, quandò præcedit decennium, vt ex multis congerit, Viu cit. deciſ. 292. n. 5. & 6. decennium enim habet in ſe talem præſumptionem ex quo multa prohibentur, quę aliàs permitterentur, vt ego dicãDeo Duce, in tit. de inſtrumento.

Et ſi legatum ſit annuum, an dicatur perpetuum? pluries accidit, & ſi-
26 gnanter in quodam de familia Spinello caſalis Sanctæ Paulinę, qui in vltimis conſtitutus fecit legatum annuum pauperibus, & iterum cauſa D. Io. Battiſtæ Ciano Sacerdotis, inde Religionem Reformatorum Sancti Franciſci ingreſſi, Fratris Ambroſij nuncupati, qui ante Religionis ingreſſum, vt moris eſt, teſtatus fuit, & in ei⁹ vltima diſpoſitione annuũ legatum ad fauorẽ Eccleſiæ Collegiatæ Sancti Ioannis de Baleo inter aliàs diſpoſitiones annuum legatum carolenorum decem reliquit, ſimpliciter, in his verbis: *Dopò la morte mia laſcio al Clero carlini dieci annui per vno anniuerſario.* Et fuit de duobus dubitatũ, à quo die hoc legatum debeatur, ſi religionis ingreſſus, & ſic mortis ciuilis, an verò mortis naturalis, cùm a die diſpoſitionis vſque ad illum mortis naturalis multorum annorũ ſpatiũ præterijt, ſecundo, an hoc legatum dicatur perpetuum, vtilitas eſt, quòd ſi dicitur perpetuum, elapſis triginta annis ex priuilegio Reuerendę fabricæ, non debetur. Ego pro vtroque caſu dixi legatũ eſſe perpetuum, quamuis ſimpliciter ſit factũ nullo perpetuitatis verbo addito, motus, ex Bald. in l. pe-
27 cuniæ n. 2. ff. de aliment. legat. & ex Pontan. in tract. de alimẽt. cap. 17. n. 15. [Quò ad ſecundũ legatum debetur à die mortis ciuilis, & ſic ingreſſus Religionis; Monacus enim dicitur mortuus, quo ad mundum, vt dico infra tit. Monacus quando agat, num. 11. & 20.]

Et ſi fuerint relicta alimenta, an dicatur legatum perpetuum, &
28 quomodò debeantur, dic, quod eadem ratione dicitur perpetuũ, & cum appelltione alimentorũ veniant omnia, quæ ad huius vitæ ſubſtentationẽ sũt neceſſaria, vt magnam DD. ſequelam fert Coler. da aliment. lib. 2. cap. 1. n. 2. Ideò dicendum eſt, quòd cibaria debentur in initio cuiuſli-
29 bet menſis, venter enim dilationem non patitur, veſtes autem, & calciamenta debentur cõgruo tempore, quo ille eget, Pon-

tan.

tan. citat. cap. 17.n.15.
Quis nam horum relictorum exe-
quutor erit; diſtingue: aut à te-
ſtamento non eſt datus. Aut ve-
rò eſt aſſignatus, ſi primo caſu
per tex. in cap. tua, & in cap. 3.
30 de teſtament. de Iure erat Epi-
ſcopus loci exequutor, vti Sedis
Apoſtolicæ delegatus, vt decre-
uit Sacrum Concilium Triden-
tinum tit. de reform. cap. 8. in
31 princip. ſeſſ. 22. Hodie verò
ſucceſſit Tribunal Reuerendæ
Fabricæ ex priuilegio, vt vtrūq;
adducit Abb. Quarant. in eius
ſumm. Bullar. tit. fabric. S. Petr.
de Vrbe in princip. fol. mihi 247.
Si verò ſecundo caſu, eſt aſſignatus,
abſq; dubio exequutor, & diſtri-
32 butor erit, & poterit, nedū ſeipsū
eligere, vti pauperū verùm etiā, &
proprium filium, ſi egenus erit,
Pontan. cit. cap. 17. n. 17. & Co-
ler. lib. 1. de aliment. cap. 1. 5. n. 33
fol. mihi 524. Pauperum enim
appellatione veniunt pauperes
33 affines teſtatoris, Papon. lib. 20.
tit. 6. arreſt. 8. & 9. Et an deſcen-
dentes pauperes à teſtatore, poſ-
ſint retinere ad ſe alimentādum,
vide Natt. conſ. 201. Et legatum
relictum pauperibus, debet dari
cunctis pauperibus loci, non au-
tem vni, Miſing. obſer. 67. cent. 3.
De quibus enim bonis hæreditarijs
alimenta relicta debeātur? diſtin-
34 gue, aut teſtator expreſſit, vndè
percipienda ſunt, aut non expreſ-
ſit. Si primo caſu, non eſt opus
diſputatione, & eius voluntas, tā-
quam Regina ſeruanda eſt, ex Re
gul. teſt. in l. in conditionibus ff.
de condit. & demonſtrat. cap. vl-
tima voluntas 13. quæſt. 2. Si verò
non expreſſit, inſpicienda eſt vo-
luntas teſtatoris, & cogitandum
35 eſt ex coniecturis inter teſtatorē,
& legatariū, Coler. citat. loc. lib. 2.
cap. 2. n. 23. Et ſi teſtator, non ali-
menta in genere, ſed tantùm in
ſpecie reliquerit, E. G. ſi dixerit:
36 lego Titio centum modios fru-
menti quolibet anno, vel cētum
cados vini, & ſimilia, quomodo
ſolui debeāt, & per quem; diſtin-
gue: aut teſtator expreſſit, à quo
ſumi debeāt: aut non expreſſit. Si
primo caſu ſubdiſtingue, aut ſim-
37 pliciter, & abſolutè expreſſit mo
do quo ſupra, aut relatiuè expreſ-
ſit. Si primo caſu non dubitatur
deberi per hæredem, vel grauatū,
prout teſtator diſpoſuit. Si ſecun-
do caſu, & ſic relatiuè expreſſit,
tunc debet conſiderari ratio vo-
luntatis teſtatoris, conditio lega-
tarij, & qualitas rei, nam ſi v. g. te-
ſtator dixerit, lego filiæ meæ ali-
menta, donec dos ſibi ſoluatur, &
38 tunc habita ratione ad ætatem,
alimenta debentur iuxta dotis
quantitatem, Roman. conſ. 538.
quem ſequuntur Pontan. cit. cap.
17. n. 26. & Coler. cit. cap. 2. n. 16.
Iterum quæro, ſi teſtator legat ali-
menta alicui, vel loco pio, & deſi-
gnet locum, nempè, ſi dixerit: le-
go alimenta percipienda ex meo
fundo, quem in tali loco poſſi-
deo, & contingat illum fundum

alimenta

alimenta ſufficientia quotannis, vel in vno anno præſtare, an hæres teneatur adimplere, aut verò
39 legatarius fructus ſequentis anni vberioris expectare? Coler. ci. lib. 2. cap. 2. n. 17. & ſeq. diſtinguit aut certè teſtator reliquerit; aut verò conditionaliter. Si primo caſu, & ſic certè dixerit: lego aliměta Titio ex fructibus talis fundi, tunc etiam fructibus non exiſtentibus, hæres tenetur alimenta
40 præſtare. Si ſecundo caſu, & ſic conditionaliter reliquerit, nempè ſi dixerit: ex fructibus prouenientibus ex tali fundo alimenta lego, hoc enim caſu, quia taxatio
41 nis legatum cauſa dicitur, hæres non tenetur, ſed legatarius tenetur expectare vbertatem anni

Ego verò conſiderandum forè exiſtimo, quod ſi ſuperioribus annis fuerit adeò fructuũ fertilitas, quod legatarius portionem alimentorum ſibi tangentem cępe-
42 rit, reliquam verò hęres ſibi ipſi applicauerit, in hoc caſu, vt ęqua litas ſeruetur, & vt qui ſentit comodum, debet ſentire & incomodum, hæres tenetur pręſtare in illo anno infertili, conſidera-
43 ta vbertate ſuperioris anni, & non expectata fertilitate anni futuri, tu cogita, & vide Vrſill. ad Afflict. deciſ. 252. n. 2.

Quando autem dicatur legatum taxatiuum, vel demonſtratiuum?
44 accidit in cauſa inter Monaſteriũ Sancti Franciſci huius Regionis, cũ hæredibus quondam Lucæ Caſatię, qui in eius teſtamẽto hęc verba protulit: *Item, vole eßo teſtatore, che delli denari, che deue conſequire dal magnifico Barone Sellarolo, nomine Carolo Sellarulo, docati cinquanta, laſcia pro vna vice tãtũ à Santo Franceſco di Monteſuſcolo.*

Et dubitatũ fuit, an hoc legatum dicatur taxatiuum, vel demonſtratiuum, & tandem poſt longam diſcuſſionem cũ Aduocatis partium, iudicaui in fauorem Monaſterij, ex l. Paulo Gallimaco §. finali, & l. quidem teſta-
45 mento de legat. 1. Felin. cap. ſuper literis de reſcript. num. 4. Franch. deciſ. 283. & 721. illud enim verbum: *che*, dicitur cauſa demonſtrationis, ex l. cũ certus numerus de tritic. vin. & ol. legat. tu vid. Dec. conſ. 183. & 324. col. 3. Roland. conſ. 58. nu. 22. & conſ. 98. num. 20. vol. 3. Menocch. de præſumpt. lib. 4. cap. 116. n. 17. & cap. 118. nu. 16. Ludouic. Morot. conſ. 5. per tot. Coler. citat. loc. de quo ſatis apud Thor. in d. ſumm. priuil. 267. & nouiſsimè D. Rouit. ad prag. 1. de legat. pijs n. 6. qui dicit, quòd legatum pium poteſt exigi ab vno ex hæredibus, tu vide Franch. deciſ. 483. an hoc Tribunal. Reu. Fabricæ poſsit fauore cauſæ piæ auocare pecuniam à ſecundo cre
46 ditore Reg. Rouit. in prag. 1. hoc cod. tit. remittit ſe ad Mart. vot. 42. n. 1. & iterum quæri poteſt, ꝙ ſi eſt factum legatum Canonicis, cenſetur factum non vti vniuerſis, ſed

ſis, ſed vti ſingulis, & ſic ipſis, nō autem Eccleſiæ debetur, & Epiſcopus habet quartam partem Canonicam, Emanuel Aphoriſ. Confeſſar. tit. legatum n. 51. fol. mihi 351. & mouetur ex Couarr. in cap. requiſiuiſti de teſtamen. n. 10. [Si fuerit factum legatum non adita quantitate, nec tempore, vel fuerit dictum: lego fratribus talis Monaſterij pietantiam, Soccin. Iunior. conſ. 25. n. 8. vol. 2. dicit, q; pro vna vice debetur.]

Sed ſi teſtator dixerit: lego tot miſſas pro anima celebrandas in tali
47 Cappella, ſiuè Altari, an poſſint alibi celebrari? accidit in legato facto per domnum Marcum Dēte, qui quaſdam miſſas reliquit p eius anima celebrandas in Cappella Sanctiſsimi Roſarij intus
48 Eccleſiam maiorem exiſtenti, & D. Hector eius frater, & hæres volebat celebrari facere in Eccleſia Sancti Leonardi, & ego conſultus reſpondi, locum mutari non poſſe, quia præſumebatur deuotio teſtatoris in illa Cappella, ex Nauarr. in Manual. cap. 25. n. 134. & nouiſsimè ex Gratian. diſcept. forenſ. cap. 73 n. 4.

Et ſi fuerit per teſtatorem dictum, quod miſſa celebretur per talem
49 Sacerdotem, an poſsit per alium celebrari, idem Gratian. diſcept. forenſ. cap. 133. n. 8. affert poſſe per aliū adimpleri, cùm ſatisfiat animæ teſtatoris; Miſſa enim eſt Sacrificium, quod poteſt per aliū offerri, ſed ſi non eſt deſcripta perſona celebrantis, poteſt per
50 quemcūque celebrari, hoc enim caſu verba ſunt poſita pòtius ad denotandum onus celebrādi impoſitum, & non perſonam celebrantis, Gratian. cit. cap. 73. n. 10.

MONACVS QVANDO AGAT

Caput I.

ARGVMENTVM.

Monacus an poſſit accuſare pro offenſa ſibi facta.
Quæ concurrere debent, vt declaratoria gaudeat.

SVMMARIVM.

Monachus membrum Eccleſiæ dicitur, num. 1. 2. & 23.

Monachum offendens, Eccleſiam lædit, num 2. 25. & 32.

Monachus Religionem ingrediēs, ſeipſum, & bona offert, num. 3.

Monachus, an poſſit accuſare, & electionem fori habeat, num. 4. ad 32.

Monacho offenſo, an competat actio Monaſterio, num. 4. 5. 6. & 7.

Offenſio facta intuitu perſonæ Monachi, an declinatoria fori gaudeat, num. 6.

Qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, n. 7

Monachorum negotia debent eſſe lacrymæ, orationes, & ieiunia, num. 7. & 26

Pera

alimenta ſufficientia quotannis,
vel in vno anno præſtare, an hæ-
res teneatur adimplere, aut verò
39 legatarius fructus ſequentis anni
vberioris expectare? Coler. ci. lib.
2. cap. 2. n. 17. & ſeq. diſtinguit;
aut certè teſtator reliquerit; aut
verò conditionaliter. Si primo
caſu, & ſic certè dixerit: lego ali-
mẽta Titio ex fructibus talis fun-
di, tunc etiam fructibus non exi-
ſtentibus, hæres tenetur alimenta
40 præſtare. Si ſecundo caſu, & ſic
conditionaliter reliquerit, nem-
pè ſi dixerit: ex fructibus proue-
nientibus ex tali fundo alimenta
lego, hoc enim caſu, quia taxatio
41 nis legatum cauſa dicitur, hæres
non tenetur, ſed legatarius te-
netur expectare vbertatem anni
Ego verò conſiderandum forè exi-
ſtimo, quod ſi ſuperioribus an-
nis fuerit adeò fructuũ fertilitas,
quod legatarius portionem ali-
mentorum ſibi tangentem cępe-
42 rit, reliquam verò hęres ſibi ipſi
applicauerit, in hoc caſu, vt ęqua
litas ſeruetur, & vt qui ſentit co-
modum, debet ſentire & inco-
modum, hæres tenetur pręſtare
in illo anno infertili, conſidera-
43 ta vbertate ſuperioris anni, &
non expectata fertilitate anni fu
turi, tu cogita, & vide Vrſill. ad
Afflict. deciſ. 252. n. 2.
Quando autem dicatur legatum ta-
xatiuum, vel demonſtratiuum?
44 accidit in cauſa inter Monaſte-
riũ Sancti Franciſci huius Regio-
nis, cũ hæredibus quondam Lu-
cæ Caſatię, qui in eius teſtamẽ-
to hęc verba protulit: *Item, vole
eſſo teſtatore, che delli denari, che de-
ue conſequire dal magnifico Barone
Sellarolo, nomine Carolo Sellarulo, do-
cati cinquanta, laſcia pro vna vice tã-
tũ à Santo Franceſco di Montefuſcolo.*
Et dubitatũ fuit, an hoc legatum di-
catur taxatiuum, vel demonſtra-
tiuum, & tandem poſt longam
diſcuſſionem cũ Aduocatis par-
tium, iudicaui in fauorem Mo-
naſterij, ex l. Paulo Gallimaco
§. finali, & l. quidem teſta-
45 mento de legat. 1. Felin. cap.
ſuper literis de reſcript. num. 4.
Franch. deciſ. 283. & 721. illud
enim verbum: *che*, dicitur cau-
ſa demonſtrationis, ex l. cũ cer-
tus numerus de tritic. vin. & ol.
legat. tu vid. Dec. conſ. 183. &
324. col. 3. Roland. conſ. 58. nu.
22. & conſ. 98. num. 20. vol. 3.
Menocch. de præſumpt. lib. 4.
cap. 116. n. 17. & cap. 118. nu. 16.
Ludouic. Morot. conſ. 5. per tot.
Coler. citat. loc. de quo ſatis apud
Thor. in d. ſumm. priuil. 267. &
nouiſsimè D. Rouit. ad prag. 1. de
legat. pijs n. 6. qui dicit, quòd le-
gatum pium poteſt exigi ab vno
ex hæredibus, tu vide Franch. de-
ciſ. 483. an hoc Tribunal. Reu.
Fabricæ poſsit fauore cauſæ piæ
auocare pecuniam à ſecundo cre
46 ditore Reg. Rouit. in prag. 1. hoc
eod. tit. remittit ſe ad Mart. vot.
42. n. 1. & iterum quæri poteſt, ꝙ
ſi eſt factum legatum Canonicis,
cenſetur factum non vti vniuer-
ſis, ſed

ſis, ſed vti ſingulis, & ſic ipſis, nõ autem Eccleſiæ debetur, & Epiſcopus habet quartam partem Canonicam, Emanuel Aphoriſ. Confeſſar. tit. legatum n. 51. fol. mihi 351. & mouetur ex Couarr. in cap. requiſiuiſti de teſtamen. n. 10. [Si fuerit factum legatum non adita quantitate, nec tempore, vel fuerit dictum: lego fratribus talis Monaſterij pietantiam, Soccin. Iunior. conſ. 25. n. 8. vol. 2. dicit, q pro vna vice debetur.]

Sed ſi teſtator dixerit: lego tot miſſas pro anima celebrandas in tali
47 Cappella, ſiuè Altari, an poſſint alibi celebrari? accidit in legato facto per domnum Marcum Déte, qui quaſdam miſſas reliquit p eius anima celebrandas in Cappella Sanctiſsimi Roſarij intus
48 Eccleſiam maiorem exiſtenti, & D. Hector eius frater, & hæres volebat celebrari facere in Eccleſia Sancti Leonardi, & ego conſultus reſpondi, locum mutari non poſſe, quia præſumebatur deuotio teſtatoris in illa Cappella, ex Nauarr. in Manual. cap. 25. n. 134. & nouiſsimè ex Gratian. diſcept. forenſ. cap. 73 n. 4.

Et ſi fuerit per teſtatorem dictum, quod miſſa celebretur per talem
49 Sacerdotem, an poſſit per alium celebrari, idem Gratian. diſcept. forenſ. cap. 133. n. 8. affert poſſe per aliũ adimpleri, cùm ſatisfiat animæ teſtatoris; Miſſa enim eſt Sacrificium, quod poteſt per aliũ offerri, ſed ſi non eſt deſcripta perſona celebrantis, poteſt per
50 quemcũque celebrari, hoc enim caſu verba ſunt poſita potius ad denotandum onus celebrãdi impoſitum, & non perſonam celebrantis, Gratian. cit. cap. 73. n. 10.

MONACVS QVANDO AGAT

Caput I.

ARGVMENTVM.

Monacus an poſſit accuſare pro offenſa ſibi facta.
Quæ concurrere debent, vt declaratoria gaudeat.

SVMMARIVM.

Monachus membrum Eccleſiæ dicitur, num. 1. 2. & 23.

Monachum offendens, Eccleſiam lædit, num. 2. 25. & 32.

Monachus Religionem ingrediẽs, ſeipſum, & bona offert, num. 3.

Monachus, an poſſit accuſare, & electionem fori habeat, num. 4. ad 32.

Monacho offenſo, an competat actio Monaſterio, num. 4. 5. 6. & 7.

Offenſio facta intuitu perſonæ Monachi, an declinatoria fori gaudeat, num. 6.

Qui eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati, n. 7

Monachorum negotia debent eſſe lacrymæ, orationes, & ieiunia, num. 7. & 26

Pera

Percutiens Clericum, vel Monachum res ſæculares gerentem, an incidat in canonem, num. 7. & 8.

Monachus infra ſepta Monaſterij clauſtraliter viuere debet, nec negotiari poteſt, num. 8.

Manachus non habet, nec velle, nec nolle, num. 10. 20. & 21.

Dicitur Mortuus quòad mundum, num. 11. & 20.

Monaſterio, & Abbati ſubditus eſt, & ſeruo æquipuratur, num. 12.

Seruus in Iudicio, an eſſe poſſit, num. 12.

Monachus, an poſſit eſſe in Iudicio, & accuſare, n. 13. neq; exequutor teſtamẽti

Teſtis eſſe non poteſt ſine iuſſu ſupereoris, num. 14.

Monachus, an agere poſſit, Abbate non conſentiente, nnm. 14.

Et ſi conſeſſus Abbatis ſuperueniat, n. 15.

Monachus agens contrà ſuum Abbatem, an licentiam à Superiore obtineat, n. 16

Monachus coppa ſpoliatus quomodò agat, num. 17. & 18.

Monachus, an accuſare poſſit ſuum Abbatem, & quomodò, num. 21.

Apoſtata repugnatur Monachus negotijs ſæcularibus ſe immiſcens, num. 22.

Apoſtatam occidens, an incidat in Canonem, num. 23.

Quæ concurrere debeant, vt Monachus electionem fori habeat, num. 24. & ſeq.

Remiſſio Monachi, & Abbatis requiritur in remittenda iniuria Monacho illata, num. 27.

Monachus ad accuſandum admiſſus, an requiratur citatio partis, num. 28.

Pecunia peruenta ex remiſſione de monacho occiſo, ad quem ſpectet, num. 19.

Antonij Caraccioli laudes, num. 31.

Inter clericum, & Eccleſiam quæ coniunctio ſit, num 32.

Pro offenſa facta Monacho, quæ actio naſcitur, & quibus, num. 32.

Qualitas debet probari, num. 34.

Electio fori, vt competat Eccleſiæ, & Eccleſiaſticæ perſonæ tria concurrere debent, num. 35. 37. 38. & 42.

Anacletus Citus laudatur, num. 36.

Abbate abſente, an requirendus Prælatus ſupremus pro conſenſu Monacho ad accuſandum, num. 39.

Guardianus, vel Prior offenſus, an per ſe licentiam habeat accuſandi, vel ab alio Superiore illam petat, num. 40.

Guardianus, vel Prior abſque alia licentia, poteſt deponere in cauſa ciuili, n. 41.

MOnachus, ſicut, & Clericus membrũ Eccleſiæ dicitur, & qui tangit membrum, tangit corpus, vnde offenſa
Monacho, cenſetur, & offenſa
1 Eccleſia, & cùm in noſtra temporis egeſtate videatur in dies Religioſos offendi, qui ſtatim ad Tribunalia Regia adeunt, & per viã electionis Fori eorum offenſores trahunt, & ſignanter, cùm eſſet hic inquiſitus Doctor Franciſcus Antonius de Franceſchis Vitulani de offenſionibus factis in perſonam D Renati Melone Monachi Montis Virginis, pro electione Fori per ipſum facta in hac Regia Audientia fuit capta informatio; Curia Vitulani præuenit in captura inquiſiti, & petijt remiſſionem cauſæ ad eius Cu-

riam,

Digitized by Google

riam, & fuit dubitatum, an huic Monacho electio Fori competat? & ego, qui partes Domini Don Ioannis d'Auolos, Vitulani Domini, & Montis Herculis Principis, cuius Illuſtriſſimam familiam, nō eſt, qui ore, & in ſcriptis non laudet, agebam, pro victoria cauſæ infraſcripta adduxi.

Prætendit Regius Fiſcus electionē Fori competere, & cauſam in hac Regia Audientia remanendam fore, duplici de cauſa, prima, quia cùm ſit offenſa perſona Monachi, qui membrum Eccleſiæ
2 eſt, cenſetur offenſa & ipſa Eccleſia, quæ cum Fori electionē habeat, meritò Monacho declinatoria competit. Secunda, quia monachus Fori electione gaudet, & ratio rationis eſt; quia quandò
3 Religionem ingrediuntur, non ſolùm ſeipſos offerunt, ſed & propria eorum bona, vt ex innumeris concludit Nouar. in pract. de elect. For. ſect. 33. per tot.

Verùm diſtinguendum fore ſero, quod: aut Monachus profeſſio-
4 nem fecit; aut verò non profeſſus eſt. Si profeſſionem non fecit, quamuis iniuriatus, & offenſus ſit, nec Monaſterio actio competit, nec ipſe electionem habet, ſed ſola actio eidem competit ſuam iniuriam proſequendi, vti priua-
5 tus, teſte Clar. pract. crimin. quæſt. 58. verſ. vlterius quęro ad fin. aut verò profeſſus eſt, & ſubdiſtingue; aut offenſio, vel iniuria fuit facta in perſonam Monachi intuitu Ecclſię, vel Relgionis; aut verò eſt facta intuitu perſonæ ſuæ. Si primo caſu, nulli dubium eſt, quòd actio cōpetit Monaſterio, quod inſimul cum mona-
6 cho actionem, & electionem habet, teſte eodem Clar. cit. loc. Farinacc. titul. de accuſat. quæſt. 13. n. 26. verſ. ſi quæro, quem ſequitur Rouit. in prag. 8. de cōpoſit. n. 43. Si verò fuit offenſus intuitu ſuæ perſonę, non gaudet declinatoria fori, ſed inſtar priuati iudicatur; nam non debet monachus eſſe cauſa cauſę; nam qui cauſa cauſę eſt, dicitur cauſa cauſati vulgatis Iuribus, nec de-
7 bet ſe negotijs ſæcularibus immiſcere; negotia enim monachorum debent eſſe lacrymæ, orationes, ieiunia, & ſimilia; & adeò verum eſt, quòd res ſæculares adminiſtrantem, vel illis ſe immiſcentem, etiam ſi Clericus fuerit percutiens, non incidit in Canon. Sacerdotibus, ne clerici, vel monachi, vt dicit Viu. deciſ. 28. n. 18. Monachi enim infra ſe-
8 cta monaſterij clauſtraliter viuere debent, nec negotiari poſſunt, in cap. ſecundum eod. tit. ne cleric. vel monach. ergo electio fori nō competit, ſed vti ſæcularis reputari debet.

Et dato, quòd eſſet facta offenſio intuitu Religionis, vel Monaſterij, vel ex cauſa negotiorum Mo-
9 naſterij, vel Religionis; adhuc nulla actio Monacho competit, ea ratione, quia monachus non

Digitized by Google

10 habet, nec velle, nec nolle, cap.
Religioſus, de teſtament. in 6. &
dicitur mortuus quòad mũdum,
11 c. non dicatis, 12. quæſt. 1. & pro-
indè non poteſt monachus agere
pro iniuria ſibi illata, quia ſubdi-
tus Monaſterio, & Abbati eſt, &
12 ſeruo ęquiparatur, l. Deo nobis §.
1. C. de Epiſcop. & Cleric. at ſer-
uus in Iudicio eſſe non poteſt, l.
quod attinet ff. de regul. Iur. &
l. ſeruus C. de iudicijs. Ergo nec
13 Monachus poteſt eſſe in Iudi-
cio, nec accuſare poteſt, authen.
cauſa C. de Epiſcop. & Cleric. ſe-
quitur Decian. tract. crim. tom. 1.
lib. 3. cap. 8. n. 15. poſt eum Fari-
nacc. pract. crim. quæſt. 13. n. 24.
nec eſſe teſtis poteſt ſine iuſſu ip-
14 ſius, cui ſubeſt Maſcard. concluſ.
260. n. 5. & ſi agere vellet, & Ab-
bas non conſentiret, Iudiciũ non
procederet, de Franch. deciſ. 718
15 n. 1. Verùm ſi agit abſque conſen
ſu ſui Abbatis, qui inde ſuperue-
nit, validat acta facta, Ricc. deciſ.
6. par. 1. Immò ſi Monachus pro
expenſis vellet agere contrà Ab-
16 batem, non poteſt, ſed officium
Superioris implorare debet ad
inſtar ſerui contra Dominum,
Gratian. diſcept. forenſ. to. 3. cap.
436. n. 11. & adeò verum eſt, quòd
17 ſi Monachus cappa ſpoliaretur,
non poteſt nomine proprio age-
re, ſed cum ſuo Abbate, vel cum
eius licentia, cappam non enim
18 poſſidet ſuo nomine, ſed nomi-
ne Monaſterij detinet, Felin. in
cap. cum dilecta de reſcript. nu. 5.
quem Felin. ſequitur Campagn.
ad cap. Regni de iniurijs n. 16. ne-
que exequutor teſtamenti eſſe
19 poteſt ſine licentia ſui Superio-
ris, ratio viuax illa eſt, quam ſupra
dixi, quia non habet, nec velle,
nec nolle, & veniret contra regu-
20 lam, & mortuus mundo dicitur,
cap. placuit 16. quæſt. 1. Gratian.
diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 123. à
n. 1. ad n. 13. nec aliquem denun-
ciare poteſt, niſi ſuum proprium
21 Abbatem, Clar. quæſt. 7. nu. 8. ex
Abb. in cap. ex parte nu. 6. de ac-
cuſat. & ad illud, quod ſupra dixi,
quòd ſi ſæcularibus negotijs ſe
22 immiſcuerit, vti Apoſtata repu-
tatur, cap. ex literis de vit. & ho-
neſt. Cleric. Maſcard. concluſ. 112.
n. 11. & occidens Apoſtatam non
incidit in Canon. latæ ſententiæ,
23 nec eſt neceſſe abſolutionem à
Summo Pontifice impetrare, ſed
ſufficit pœnitentia ſalutaris, ſicut
in alijs peccatis, cap. cum non ab
homine, & cap. perpendimus de
ſentent. excommunicat. Decian.
tom. 1. lib. 4. tit. Clericatus, & or-
dines, tribuunt Iuriſdictionem
cap. 9. n. 6. [quod tu limita. Primò,
niſi ageret ſe defendẽdo. Secun-
dò, niſi eſſet ſuperior. Tertiò, ſi
accuſet ſuum Abbatem. Quartò,
ſi de ſua electione tractatur. Quin
tò, ſi fuerit à Clauſtro eiectus. Sex
tò, ſi habet adminiſtrationem.
Septimò, ſi Abbas, vel Superior
eſſet abſens, & periculum eſſet in
mora. Octauo, ſi pro Abbate ex-
carcerando compareret, tunc in
omnibus

omnibus iſtis caſibus, poteſt ſine
licentia agere, Ant. de Virgil.in
tract.de legitimat.perſon.cap.18.
à nu.3.ad 12. Et quando accuſat,
tenetur citra pęnam ſanguinis ac
cuſare, idem Ant. cap.19. n.8. Et
quando Iudices Eccleſiaſtici poſ
ſint pęnam ſanguinis imponere,
vide Bouadill.tom. 1. politic.lib.
1.cap.17. à n.24.ad 31.]

Sed ad hoc, vt electio fori Mona-
cho competat, duo copulatiuè
requiruntur. Primum, nempè, ꝙ
24 adſit licentia ſui Abbatis expreſ-
ſa, & cum conſenſu capituli, nec
ſufficit tacita. Secundum, quòd
cōcurrat vtilitas Monaſterij, Cal-
derin.conſ.22.quē ſequitur The-
ſaur.deciſ.129.n.3. Farinacc. cit.
loc. & ex Theolog.Sayr. in Clau.
Reg.tom.2.lib.12.cap.29. nu. 5.
quia per iniuriam factam Mona-
cho dicitur etiam iniuriata,& of
fenſa Eccleſia, Carauit. Rit.275.
n.30.ea ratione,quam ſupra dixi,
quia arma Monachorum debent
26 eſſe ieiunia, lachrymæ,& oratio-
nes, non autem vindicta, vt dicit
Farinacc.cit.loc.ſequitur Carauit.
rit.235.nu.3. qui concludit in li-
centia concedenda per Abbatē,
vt Monachus ad accuſandum ad-
mittatur, requiritur cauſæ cogni-
27 tio, ſed non requiri citationem
partis in tali ſummaria cogni-
tione, & adeò verum eſt, quòd
ſi tractaretur de remittenda
iniuria, adhuc ambo, ſcilicet Mo-
nachus, & Abbas cum conſen-
ſu Capituli concurrere debent,
Carauit.cit.loc. Arnon, cōment.
190. quē ſequitur Farinacc. tract.
de reo confeſſ. conuict. quæſt.
105.n.295.& 296.ſi diſputaretur,
28 an monachus ad accuſandum
admitti debet, nō requiritur cita-
tio partis, Marſil.in l. de vnoquo-
que, ff.de re iudicat, n. 87. quem
ſequitur Aſinius in pract. §. 7. li-
mitat. 82. Carauit. citat. rit. Et
monacho interfecto, ſi fit tranſa-
29 ctio, & datur pecuniæ quantitas,
Monaſterio acquiritur, non autē
patri Monachi interfecti, Dec. in
c.in præſentia, n.57.de probatio-
nib.quam ſententiam communē
eſſe aſſerit Alciat. in l. 4. §. Cato,
ff.de verbor. obligat. vide Boer.
deciſ. 121. n. 8. & 9.

Vndè cùm in caſu noſtro non con-
currat prædicta electio fori, non
30 cadit, & cauſa omninò ad Curiā
Vitulani eſt remittēda, prout per
prius fuit remiſſus ad Curiam Ar-
padiæ referente illo eximio, &
Eminentiſſimo Antonio Carac-
ciolo tunc Auditore, inde prima-
rio cauſarū in Tribunalibus Nea-
31 polis patrono [nuper verò meri-
tiſſimo Præſidente Regiæ Came-
ræ Summariæ, quem propter
eius eminentiā, & merita ad Re-
gētati munus videre ſpero,] Mat-
thæus Salzanus Terræ Arpadiæ
inquiſitus de offenſionibus factis
in perſonam cuiuſdam fratris, &
ex quo ſine requiſitis quærelaue-
rat, fuit remiſſus, me pro Barone
patrocinante; & iterū, cùm Ioan-
nes Baptiſta Myrrha Caſtri Gine-

Digitized by Google

ſtræ eſſet inquiſitus de vulneribus, & morte ſequuta in perſonã Fratris Gulielmi de Vito Ordinis Sãcti Auguſtini; introducta cauſa ad Magnam Curiam Vicariæ, fuit remiſſus ad Baronẽ; & aliàs cùm Io. Gratius Lombardo, & alij Sãcti Angeli Lombardorum eſſent inquiſiti in hac R. A. de offenſionibus in perſonam Monachorũ Sancti Gulielmi, prætendentium habere Iuriſdictionem in quodã loco, dum in querela non fuerũt prædicta duo adhibita, fuerũt remiſſi ad Curiam Sancti Angeli Lombardorum, me pro Domino Duce Nuceriæ Paganorum vtili Dño, cauſas agente. Vndè nedum de Iure ex adductis, verùm etiam ex decretis deſuper interpoſitis in ſimilibus concluditur, cauſam remittendam forè ad Curiam Vitulani.

Non obſtant adducta per Fiſcum, q̃ qui tangit membrum, tangit to-
32 tum corpus; nam hoc procedit in offẽſione facta clerico, propter quam videtur offenſa Eccleſia, propter nimiam coniũctionem, quæ eſt inter Clericum, & Eccleſiam, vt dicit Carauit. ex Abb. & gloſ. per eum citatis rit. 275. n. 45. ſecus verò, quando offenditur
33 Monachus, & licèt offenſio ſit perſonalis, vna ſola actio naſcitur quæ Monaſterio cõpetit, & monachus pro ea agere non poteſt ſine expreſſo conſenſu Abbatis, & Capituli, vt teſtatur Carauit. ea ratione, quã ſupra adduxit; cauſa fuit diù ventilata, & tandem fuit remiſſa ad Curiam Vitulani die 27. Nouembris 1621. referente Auditore Ioanne Romero [Et alias Iulianus Girone Cluſani ad quærelam D. Anelli Fraſca monaci Mõtis Falcionis eſſet inquiſitus, fuit remiſſus ad Baronẽ per M.C.V. die 18. Nouembris 1632. in banca Ioelis contra decretum R. A. quòd cauſa remaneat, vt alſero in meo 2. tom. tit. de elect. fori, cap. 4. n. 6. & ſeqq. & refert Toro tom. 3. comp. deciſ. verbo electio fori, fol. mihi 367. me citato.]

Et iterum cum Marcus Liuius Tolino Terræ Boneti eſſet inquiſitus in Regia Audientia de inciſione arborum in nemore Monaſterij Sancti Franciſci Terræ Apicij, ad quærelam Guardiani dicti Monaſterij eligentis hoc Tribunal in forum. Ego, qui tuebar partes Don Hieronymi Piſanelli Boneti Marchionis, dicebam cauſam ad Curiam Boneti remittendam eſſe ex prædictis; & inſuper addebam, quòd in hoc non tractatur de offenſa facta alicui Monacho, nec de iniuria illata Eccleſiæ, ſed tantùm de inciſione arborum in nemore Monaſterij, & ad hoc, vt electio fori competat, duo requiruntur. Primum, quòd probetur, rem eſſe Eccleſiæ; quotieſcumque enim qualitas fundat Iuriſ-
34 dictionem, aut priuat aliquem, debet ante omnia probari, Gram. conſ. 1. de fariudicat. n. 51. & 52.

Carau.

Digitized by Google

Carauit.ad rit.275. nu.20. Bouadill.tom.1.politic.lib.2.cap.18.n. 96. Secundum,quòd concurrant
35 violentia, rapina, vel fraus, aliàs his ceſſantibus, nec Eccleſia,neque perſona Eccleſiaſtica fori declinatoria gaudet, vt fuit deciſum per Sacrum Conſilium,teſte Affliꝗ.decil. 257.ſequitur Campagn. ad cap. Regn. quod decretam n.10.& cùm non fuit probatum,inciſionem fuiſſe factam data rapina,dolo, vel fraude,cauſa prætextu electionis fori factæ, nō auocatur à Barone, & tandem omnibus his perpenſis,hæc cauſa
36 fuit remiſſa ad Marchionem die 11.Februarij 1626.referēte Anacleto Cito.

Et aliàs cum eſſent inquiſiti Mercurius Simeone,& alij terrę Mercuriani de offenſionibus factis in perſonam Monaci Montis Virginis ad eius quærelam cum electione fori,viſis per me allegatis, & tot decretis inſpectis, fuerunt remiſſi ad Curiam Mercuriani, referente Regio Auditore Don Michaele Ciaues erudito viro,diligentiſſimo, qui ab hac Prouincia ad illas conſentiæ, & Aprutij fuit deſtinatus, hic verò nūc munus Fiſcale exercet, pœnes quem non oportuit elaborare, in alia cauſa ſimili Marci Antonij dello Priote, & aliorum Sancti Angeli Lombardorum, inquiſitorum de offenſionibus in perſonam Monachorū Sancti Gulielmi,qui ſtātibus prædictis fuerunt remiſſi ad Baronē ſub die 12.Ianuarij 1627.

Et recordor, ꝙ cùm in anno 1612. eſſent inquiſiti Vitus Deciali, & alij Terræ Ceruinariæ De homicidio commiſſo in perſonā Monachi Don Blaſij de Piccolo ad quærelam nedum Prioris eligentis in forum hoc Tribunal,verùm etiam, & fratris occiſi, & ex quo in electione fori ſupradicta duo ſollemnia non fuerunt remiſſi ad Baronem.

Limita verò.Primò,electionem fori procedere,& locum habere quando hæc duo concurrunt, nempè,
37 vtilitas monaſterij,& licētia Abbatis expreſſa, vt ſupra dixi ex allegatis, quam limitationem intellige nō procedere, ſi Baro haberet priuilegium cum clauſula derogatoria,l.1.C.quando Impe-
38 rator, inter pupill. & vid. vt ex multis concludit Thor. comp. deciſ.tom.1.in verb.Clericus fol. mihi 96. Verùm ſi non eſſet Abbas, Prior, vel Guardianus in loco, eſt requirendus alter ſupre-
39 mus Prælatus pro conſenſu, vt vidi obſeruatum poſt hęc per me adducta in his Fratribus Montis Virginis,qui quando aliquem accuſare voluerunt,vltra vtilitatem Monaſterij, obtinuerunt licentiā ab eorum Generali pro electione fori, & fuit admiſſa.

Sed dubium ſtat in eo,ſi fuerit offenſus Guardianus, vel Prior, vel
40 alius Superior in loco, an poſſit ſibi ipſi authorare, & de per ſe declinatoriam fori opponere,Carauit.

rauit. rit. 144. n. 3. verſ. ſecundo limita, mouet quæſtionem in Priore, vel Guardiano alicuius Monaſterij, qui in aliqua cauſa ciuili deponere tenetur, & concludit poſſe illum abſque licentia alterius Superioris deponere, &
41 videtur ſibi licentiam impartiri, cùm in eo loco non adſit alius Superior, vndè poſſet fieri illatio de illo caſu ad iſtum, & per conſequens, ꝙ poſſet hic Superior abſque alia licentia accuſare, & forum declinare, ego autem non inhæreo opinioni Carauitę, loquentis in ciuilibus, ſed ex adductis dico in hoc caſu Priorem, ſiuè Guardianum licentiam accuſandi, & trahendi ab alio ſuperiori Prælato obtinere debere. Verùm ſi facto capitulo ad ſonum campanæ omnes Fratres conuenirent in tali occaſione, & fori electione, cum dicatur conſenſus expreſſus capituli, poſſet tolerari. [Et ſi Monachus eſſet factus Epiſcopus, & eſſet inſtitutus hæres, poſſet hæreditatē adire, & ipſam acquirere nomine ſuæ Eccleſiæ Epiſcopalis, non autem Monaſterij, Corn. conſ. 88. n. 2. vol. 10. ſic ego afferebam in cauſa Epiſcopi Montis Marani Eleutherii Albergoni defuncti.]

DE POTESTATE AD MODVM Belli Caput I.

ARGVMENTVM.

Baro ſi cauſæ remiſſionem petierit, in qua proceditur ad modum Belli, quomodo ei remittenda.

Scientia mundana, quomodo eſſe debeat, vt proficiat.

SVMMARIVM.

Comparitio Baronis pro remiſſione cauſæ, in qua proceditur ad modū Belli, quomodo admitti debet, num. 1. 2. 3. & 4.

*Reus ſi petit remiſſionem cauſæ, in qua proceditur ad modum Belli, an debeat audiri, n.*3.

*Baro pro ſuo intereſſe comparet, pro defenſione Iuriſdictionis non autem pro innocentia rei demonſtranda, n.*3.

*Cerua Cæſaris in collo habet verba: noli me tangere, n.*4.

Stultus verba ſua multiplicat, n. 5. & 6.

Scire oportet hominem, n. 7. & 14.

Dulcius eſt omnia ſcire, n. 8.

Scientia, & cognitionis amor an ſit naturalis homini, n 9.

Finis hominis eſt ſcire, n. 10.

Breuitas vitæ impedit ad ſcientiam, n. 11.

Artificium quodlibet continua exercitatione incrementum recipit, n. 12.

Memoriæ priuilegium Deus paruis conceſſit, n. 13.

Mundanis, quod ſolum bonum eſt, n. 15.

Scire aduerſetur humanæ conditioni, n. 16.

Præ=

Digitized by Google

Praeminentiæ, liberum arbitrium, an differant, n. 17. & 18.

Poteſtas militaris, Bellum exulum an differant, n. 19. & 21.

Proceſſus informatiuus, & modus procedẽdi ex proceſſu informatiuo, an differant num. 20.

Brachium forte, manus Regia, brachium Regium, arbitrium liberum, abſoluta poteſtas, an idem ſint, n. 22.

Modum Belli quid ſit, & an differat à modo procedẽdi ex abrupto, n 23 & 24.

Die 22. menſis Septembris 1621. fuit cõmiſſum furtum ducatorũ ferè trium millium in taberna in territorio Zuncoli, quæ exercebatur per Ioannem Litium Furlano eiuſdẽ terræ, hoc modo: Prima vigilia noctis ingreſſi ſunt tabernam, ſex homines armati, & aſſerentes ſe eſſe commiſſionatos, ſeù de familia Regiæ Dohanæ, eundem tabernarium ligauerunt, & alios quoſdam aduenas ibidem hoſpitantes, quibus ligatis, cæperunt omnia bona quorundẽ tranſeuntium Terræ Bari, & ad quoddam nemus, vbi dicitur bona aſportauerunt, & inter ſe diuiſerunt, quo ad aures huius R. A. peruento, fuit per eam Commiſſarius deſtinatus ad capiendã informationem, qui eundem Ioannem Litium carcerauit, vt ſuſpectum, prætextu, quòd ipſe, & eius nepos allocuti fuiſſent ſecretò cũ quodam per duas horas ante furtum commiſſum, pro quo ſtatim ego, qui partes Illuſt. Marchionis Triuici defendebam, comparui, & remiſſionem cauſæ ad Curiam Zuncoli petij, rationibus infra adducendis, & huiuſmodi cõparitionem votãtes nolebãt admittere, ex eo, quia ad modum Belli procedere intẽdebant, prætextu, q; delictum Campaneæ ſit. Ego inſiſtebam deberi hunc articulũ remiſſionis cauſæ decidi; nam licèt poteſtas ad modum Belli, ſiuè extraordinaria ſit, non lædit Barones, vt infra dicam. Vnus ex

1 Dominis dicebat comparitionẽ meam non eſſe admittendam; immo in illius calce ſcribendum, ac prouidendum eſſe: Non admiſſa, quia proceditur ad modũ

2 Belli, fretus auctoritate, Grandis in tract. de Bell. exul. ſpecial. 46. fol. mihi 176. Vbi forma habetur reſpondendi hoc modo in calce petitionis [Et iterum ſpecial. 97. n. 1. & 2.] Ego dicebam auctoritatem Io. Grand. & practicam per eum adductam, nullo Iure fundari, & propterea attendi nõ debere. Vlterius Io. Grand. loquitur, quãdo ad inſtantiam rei relaxantur prouiſiones per M. C. V. quibus Officiales parere non tenentur in huiuſmodi delictis, oportet enim eas eſſe à Regio Collaterali obtentas, virtute Reg. prag. & in calce iſtarum Io. Grand. dicit, reſpondendum eſſe non admiſſa, ex quo proceditur ad modum Belli, ſed in caſu noſtro ſecus,

3 quia

Digitized by Google

3 quia non eſt reus, qui comparet, ſed Baro, & non opponit aduerſus delictum, & ad rei innocentiam demonſtrandã, ſed pro ſuo intereſſe comparet, tanquam tertius, pro defenſione ſuæ Iuriſdictionis, de qua à Rege fuit inueſtitus, vndè debet comparitio admitti, & interlocutoriam facere ſuper articulo remiſſionis, qui vidẽs ſe deuictum, reſpondit mihi illud adagium commune, ꝙ omnes ſciunt, nẽpè Cæſaris Ceruam habuiſſe in eius collo illa
4 verba adſcripta: Noli me tangere, quia Cęſaris ſum. Et proinde mihi dicebat: Noli me tangere, quia ad modum Belli proceditur, & rogabat, atque hortabatur, vt ſuper hoc puncto Tribunal nõ tangerem, nec perfidiam proſequerer, quia obtinere non poteram, cui ego reſpõdi, & allegaui aliud, Hieroglyphicum, nempè, ſi contingat mare turbari, & in medio aquarum ſuarum Nauem violentia ventorum agitari, adhuc non deuaſtari, vndè illud dicteriũ adiungũt in his verbis: INANES MINÆ. Ad quorum ornatum legũtur infraſcripta carmina, v3.

Percuotan pur fra lor, e quelle, e queſte
Forze di fieri, e di rabbioſi venti,
Naue in mezo de l'onde aſpre, & ardẽti:
Non teme ella minaccie, nè tempeſte,
Sian pur quanto ſi voglia empi, e moleſte
L'auerſità di tutti gli Elementi
Non ſon contro il valor giamai poſſenti
De le virtudi in bell'animo deſte.

Et proinde inferebam, quidquid ipſe diceret, non poſſe Iure meam petitionem inutilem reddere, & quidquid vento ſuæ auctoritatis conaretur Nauem meæ inſtantię deſtruere, adhuc non poſſet, nam virtus conſiſtit penes Magiſtratus Neapoli exiſtentes, quos adire intẽdebam pro tuitione Iuriũ mei Illuſt. principalis. Et inſuper dicebam, quòd, & ſi ille cum alijs Dominis votantibus eius opinioni conformibus ſuam ſentẽtiam fortiorem, validiorem, approbatamq; redderet, non me perterreret, multiplicabat in ſermone eius, & multis verbis, quod à lege longè erat, vndè conueniunt verba Eccleſiaſt. cap. 10. Stultus verba
5 ſua multiplicat; vndè Paulus ab hoc crimine expreſsè ſe purgauit, ne mendaciorum videre-
6 tur annunciator, vt ſcribit Petr. Gregor. Toloſ. ſyntax. art. [illegible] tom. 1. cap. 2. fol. mihi 37.

Quare ego dedignatus, nedùm ad Neapolitanos Dominos caſum tranſcripſi pro prouiſionibus ex pediẽdis ad huius articuli deciſionẽ, verùm etiam, & materiæ vacare volui, vt in poſterum totaliter huiuſmodi cognitionem habeam, oportet enim hominẽ
7 ſcire, & ratiocinari, ex ſentẽtia Ciceron. Nihil enim dulcius eſt,
8 quàm omnia ſcire; natura enim omnes ſcire deſiderant, Ariſtot. lib. 1. metaphiſic. cap. 1. & tãtus eſt innatus amor cognitionis, &
9 ſcientiæ, vt nemo dubitare poſſit quid natura nullo emolumẽto

imita-

imitata rapiatur ad ſcientiam, ad cuius ſcientiæ cognitionis cupiditatem omnes trahimur, & ducimur, & in ea excellerè putamus, quia vltima hominis perfectio, & poſtremus finis eſt ſcire, Ariſtotil. lib. 1. poſterior. cap. 7.

10 Sed hæc perfectio vix à nobis attingi poteſt, cùm breuitas vitæ, parũ nos ſcire permittat; ad ſcien

11 tiæ enim aliquam partem adipiſcendam, longum temporis ſpatium neceſſarium eſt, & nonigétos annos nos viuere oporteret; longo enim curſu temporis arti-

12 ficium hoc, ſiuè facultas hæc cõtinua exercitatione incremẽtum recipit, perſpexi verò longo tempore viuentes, & parum ſcientes, & neſcio ſi occaſione ingenij tenebroſi, alios verò promptos ad ſtudia, ſed parum retinentes; hoc enim memoriæ priuilegiũ Deus

13 paucis conceſſit, iuxta illud Poete dictum: *Pauci, quos æquus amauit.*

Alios verò à literarum via longæuos, & videtur periculum de ipſis petere in præponendo eis ſtudia, vndè Poeta eleganter:

Si vede à quei ſudar tutta la fronte,
E pare al ſtudiare più fatica,
Ch'in Zoccoli ſalire alpeſtro monte.

Chryſpi enim ſententia ſe habet: Quod homines ſumma ope ſtu-

14 dere niti debent, nec vitam ſilẽtio tranſeant, vt memoria ſtudio immobilis permaneat. Et Senec. in epiſt. conſolatoria ad Publ. inquit: Hoc vnum eſt in rebus mundanis bonum, cui nulla tẽpeſtas

15 nocet, nullaque conſumit vetuſtas, nullum prodigium deſtruit, & marmoreas moles conſtructas ad altitudinem producit, quàm ſcire, oportet enim continuò ſtudere, retinere, & applicare pro ſciẽtia acquirẽda, iuxta illud Poetæ dictum: *Gutta cauat lapidem.*

Nec hoc ſcire aduerſatur humanæ conditioni, dummodò humanę

16 ſcientię limites traſcendere non præſumat, Toloſan. ſyntax. art. mirab. cit. tom. 1. cap. 2.

Vndè ad terminorum ſcientiam eſt permittendum, quòd habemus in Iure Præeminẽtiam, ſiuè libe-

17 rum arbitrium, poteſtatem, ſiuè modum militarem, Proceſſum informatiuum, Bellum exulum, Brachinm Regium, Brachium forte, Manum Regiam, liberam, & abſolutam poteſtatem, & denique procedere ex abrupto, inter ſe differentia.

Præeminentia, hoc eſt arbitrium M. C. V. quam præeminentiam

18 appellamus, pro qua fuerunt emanata quatuor capitula Regni. Primum: in accuſatis, ſecundum: Iuris cenſura, tertium: tormentis, quartũ: ſi cum ſceleratis, vbi materia tractatur, quæ commentauere Sebaſt. de Neapol. & Campagn. inde fecit tractatum Conſtant. Pap. Neap. quem de præeminentia M. C. appellamus, & de præeminentia prędicta ſcribit Carrab. in tract. de ſyndicat. quæ conſiſtit in poteſtate torquendi, ex proceſſu informatiuo Iuris ordi-

Digitized by Google

ne prętermiſſo, vt dicit Carauit. rit.259 num. 10.

Poteſtatem,ſiuè modum militarem, declarat, nedum Iul. Ferrett. in
19 tract.quem de re militar.appellamus, verùm etiã Patign. in tract. ad comment. prag.15.de militib.
20 inter commentaria Rouit.

De proceſſu informatiuo,ſiuè de modo procedẽdi, ex proceſſu informatiuo, ſcribit Io.Franc.de Leonard. in pract. Official. & inde Tranquill. Ambroſ. in tract. quẽ de proceſſu informat. nuncupamus.

De Bello exulum ſcribit Io.Grand.
21 in eius tractat. vt pluries dixi.

Brachium forte,Brachium Regium, Manus Regia, Arbitrium liberũ, libera,ampla,& abſoluta poteſtas idem ſunt, de quibus facit amplũ
22 tractatum Hortenſ.Caualcan.quẽ de bracchio Regio vocamus, in quo habes tractatum de rigore, & ęquitate. [manus Regia dicitur poteſtas Regia, Aſin. in prax.in prelud.num.11.§.1.cap.2.]

De mod.proced.ex abrupt.ſcribit latè Maur.Burg.Sicul.quem tracta-
23 tum de mod. proced.ex abrupt. appellamus.

Tamen quicquid citati DD.dixerint materia de modo Belli, & ſic leuato velo,à nemine ipſorum fuit
24 tacta, quę cùm conſiſtat circa modum procedendi, tàm in ingreſſu, quàm egreſſu cauſę, tàm ante torturã,quàm poſt datis, vel non datis defenſionibus, proceſſu tàm informatiuo, quàm publicato,& denique vſque ad ſententiam,& eius exequutionem incluſiuè, meritò placuit tractatum de poteſt.ad mod.Bell.in vnum colligere, quem ſequenti capitulo aggredior.

Caput Secundum

ARGVMENTVM.

Modus Belli, vnde ſit introductus, & quare.

Quæ differentia ſit inter modũ Belli,ſiuè militarẽ, & proceſſum informatiuum, ſiuè præeminentiã.

In cauſa ad modum Belli an debeãt obſeruari per Regias Audientias prouiſiones M.C.V.relaxatę cum memoriali S. E. porrecto, & eidẽ M. C. remiſſo, quòd de iuſtitia prouideat.

SVMMARIVM.

Victima Deo offertur, quando crimina non puniuntur, num. 1.

Modus Belli eſt introductus ad reprimendam delinquentium audaciam, & male factorum temeritatem, n.2. & 3.

Primo loco tempore Ducis Oßunæ fuit introductus, num. 4.

Don Franciſcus Carrafa Præſes in Audientia Luceriæ primo vſus fuit hoc modo Belli, ibid. num. 4.

Io. Grand. paruulus erat & voluit Grandis appellari, num. 5. & 6.

Breuitas eſt amica modernis, num. 6.

Modus Belli, ſiue militaris eſt neceſſarius, num. 7. & 8.

Præeminentia, ſiuè proceßus informatiuus eſt arbitrarius; nam arbitrium Iudicis eſt procedere in cauſa ordinariè, vel ex preceſſu informatiuo, num. 8.

In

In cauſis ad modum Belli, an Regia Audientia teneantur parere prouiſionibus per M.C. expeditis cum memoriali inſerto S.E. porrecto, & eidem M.C. remiſſo, quòd de iuſtitia prouideat, an verò prouiſiones debent eſſe à Vicerege per Scriptorium, vel Collaterale, n 9 ad.16.

Supplicatio remiſſa, vt iuſtitiam faciam, quid operetur, num. 13.

Reſcriptum obtentum cum clauſula: diſcretioni tuæ vel voluntati, vel conſcientiæ tuæ committimus, vel conſcientiam tuã oneramus, vel procedas ſola facti veritate inſpecta, vel ſummariè, & ſine figura Iudicis, vel ſimpliciter, & de plano, vel de facto, vel ſecundùm cor tuum, ſecundùm ſenſum tuum, ſecundùm ſpiritum tuum, ſecundùm, quod tibi videtur, quid importet, num. 17. ad 25.

Modus Belli in quibus caſibus poſſit exerceri, & practicari, num.26. ad 39.

Quid poſt pragmaticam, num.40. ad 43.

Indultum in quibus caſibus poſſit per Præſidem concedi, num. 29.

Modus belli, an poſſit exerceri contra inquiſitos de attentato recattu, excubia Bannitis, & ipſorum receptatione, num. 30. ad 38.

Modus Belli ſi alijs cauſis exercetur, acta ſunt nulla, num. 38. & 39.

Contra receptatores, & practicantes cum Bannitis proceditur Iuris ordine ſeruato, & remitti debent ad eorum competentes, num. 44. ad 48.

Inquiſitus de duobus criminibus, & pro vno ad modum Belli proceditur, pro altero non, an tota cauſa auocetur ratione connexitatis, vel continentia cauſæ diuidatur, num. 49. ad 57.

Continentia cauſæ diuiditur, n. 51. ad 52.

Et inquiſitus pro cauſa, pro qua ad modum Belli proceditur, retinetur, pro alia verò remittitur, n. 57.58.59.&c.

NOn poteſt maior victima mactari Deo, quàm in homines facinoroſos aduertere. Vndè ad
1 id.ll.latores intenti, videntes quãtum malitia creuit, quantumuè temeritas delinquentium, & audacia malefactorum ſit aucta, habita conſideratione, quòd reme-
2 dia capitulorum Regni non ſufficiunt ad malefactores, ac delinquentes extirpandos, & frequentiam delictorum euitandam, aliũ modum magis rigoroſum procedendi cõtra huiuſmodi delinquentes introduxere, quem modum Belli, appellarunt, & facultatem Regijs Audientijs, Commiſ-
3 ſarijsq; in Campanea, & contra foraſcitos deputatis conceſſere, vt procedant contra huiuſmodi malefactores ad modum Belli, & ſic modo militari, leuatoq; velo, per quem fuerunt ſublatæ ſollemnitates Iuris poſitiui, & fuit abreuiatus terminus Iuris. Vndè in cauſis ad modum Belli proceditur per horas. [Fuit hic modus inuẽtus ab Vrbano, & fere in omnibus mundi partibus eſt, refert Mut. tom.3.cap. Sicil. cap. 10. n. 42. & in noſtro Regno Neapolitano fuit introductus præſertim tempore Ducis Oſſune pro Regis] vigore Regiæ pragmaticæ
4 editæ ſub die 11. Aprelis 1584. quæ fuit ſtatim exequuta, & rigo-

roſe fuerunt ſuſpenſi duo latrones in Audientia Terræ Bari, vt dicit Viu.deciſ.68.n.6.& ſeq. & Don Franciſcus Carrafa in ea Præſes fuit primus qui vſus fuit. | Debet tamen ſeruari in delictis à relegatione ſupra, nàm in delictis leuibus, vel infra relegationem, non debet modus Belli ſeruari, nec palatino, vel alio inuſitato modo procedi; hic enim modus eſorbitans eſt, nec ſeruandus in omnibus criminibus, ſed in illis tantùm, quę propter grauitatẽ, vel à ſtatutis certa, & determinata pęna reperitur, vt refert Caſtill. deciſ. Sicil. 187.n.20.21.& 22. qui refert in illa M. R. C. Sic ſeruari prout in ſimili, quamuis in alijs delictis, vt ſequi poſſit foriudicatio ſufficiant inditia ad torturam, vulgatis iuribus; tamen quando proceditur ad modum Belli, vel de facto, ſiuè abrupto, vel ex proceſſu informatiuo, vel alio modo extraordinario, debet delictum indubitatè probari, probationeſuè plenè, ſecus verò, quãdo quis foriudicatur anni circulo expectato; tunc, quia currit tempus anni nõ requiruntur tot requiſita, ſed quales probationes ſunt, admittuntur, & ſufficiunt ad foriudicandum; ratio diuerſitatis ea aſſignantur, quia in cauſis, in quibus per horas proceditur, terminus eſt breuis, & reus non poteſt habere notitiam, nec de probationibus, nec de citatione, & poſſet de facili occidi ad emulorum contracauam, at ſecus eſt, quãdo foriudicatur poſt annum; ex illo enim anni curſu, habet tẽpus comparendi ſe defendendi, iura proponendi, & foriudicationem annullandi, nuper congerit Capoblanc.tom.2.cap.52.à n.15. ad n.18. & tetigi ſupra in tit. de offic.Fiſc.cap.1.n.166. & iterum tit.de foriudicat.cap.1.n.31.quod nota, quia in dies euenit, & euenire poteſt. |

Et licèt hanc eadem pragmaticam commẽtaueri Io. Grand.in tract.

5 quem facit de Bell. exul.qui licèt pauca dixerit, reſpectu multorũ, quę dicere poterat, diffundendo hanc poteſtatem per prędicamẽta; cũ paruulus erat, voluit Grandis appellari, altius eleuari, & ad inſtar Concionatoris Pergamum aſcendere, & prędicamenta prędicare. Ego verò terram ſerpendo, omiſſa diſputatione prędicamentorum, eaque ad Philoſofos remiſſa, tantùm quę ad obſeruantiã, cauſarumuè deciſionam reducta ſunt, dicam breui-

6 ter, cùm breuitas ſit amica modernis, l. final. §.1.C.de appellat.

Vlterius remittam quęſtionem, in qua non reſideo, quę differentia

7 ſit inter modum iſtum militarẽ, ſiuè Belli, & proceſſum informatium, ſiuè procedere ex præeminentia; nã ille modus Belli, ſiuè militaris eſt neceſſarius, hic verò

8 ex proceſſu informatiuo, ſiuè ex præeminentia eſt arbitrarius, nã arbitriũ Iudicis eſt procedere in

cauſa

cauſa ordinariè, ſiuè ex proceſſu
informatiuo, Campagn. in cap.
Regni. ſi cum ſceleratis.

In qua pragmatica fuit expreſſè pro-
hibitum, Regias Audientias, alioſ
uè commiſſarios non teneri pa-
rere prouiſionibus, & mandatis
ſuperiorum in cauſis, in quibus
ad modum Belli proceditur, niſi
prouiſiones, & mãdata ſint manu
9 Proregis Regni firmatę, & firma-
ta, vt habetur in eadem prag per
ſequentia verba, videlicet: *Et ac-
ciò, cha poſſiate eſſequirlo, vi ordina-
mo, che per qualſiuoglia prouiſione, ò
inhibitione, che ſi faceſſe per la Gran
Corte della Vicaria in fauore delli fo-
raſciti della qualità predetta, non deb-
biate impedire lo corſo dell'eſſequutione
di queſto che vi hauemo ordinato, eccet-
to ſe veneſſe prouiſione firmata di noſtra
mano. Et in caſo, che la detta Gran
Corte ſpedeſſe prouiſione in virtù di me-
moriale preſentato, e rimeſſo à detta
Gran Corte; ſimilmente ve ordinamo,
che non debbiate impedire il corſo pre-
detto, eccetto come s'è detto ſi foſſe pro-
uiſione per noi ſpedita, e firmata di no-
ſtra mano, che così l'hauemo anco ordi-
nato à detta Gram Corte.*

Cuius vigore ſemper fuit in hoc
Tribunali obſeruatum, vt in cau-
ſis, in quibus ad modũ Belli pro-
cedi decreuit, prouiſiones, niſi à
Prorege Regni per Scriptorium,
ſiuè per Regium Collaterale re-
laxatas, obſeruandas non eſſe cẽ-
ſuit, etiam, quòd in prouiſioni-
bus Magnę Curię aderat memo-
riale in Collaterali pręſentatũ, &
eidem M.C. remiſſum inſertum.
Fuitenim hoc obſeruatum, ne-
dum virtute præinſertæ pragma-
ticæ, verùm etiam ad tollendam
frequentiam delictorum, & ad
malitiam delinquentium obuian
dam; cum M. C. promptè proui-
ſiones expediebat. Verùm, quia
animoſitate aliquorum Iudicum
in cauſis, pretextu huius facultа-
tis ad modum Belli mouebantur,
non virtute, non clementia, ſed
potius ferocitate, quibus conue-
niunt verſus illius Tragici:

*Neque modo ſeruant,
Nec temperari facilè, nec repremi poteſt,
Scripti enſis ira, Bella delectas cruor.*

Data in Collaterali notitia, fuit man
datum prouiſiones M. C. cum
10 huiuſmodi memoriali porrecto,
obſeruandas eſſe, etiam in cauſis
ad modum Belli, virtute proui-
ſionum Collateralis Conſilij, ſe-
quentis tenoris. Philippus Dei
gratia Rex, &c. Magn. viri Regij
Conſiliarij fideles dilectiſſimi.
*Per vna veſtra delli 26. del paſſato
hauemo viſto quanto ci ſcriuete intorno,
che da noi è ſtato conceſſo per queſſa
Regia Audienza, che nelle cauſe di fur
ti di ſtrada publica, recatti, & altri de-
litti di male eſſempio ſe proceda ad mo-
dum Belli, & come giornalmente è in-
hibita in dette cauſe con prouiſione di
Vicaria, con la decretatione d'vno del-
li circonſpetti Regenti. ſupplicati ad or-
11 dinare, che non s'obediſcano tali ſorte
di prouiſioni, ſe non ſono firmate con tut
to lo de più, che andate ſignificando. A'
che riſſpondendo, ve dicemo, che reſtamo*

molto

molto marauigliati di queſſa voſtra dimanda, vedendoſi la voſtra poca accortezza con che ſcriuete, e l'attreuimento, che tenete del non volere obedire l'ordine de' Superiori, e per ciò ve ordinamo, e commandamo, che debbiate obedire puntualmente tutte le prouiſioni, che ve ſi ſpediranno per la predetta Gran Corte della Vicaria in materia di coſe di Campagna, & quando vanno con inſerta forma di memoriali ſpediti da queſto Regio Collateral Conſeglio con la forma ſolita, le quali ſe prouedono dal detto Regio, e Supremo Collaterale, e poi
12 *ſe firmano da vno delli circōſpetti Regenti, all'ordine di ciaſchedun de' quali hauete da obedire con la riuerenza, che conuiene, e ſete obligati; & il modum Belli conceſſo à queſta Regia Audienza, non s'intende per altri delitti, eccetto, che per furti di ſtrada publica, & armatione per la Campagna, il quale quando l'abuſarete in altro, ordinaremo, che vi ſi leui, per la bona, e retta adminiſtratione della giuſtitia, e così l'eſſequirete, che tale è noſtra volontà. Dat. Neap. die 14. Octobris 1602. Don Franceſco de Caſtro. Vidit de Caſtellet Regens. Salazar Secret.*

Quarum vigore ſemper fuerunt obſeruatæ prouiſiones per M.C. expeditæ in cauſis ad modum Belli, in quibus fuit inſertum memoriale porrectum, & eidem remiſſum, quatenus prouideat de iuſtitia, & licèt Auditor Primicilis fundando ſe cum præinſerta pragmatica dubitaſſet illas obſeruare, tamen exhibitis præinſertis prouiſionibus Collateralis Conſilij, noluit amplius contrauenire, ſed omnibus parere.

Et nimirum, quia hæc verba poſita in calce ſupplicationum Principi porrectarum; quòd iuſtitiam faciat, nedùm inducunt pote-
13 ſtatem decidendi, verùm etiam, & important, vt ſeruetur ordo iudiciarius, & pronuncietur de iure, Felin. in cap. 1. de conſt. n. 51. verſ. & ſi dicatur: facias Iuſtitiam, quē ſequitur Arnon. cōment. 81.

Quod per multos annos fuit obſeruatum, & prouiſiones ſic relaxatę fuerunt obſeruatæ. Nuper verò in cauſa Cæſaris Perillo Fragneti Abbatis, fuerunt à Magna Curia hoc modo prouiſiones obtentæ, me pro Eminētiſſimo Cardinali Burgheſio vtili Domino Fragneti Abbatis cauſa agente, vt infra latius dicam, fuit hoc dubitatum, & cum Didacus Rubeus de Victoria Fiſcus inſtetiſſet, tales prouiſiones non obſeruari, data per eum notitia in Collaterali, fuerūt expeditæ prouiſiones ſequentis tenoris. A tergo. Mag. viris Auditoribus in Prouincia Principatus Vltra Regijs Cōſiliarijs fidelibus
14 dilectiſſimis. Monteſuſco. Intus verò. Philip. Dei gratia Rex, &c. *Con occaſione, che alcuni delli Preſidi delle Regie Audientie delle Prouincie di queſto Regno ci hanno ſcritto, che la Gran Corte della Vicaria nelle cauſe, doue ſi procede ad modum Belli in li Tribunali di eſſe Regie Audientie ſpediſce prouiſione, che veniant acta, & altro, & ciò in virtù di memoriali, che ſe pre-*

ſe preſentano à noi, & noſtro Collateral
Conſeglio, e s'ordiua, che detta Vicaria
15 *proueda di giuſtitia: dal che vengono*
ad impedire le cauſe predette. Ci hà
parſo fare la preſente per la qual ve di-
cemo, che in quelli caſi, doue queſto Tri-
bunale dell'Audienza procederà con
poteſtà ad modum Belli, conforme la
Regia Pragmatica, ſe intendono come
cauſe delegate, & per queſto non ſe de-
ue in ſimili ſorte de cauſe oſſeruare le
prouiſioni eſpedite da detta Gran Corte
della Vicaria, etiam, che in quelle ci ſia
memoriale inſerito con Regia decreta-
tione, che proueda di giuſtitia. Per ciò
ve l'auiſamo, acciò così s'oſſerui, che il
ſimile hauemo ſcritto à tutte l'altre
Regie Audienze. Dat. Neap. die 28.
Decembris 1621. El Cardinal Zapa-
ta. Vidit Conſtantius Regens. Vidit
Valenzuela Regens. Vidit Vrſinus Re-
gens. Ferdinandus Rouitus Secret. In
Curia Principatus Vltra fol. 34. Alla
Regia Audienza de Principato Vltra.
In tantùm, quòd hodie non obſer-
uantur prouiſiones, niſi fuerint
per Scriptorium, vel per Collate-
rale relaxatæ; & quando caſus ac-
cidit Barones, Regium Collate-
rale, vel Suã Excellẽtiam adeunt,
preces offerunt factum narrãtes,
16 & prouiſiones obtinent, ꝙ Regia
Audientia de Iuſtitia prouideat
ſuper cauſæ remiſſione, & ſi erit
in voto non remittendi, relatio-
nem faciat, & per dies non pro-
cedat, & tota virtus conſiſtit in
modo offerendi preces, nempè,
ꝙ veritas exponatur, tàm in facto
principali, quàm afferendo, quòd
Regia Audientia procedit ad mo-
dum Belli, alias diceretur ſubrep-
titiæ, multas vidi prouiſiones
reiectas, & non obſeruatas, ex cau-
ſa ſubreptionis, & obreptionis,
cautus ergò ſit Aduocatus.
Sed poſtquam materiam de preci-
bus ſum aggreſſus, quæro, ſi in
17 precibus Princeps diceret diſcre-
tioni tuæ committo, dicas, quòd
importat arbitrium boni viri, ꝙ
boni viri arbitrium, non de vo-
luntate libera intelligendum eſt,
ſed ſecundum ordinem Iudicia-
rium, cùm bonus vir dicatur Iu-
dex, vide Maſull. ad Capic. deciſ.
116. n. 8.
Et ſi diceret: voluntati tuæ commit-
timus, dicas illum, cui dirigitur,
18 non eſſe commiſſarium regulis
Iuris ſubiectum.
Sed ſi diceret: conſcientiæ tuæ com
mittimus, poterit ſequi ꝙ volue-
19 rit, nec poterit appellari ad finẽ
impediendi; appellabitur tamen,
vt negotium ad Superiorem cõ-
mittentem deuoluatur, vt videat,
ſi benè, vel malè geſtum fuerit.
Si verò dixerit: conſcientiam tuam
oneramus, prout ſepè in reſcrip-
20 tis ego vidi, vide Soccin. conſ. 60.
verſ. circa quintam dubitationẽ
Clem. 1. de Iur. patronat. verſ.
oneramus.
Et ſi dicatur: procedas, ſola facti ve-
ritate inſpecta, importãt plus hæc
21 verba, quàm illa: ſummariè, & ſi-
ne figura iudicij, tù vide Bart. in
extrauagant. ad reprimendum,
Abb. verò in cap. dilecti de Iudic.
tenet,

tenet, ꝙ per iſta verba nulla ſollemnitas Iuris poſitiui videtur remota, ſed ſimpliciter cauillatio, & ſuperflua ſubtilitas.

Et ſi diceret 1 procedas ſummariè, ſimpliciter, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, & ſola facti
22 veritate inſpecta, & prætermiſſis quibuſcumque ſollemnitatibus, aut ordinibus iudiciarijs, vide Soccin. in conſ. 96. vol. 1.

Sed ſi in reſpripto adeſſet clauſula ſolita apponi, quod de iuſtitia prouideat de eo, cuius pendebat
23 conſultatio, vel relatio ad Superiorem, an poſſit pendente relatione procedi? dicas, quòd non, nam hæc clauſula operatur, non aliud, niſi, vt fiat quid Iuris, Marant. conſ. 35. Lanar. conſ. 37. n. 7. de Franch. deciſ. 700.

Et ſi diceret: procedas de facto. Bart. in conſ. 82. dicit, quòd poteſt pro-
24 cedere ſine cauſæ cognitione, & probatione, ſed de facto.

Quas clauſulas omnes congerit, Felin. in cap. 1. de conſt. n. 51. & ſeq.
25 vbi habes quid importet clauſula; procedas ſecundùm cor tuum; ſecundùm ſenſum tuum; ſecundũ ſpiritum tuum; ſecundùm quod tibi videtur, & alia ad materiam.

Hæc ſufficiant, quò ad clauſulas, de quibus ſupra.

Oportunè ad materiam quæro, quibus in caſibus ad modũ Belli procedi poſſit? Diſtingue; aut quæritur de Iure antiquo, & ſic
26 ante pragmaticam 89. cap. 48. aut de Iure nouo, & ſic poſt pragmaticam. Si primo caſu, & ſic ante pragmaticam, hoc procedere ad modum Belli compræhendebat, nedum armationem per campaneam, verùm etiam furta in ſtrata publica, recaptus attentatos, verùm etiam dependentes ab illis, nempè, ſpiam Bannitorũ, & ipſorum receptatores, vt fuit
27 declaratum per Regium Collaterale Conſilium, virtute prouiſionum ab eo relaxatarum, quarũ tenorem hic inſero; cùm vtile ſit ſcire antiqua Iura, & ſequitur, videlicet. Philippus Dei gratia Rex, &c. Magnifici viri, &c.

A noſtra notitia è peruenuto, come alcune delle Regie Audientie di queſto Regno in virtù della poteſtà a loro conceſſa del modum Belli procedono indifferentemente, e quaſi in tutti li delitti con detto modum Belli, con dire, che ſono delitti di male eſſempio, e che coſta ordinato in detta poteſtà conceſſa in detto modum Belli, non volendo obedire le prouiſioni inhibitoriali, che ſe ſpediſcono per la Vicaria ad iſtanza di Baroni, ò d'altri, il che non l'hanno inteſo bene, poiche la volontà noſtra è ſtata, & è, che la detta poteſtà del modum Belli ſi hà da vſare ſolamente nelli delitti d'armatione per la Campagna, e
28 *d'inquiſiti di furti de ſtrada publica, come delitti di male eſempio, il che perturbano la quiete publica, e per ciò l'hauemo ordinato, che così l'habbiano da intendere, & oſſeruare le prouiſioni inhibitoriali della Vicaria, quando però li delinquenti, ad inſtanza de quali ſi ſpediranno dette prouiſioni non ſeranno inquiſi-*

quiſiti di delitti di Campagna, & eſſendono inquiſiti de tali delitti, debbiano replicare in dorſo di dette prouiſioni: Che non l'oſſeruano per ſtarno inquiſiti di delitti de Campagna. E quando vi ſaranno alcuni delitti di male eſempio, ſpettantino però alla loro gioriſditione: debbiano procedere con il rigore, che conuiene di giuſtitia per li ſuoi douuti termini, e parendoli, che vi ſia neceſſaria eſtraordinaria prouiſione, in tali caſu ne diano auiſo à noi, che ſe l'ordinarà quel, che conuiene: ci è pars'anco a voi farui intendere, & ve dicemo, & ordinamo, che così debbiate oſſeruare, & eſequire nell'vſar, che farete della poteſtà del modum Belli commeſſa a queſta Regia Audientia. Et de più per quel, che tocca alla poteſtà di di promettere Indulti, de la quale parimente ſi tratta in detta poteſtà del modum Belli, vi auertemo anco, che ſe hà da intendere nelli caſi permeſſi dalli Regij Banni, e detta promeſſa ſi facci conditionatamente, per tanto, quanto parerà a voi, che il caſo meriti indulti, conforme l'informatione della qualità delli delinquenti, & ſeruitij, che ſe faranno, & così eſequirete, che tale è noſtra volontà. Datū Neapoli die 13. Martij 1603. Don Franceſco de Caſtro. vidit Goroſtiola Regens. vidit de Ponte Regens, vidit de Caſtellet Regens. Salazar Secretarius. Et iterum conſulto Principe, fuerūt relaxatæ prouiſiones, v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Magnifice Vir, &c. *Hauemo viſto quello hauete ſcritto allo infraſcritto Illuſtr. Regente de Ponte Marcheſe di Morcone, & del Conſeglio Collaterale di Sua Maeſtà intorno alla poteſtà del modum Belli conceſſa a queſta Regia Audientia, che per ſtare ordinato, che ſe debbia vſare per li furti di ſtrada, & armatione per la Campagna, e come ſono attentati recatti, ſe difficulta ſe ſi può quella vſare contro perſone inquiſite de delitti pendenti dalli predetti de Campagna, come ſono attentati recatti, ſpie di Banniti, e recettatori veri, per loche ſupplicati ve s'ordini come vi hauete da gouernare in ciò. Alche riſpondendo ve dicemo, che chiaro ſtà, che detta poteſtà, extraordinaria s'hà da vſare, etiam per li delitti dependenti da quelli di Cāpagna, e così s'intende. E per ciò per maggiore voſtra chiarezza ve ordinamo, che debbiate fare vſare detta poteſtà del modum Belli in queſta Regia Audientia, non ſolo contro quelli ſono inquiſiti de furti di ſtrada publica, e d'armatione per la Campagna, ma ancora contro quelli inquiſiti de delitti dependentino dalli predetti de Campagna, come ſono attentati recatti, ſpie, e recettatori, e perciò così l'eſequirete, che tale è noſtra volontà, & intentione. Datum Neapoli die 21. menſis Auguſti 1603. El Conde de Venauente. vidit Goroſtiola Regens. vidit Coſtantius Regens. vidit de Pōte Regens. vidit de Caſtellet Regens. Salazar Secretarius.*

Inde orta difficultate, & Regio ſupremo Collaterali conſulto in quibus modus Belli obſeruari debebat, cum erat adeò voracitas
29 Officialium, qui Gloriabantur homines morti tradere, & illum extendere volebant ad omnia

alia delicta, & ego vidi hanc po-
30 ſtatem fuiſſe impartitam tempo-
re Præſidatus Mutij Brancatij, in
furtis bouum: [de quo dicam
in 2.tom. tit. de armat. per Cam-
pan. cap. 7. per tot.] hoc tamen
31 euenit propter frequentiam de-
lictorum, & Collaterale Conſiliũ
ad euitandas has extenſiones, ite-
rum declarauit vigore prouiſio-
num ſequentis tenoris, v3. Philip-
pus Dei Gratia Rex, &c. Magnif.
32 Viri Reg. Conſil. fideles dilectiſſ.
A noſtra notitia, e peruenuto, che ſe
bene da noi con duplicati ordini ſpediti
ſotto la data delli 8. di Marzo 1605.
& à 21: del detto meſe di Marzo del-
l'ãno paſſato 1608 e così anco da Don
Frãceſco de Caſtro noſtro predeceſſore,
ſotto la data delli 13. di Marzo del-
33 *l'ãno 1603. ſtà ordinato à tutte le Reg.*
Audienze, & preciſe a queſſa, che nel
procedere nelle cauſe con la poteſtà
eſtraordinaria del modum Belli conceſ-
ſaui, ve ne debbiate aualere, e procede-
re ſolamente contro quelli delinquenti,
che ſono inquiſiti di delitti di Cãpagna,
come ſono furti di ſtrada publica, recat
34 *ti, & armationi per la Cãpagna, co-*
me da quelli appare, a quali ce rimet-
temo Tutta volta intendemo, che indif
ferentemente, così queſſa Regia Au-
dientia, come l'altre procedete in tutte
le cauſe con detto modum Belli, etiam
contro li delinquenti che ſono inquiſiti
de delitti particulari, lo che è contro la
forma di detti noſtri ordini, e ciò ſe ſia
abuſato per la clauſula ſe dice in detti
ordini: De delitto di male eſmpio. Il
che tampoco ſi deue vſare di detto mo-
35 *dum Belli, per dirſi in eſſi, che quando*
vi ſono di detti delitti di male eſempio,
ſe ne dia auiſo à noi, che s'ordinarà lo
che conuiene. Al che volendomo noi
obuiare, & prouedere, che in tutti modi
ſe leui queſto abuſo di precederſe nelle
cauſe di delitti particolari con lo detto
modum Belli, ci è parſo di nuouo farui
la preſente, per la quale ve dicemo, &
ordinamo, che da qua auanti della po-
36 *teſtà teneti del detto modum Belli, deb*
biate aualeruene, e procedere ſolamente
nelle cauſe di delinquenti inquiſiti di
delitti di Campagna, qual ci hà parſo
di nuouo declararli nell'inſcritto modo,
cioè furti di ſtrada publica, recatti, e
tentati recatti, & armation per la
Campagna; ita che ci habbiano cõmeſſi
delitti, nell'armare haueranno fatto in
Campagna, e nel de più s'oſſeruino li
prefati noſtri ordini, e di detto Don
Franceſco de Caſtro, & nell'altre cauſe
di delinquenti, che non ſaranno inquiſi-
ti nelli predetti delitti di Campagna
declarati, vt ſupra; mà di delitti parti-
colari, ci procederete via ordinaria, con
dare li termini permiſſi dalle leggi, &
37 *admetterli l'appellatione, e queſto ſi*
habbia da oſſeruare tanto per queſſa
Regia Audientia come per il Gouerna-
tore di eſſa, qual tiene particolar noſtra
commiſſione del detto modum Belli,
atteſo così cõuiene, & è noſtra volontà,
38 *& intentione, altramente non oſſeruan-*
doſi, come di ſopra, declaramo, ex nunc
pro tunc, l'atti ſi faranno in ciò contra
la forma del preſente noſtro ordine nulli,
39 *& inualidi, e di più mandaremo com-*
miſſarij contro li contrauenienti à loro
ſpeſa, ordinando con queſta al Secreta-
rio

rio di queſſa Regia Audientia, che lo debbia regiſtrare, & notificare ogni volta, che ſe muteranno li Gouernatori, & Auditori, à tal ne habbiano notitia, e l'oſſeruino puntualmẽte. Datum Neapoli die 16. Februarij 1609. El Conde de Venauente. vidit Coſtantius Regens. vidit de Caſtellet Regens. vidit Valcarcel Regẽs. Salazar Secretarius. In Cur. 1. Capitanatæ, & Comitatus Moliſij. Extat ſigillum à tergo. *All'audienza di Capitanata, & Contato di Moliſi.*

Aduerte tamen, virtute præinſertarum prouiſionum non eſſe diſpoſitum cõtra receptatores, & practicãtes cum Bannitis, poſſe procedi ad modum Belli, ſed Iuris ordine ſeruato, verùm etiam cadit remiſſio ipſorum ad eorum Iudices competentes, vt apparet ex prouiſionibus, v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Magnifici viri Regii Conſiliarii fideles dilectiſſimi. *Hauemo viſto, che per vna voſtra delli 21. del paſſato ci haueti ſcritto intorno, che in queſſo Tribunale teneti carcerato Lelio Catanio inquiſito de receptatione, & prattica hauuta cõ foraſcitis & volendo procedere contro eſſo, per ſua parte, ci è ſtata preſentata vna Hortatoria della R. Dohana, & vi hà parſo darne auiſo à noi, che procedendoſi con tal predetto ad modum Belli fuſſemo ſeruiti ordinarui ſi ſe deue remettere con lo de più, che per quella ci ſignificate, al che reſpondendo ve dicemo, che il modum Belli, che per noi è ſtato conceſſo a queſſa R. A. s'intende ſolo per li delinquenti di ſtrada, che armano in Campagna, e non contro li pratticanti, e recettatori di Banniti, e perciò vi ordinamo, che in caſi ſimili di recettatione, e prattica, vt ſupra debbiate procedere via ordinaria conforme à giuſtitia, e per quello, che tocca al ſopradetto Lelio inquiſito di detta recettatione, e prattica del modo predetto, coſtandoui, che ſia fidato della Regia Dohana, lo debbiate rimettere à quella, e così eſequireti, che tale è noſtra volontà, & intentione. Datum Neap. die 14 Aprilis 1600. D. Franceſco de Caſtro. vidit Goroſtiola Regens. vidit de Ponte Regens. vidit de Caſtellet Regens. Diego de Vera Proſecretario. In Cur. 1. Capitanata fol. 23.*

Vndè remanet concluſio, poteſtatẽ ad modum Belli nõ comprehendere practicantes, & receptatores
40 Bannitorum, & contra eos ordinariè procedendum eſſe, non autem ad modum Belli, licèt præinſerta nouella pragmatica cõpræhendat etiam complices.

Si verò de iure nouo, & ſic per prag. 89. quæ eſt 80. de offic. Iudic. sũt declarati caſus, in quibus ad modum Belli procedi debet, vt in cap. 48. qui ſequuntur, v3.

Nelli furti, che ſi commetteno in ſtrada publica, & in campagna.

L'incendij, coſi di caſe, ò pagliare dentro, ò fuor de luoghi habitati, come di ſelue, di Boſchi, di Seminati, ò di vittuaglie riposte nell'Aree, purche ſieno appenſatamente fatti, e non caſuali.

39 capientis fiat, non autē ſi ab vno Iudice capiatur, & alteri tradatur, vt declarauit Sacrum Conſilium per Franch. deciſ. 342. quem ſequitur D. Rouit. ad prag. 5. vbi de delicto num. 8. [de Thor. tom. 1. compen. deciſ. verbo: præuentio fol. mihi 412.] & adeò verum eſt, quòd etiam ſi Preſides Prouinciarum modum belli habeant contra latrones, niſi præuenerint, nō
40 poſſunt de illis cognoſcere, & ab alijs, qui præuenerunt illos auocare, Capoblanc. to. 1. prag. 8. par. 2. n. 109 Secundò, vt præuētio ſit vera, non autem procurata, vel affectata, nempè; quòd vaſſal-
41 lus ſe præſentauerit in R. A. ad euitandum cognitionem Baronis, & è contra, vel alijs modis, poſitis per Carauit. Rit. 269. n. 16. & ſeq. & D. Rouit. prag. 1. vbi de dedelict. n. 68. & ſeq. vide Farinac. q. 7. n. 64. In hoc tamen aduertēdum eſt, quòd Carauit. ibid. dicit præuentionem procuratam, & af-
42 fectatam cenſeri, quando vaſſallus poſt citationem factam à Tribunali ſuperiori ſe præſentauerit in Curia Baronis, & præſentauerit fidem carcerationis, quæ non admittitur, tāquam præſumpta affectata, ſed cōtra ipſum proceditur tanquam contra contumacem. Hoc in dies euenit, nam R. A. manus imponit in informatione ad querelam quarūcumq; perſonarum, ꝙ à iure non alienū, teſtatur de Franch. deciſ. 382. indè fit diſcuſſio, & diſcrimen, ſi debet remitti, vel nè, & poſt infor-
43 mationem captam proceditur ad citationem ad informādum, quo deuencto ad aures vaſſalli citati, vel Baronis, ipſe Baro capit, vel ipſe vaſſallus in eius Curia ſe præſentat, fidem carcerationis obtinet, & in R. A. præſentat, petendo remiſſionem cauſæ, quæ fides debet eſſe authentica, facta à Iudice loci, vel Carcererio declarātis illum talem in eius fortijs detineri, & ſimpliciter, nempè, ꝙ detinet in carceribus, non autē, vt dicat illum talem ſe præſentaſſe, quia in hoc caſu affectatio eſt euidens, & carceratio procurata vocatur, quo caſu non remittitur, & ego millies fidem ſic declarantem remiſi, vt ſimpliciter fiat, ſcilicèt, quod eſt in fortijs, & tunc nedum excluditur coniectura af-
44 fectatæ carcerationis, Carleual de Iudic. n. 888. ſed habetur, ac ſi per Baronem, vel eius miniſtros fuiſſet inquiſitus captus, multoties non fuit hoc dubitatum ſed ſtatim præſentata fide, ſic ſimpliciter

citer

citer teſtante, illum eſſe carceratum, fuit admiſſa, & ab Auditoribus practicis nullo ſcrupulo adhibito de dictis per Carauit. cit. loc. fuit datus terminus ſuper remiſſione, & ad vlteriora proceſſum tamen D. Andreas de Zuniga Auditor pluries hoc dubitabat, &
45 nedum nolebat fidem admittere, nec in cauſa remiſſionis pro-
46 cedere, verùm etiam ad vlteriora progredi, & contra inquiſitum, vti cõtumacem procedere, mulctam contumaciæ pro Fiſco exigere, & carceratum in partibus ad hanc R.A. trãſportare, & ſcio, ꝙ in occurrenti caſu Decius Simonetta Aduocatus iuuenis optimæ intelligentiæ, & indolis, doctè eidem replicabat, & non valuit eũ
47 à dedignatione, & furore trahere: vndè in cõcurſu ego dicebã, ꝙ, ſi vera poſſunt dici dicta per Carauit. cit. loc. tamen hodie in Regno quilibet bonus, practicus, ab eius opinione recedit, & quando delictum eſt verè remiſſibile, ſiuè inquiſitus capiatur à Barone, ſiuè ſeipſum præſentet in eius Curia, cauſa remittitur, vt accuratè teſtatur, Petr. ad Gramat. deciſ. 26. num. 11.

Et eſt in practica aduertẽdum, quòd præſentata ſic ſimplici fide carcerationis, vt ſupra dixi, prouidetur, quòd detur terminus ſuper
48 remiſſione, & fiat ordo, quòd detineatur nomine R.A. & ordo dirigitur Officialibus Baronis petentis remiſſionem cauſæ, ꝙ detineatur illum inquiſitum nomine R.A. & quando dubitatur de carceratione, ſecretè mittitur Cõmiſſarius ad videndum ſi eſt in fortijs, vel nè, vt docet Capobl. tom. 1. prag. 8. par. 2. n. 86. & non reperto inquiſito carcerato, dubitatur, an debeat remitti, de quo latius dixi ſupra tit. de Carceribus cap. 1. nu. 54. ſed dubium ſtat in eo, ſi dato ordine, & intimato officiali, quòd detineat, poſſit Officialis illum inquiſitum habilitare? pluries occurrit, & ſignanter tempore Capoblanc. prout ipſe
49 teſtatur in tom. 2. cap. 51. & pluries mihi occurrit hoc tueri, & diſtinguebã, quòd: aut ordo ſimpliciter loquitur, quòd detineatur nomine R.A. ita, vt non ſuccedat locus fugæ, hoc caſu poteſt habilitari, & eſt ſatisfactum ordini mandanti detineri, cùm habilitatus dicitur carceratus, vt adducit Capoblanc. tom. 1. prag. 19. num. 22. & cit. cap. 51. ſi verò verba ordinis vltrò progrediũtur, nempè, quòd detineatur ſub clàui, & in bona cuſtodia, tũc dicit Capoblanc. ibid. n. 24. quòd ad hoc, vt illa verba aliquid operentur, non poteſt habilitari, niſi
50 cũ cuſtodibus, hic verò ſeruatur, ꝙ omnes ordines fiũt, & relaxantur, nedùm cũ iſtis verbis, detineat in vinculis, vel ſub claui, & ſub bona cuſtodia, verùm etiam, & cũ alijs, vt non procedatur ad actum aliquem, neq; habilitationis abſque ordine ipſius R. A. & ſic

ſic nõ eſt opus quęrere de vi, & virtute ordinis, & ego ſępe curaui, vt à Regia Audientia obtinea tur licentia de ipſum habilitãdo ex cauſa infirmitatis, verùm ſi tẽpore, quo Cõmiſſarius mittitur ad diligentias faciendum, ſi inqui
51 ſitus eſt in fortijs, non reperiatur, vel poſtea ſe prẽſẽtet iterũ, an de beat remitti, & dato, ꝙ eſſer habilitatus cum ordine R. A. per quã fuit cauſa remiſſa, & inde ex quo noluit ſe prẽſẽtare, fuerit fideiuſſio incuſata, quid iuris? vtrũque
52 caſum ponit Capoblanc. tom. 2. cap. 51. ad quem te remitto, ne exemplare videar. [Et pendente articulo remiſſionis, an Vaſſallus poſſit à carceribus Baronis amoueri, & ad Carceres. R. A. vel M. C.V. trãſportari? vide Baiard. ad Clar. q. 94. n. 50.]

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Latrones publici, & ſtratarum diſrubatores qui dicantur, & quę concurrere debeãt, vt tales reputẽtur.

SVMMARIVM.

Licet iura tranſgredi propter terribiles caſus, num. 1.

Contra latrones, contra quos mala fama laborat, poteſt procedi ex proceſſu informatiuo in procedendo, non autem in condemnando, ibidem, num. 1. 2.

Furtum, rapina latrocinium, & diſrubatio ſtratarum, an differant, num. 3.

Latrones publici, & diſrubatores ſtratarũ qui dicantur, n. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.

Craſſatores qui dicantur, num. 7. & 8.

Defenſiones, an poſſint denegari ſtratarum latronibus, num. 9. 10. & 11.

Sed redeundo ad propoſitum, poſtquam de latronibus, & diſrubatoribus ſtratarum ſermonem tetigi, contra quos, quando mala laborat fama, poteſt pro-
1 cedi ex proceſſu informatiuo, quia propter terribiles caſus licet iura tranſgredi, non autem contra alios, non huius qualitatis, ex Afflict. deciſ. 391. quod intelligi debet quò ad procedendum, non autem quò ad condemnandum,
2 Campagn. ad cap. Regn. iuris cẽſura, n. 6. quærò, qui dicantur latrones, & ſtratarũ diſrubatores, ita vt Reg. prag. locũ habeat, & omiſſa
3 diſputatione, ſi furtũ, rapina, vel latrociniũ, & diſrubatio ſtratarũ differãt, cùm plura cumulet Moſcatell. pract. crim. tit. de furt. ſcias, quòd [licet fur, latro, & craſſator differant, vt per Molin. tract. 2. de delict diſput. 685. nu. 8. fol. mihi 678. tamen] latrones dicuntur illi, qui non ſemel, vel bis viatores prædæ cauſa inſidiati ſunt in itinere, ſed illi, qui ſępius talia com-
4 mittere ſoliti ſunt, & propriè dicuntur craſſatores, ex tex in l. capitalium §. famoſos ff. de pœnis, Mari ad Gram. deciſ 34. n. 18. dicit immò Catalan. in tract. de indult. cap. 35. n. 42. quòd latro publicus, vel famoſus dicitur, qui inſignis circa tale crimen ſit, ſpoliando viatores, ſtratas diſrubando, com mittendo recaptum, & qui furandi cauſa plura homicidia patrauerit,

5 uerit, maximè ſi armati more latronum id egerint, aut manu armata aggrediuntur, aut cadauera ſpoliant, & dicti ſunt craſſatores, ideſt ad malum nitẽtes à craſſor, ideſt nitor ad malum, vel à craſ-
6 ſor craſſaris, quod eſt ſeuire, ſiuè crudeliter agere, ſiuè improbè aliena ſeuire, vel aliena inuadere, vndè craſſatura dicitur, talis crudelitas, talis inuaſio, & n. 50. dicit,
7 craſſaturam dici, quæ fit à latronibus in nemore, ex quo crudeliter inſurgunt contra tranſeuntes, eoſq; interficiunt, & ſpoliant. Vndè quando Reg. prag. de his loquitur, debet intelligi de huiuſmodi delinquentibus, & aduerſus
8 iſtos datur præuuentio, & quòd publici latrones tales ſint, ſequitur, nedùm Muſcatell. cit. loc. verùm etiam Catalan. cit. loc. Maſtrill. deciſ. Sicil. 147. n. 7. Dãphouder. pract. crim. cap. 104. in princip. Capoblanc. tom. 1. prag. 8. n. 233. & iterum tom. 2. cap. 52. ſeq. Maur. Burg. de mod. proceden. ex abrupt. quæſt. 23. nu. 79. 100. 101, & 102. & contra huiuſmodi
9 delinquentes debet procedi ad modum belli, & ſic ex abrupto nullis datis defenſionibus, vt dicit Maſtrill. deciſ. 191. n. 1. 2. & ſeq. licèt Farinacc. cõtrarium te-
10 net, nempè defenſiones denegandas non eſſe, tit. de indit. & tortur. quæſt. 39. n. 41. & 47. conc. Ambroſin. de Immun. Eccleſ. cap. 2. n. 4. & ſeq. qui ponit quis ſit latro publicus.

Et licèt Regia Pragmatica ſimpliciter dicat: *Nelli furti, che ſe commet-*
11 *tono in ſtrada publica, & in campagna*; tamen ita debet intelligi.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Si Regia Audientia præuenerit in cauſa, & ad modum belli procedat, an Barones circa cauſę remiſſionem audiantur.

SVMMARIVM.

Poteſtas militaris; ſiuè ad modum Belli aufert ſollemnitates iuris ciuilis, num. 2.

Non autem illas iuris gentium, ſeù naturalis, num. 3. & 4.

Baro in cauſa remiſſione debet audiri, ex quo poteſt contra Fiſcum impugnare virtute priuilegij, vel alterius prærogatiuè, num. 5.

Terminus non eſt neceſſarius, quandò articulus eſt iuris, num. 6.

Baro petens cauſæ remiſſionem cenſetur pro ſuo intereſſe comparere, & debet audiri, & terminum dari, & eo, vel appellatione pendente, ſuperſederi, num. 7. 8. 9. 20. 21. 22. 23. & 24.

Terminus quandò non conceditur, tolluntur omnia iura, num. 10. ad. 24.

Decretum remiſſionis, an dicatur diffinitiuum, vel interlocutorium, num. 11.

Articulus remiſſionis eſt merè ciuilis, n. 12

Terminus ſuper cauſa remiſſione, an ſit cõmunis Fiſco, & Baroni, num. 15.

An procedat ſi vaſſallus petierit cauſa remiſſionem, num. 16. 17. & 18.

Limita, niſi in literis patentalibus Præſidis fuerit aliter diſpoſitum, vel Baronibus poteſtas abdicata, num. 25. 26. & 27.

Re-

Retenta igitur opinione ex adductis, facultatem ad modum Belli, ſiuè militarem, non lædere Barones, quæro vnum, quod pluries occurrit, pone quod R.A. carcerauerit vaſſallum Baronis inquiſitum de furto in ſtrata publica, & prætendat per preuentionem eum cognoſcere, vel de alijs delictis culpoſum, in quibus ad modum Belli procedere velit, & Baro prętendat remiſſionem cauſę ſibi competere, & offerat petitionem pro cauſæ remiſſione, an debeat hęc petitio admitti, an verò debeat reijci? Mihi iterum occur-
1 rit in alia cauſa Thomę Bozzella de Calitro, inquiſiti de furto in ſtrata publica, pro qua ego, vti aduocatus Illuſtriſ. Duciſſę Grauinæ Baliæ filiarum, & hæredum Illuſtriſs. quondam Principis Venuſij vtilis Dñi Terræ Caletri, remiſſionem petebam ad illam Curiam, & fuit per votantes dubitatum ſi petitio hæc debeat admitti, vel nè; dicebat quidam, qui cum Io. Grand. grãdis efficiebat, non debere admitti ex priuilegio poteſtatis militaris, ſiuè ad mo-
2 dum belli, quæ aufert omnes ſollemnitates iuris ciuilis, & proinde quod debebat in calce ipſius reſpondi, non admittitur, ex quo proceditur ad modum belli, iuxta opinionem vanam, & nullo iure ſubſiſtentem, nec apud recentiores tolleratam, Io. Grand. in tract. de Bello exul. 46. ſpecial. fol. mihi 176. quã ſubſtinere per nonnullos dies cæteri vocantes.

Ego ſubſtinebã omninò ſuper cauſę remiſſione interloquendum eſſe, & vt interloquutio fiat, terminũ impartiendum eſſe, & mouebar nõnullis rationibus, & potiſſimè tribus validiſſimis.

Prima, quia, licèt poteſtas ad modũ belli auferat iuris ciuilis ſollem-
3 nitates, tamen non tollit illas iuris gẽtium, ſeù naturalis rationis, Bart. in l. filius famil. as, ff. de donat. n. 6. & cùm iſta cognitio de cauſæ remiſſione ſit, nedum iuris gẽtium, ſed etiam iuris naturalis, cùm ſpecies defenſionis ſit, in cu-
4 ius termino poteſt Baro ſe tueri, vel virtute priuilegij, vel alterius rationis: meritò ſuper cauſæ remiſſione decernendum eſt, & terminus concedendus venit.

Secunda, quia, cum quęſtio facti ſit, nempè ſi Baro impugnare vellet
5 contra Fiſcum, vel virtute priuilegij, vel alterius prærogatiuæ ſibi competentis, debet audiri, cùm articulus ſit facti; ſi enim articu-
6 lus eſſet iuris, terminus neceſſarius non eſſet, vt dicit de Franch. deciſ. 221. n. 12. & Reg. Aponc. conſ. 59. n. 1. vol. 1. Ergo terminus ſuper remiſſione dari debet.

Tertia, adducebam prouiſiones per Collaterale Conſilium præinſertas, quibus decernitur, quod poteſtas ad modum belli, non lædit Barones, verùm etiam, & alias in ſimili difficultate expeditas per Regium Dollaterale Conſiliũ, quibus cauetur, quando per Barones

cauſarum remiſſiones petuntur,
procedi debere ordinariè, & ter-
minis habilibus, quarum proui-
ſionum expeditarum ad inſtan-
tiam Illuſtriſ Ducis Noceriæ die
17. Iulij 1588. regiſtratarum in
par. 17. fol 121. tempore Dñi Co-
mitis de Miranda, poſt paucum
tempus, quo hæc facultas cōceſſa
7 fuit; & tenor ſequitur, v3. *Et pro-
cedendoſe per queſſa R. A. à cattura
di foraſciti vaſſalli, ò ad informatione
contro altri vaßalli predetti & dimano
dandoſe per parte di detto Illuſtre ſup-
plicante la rimeſſione di loro perſone e
cauſe, in virtù di priuilegij, prima di
procedere ad atto alcuno contro di eßi,
debbiate terminare di giuſtitia ſi ſe de-
uono rimettere, ò nò, & prouiſto ſarà, le
loro cauſe reſtare, e determinare da
queſſa R. A. all hora procederete contro
deliquenti predetti, conforme a giuſti-
8 tia all eſſecutione delle pene, che meritar-
no, condigne à loro demeriti, non proce-
dendono nelle cauſe pendente la diſcuſ-
ſione ò appellatione.* Inde ſequentur
alia verba infraſcrip. *Et nō volemo,
che li debbiate derogare in conto alcuno
9 alli priuilegij di detto Illuſtre ſupplican-
te ne à quelli ſe facci pregiuditio ſe non
che ſe camini con li debiti, & conuenien-
ti termini di giuſtitia tanto da queſta
Regia Audientia, come da qualſiuo-
glia Commiſſarij da noi deputati, e de-
putandi, contro foraſciti, e contro bāniti.*
Ex quibus apertè colligitur termi-
num impartiendum eſſe; ſi ter-
10 minus enim non concederetur
tollerentur omnia iura, & priuile-
gia Baronū, cōtra formā prædicta-
rum prouiſionū. Et terminus eſt
adeò neceſſarius, q in omni cau-
ſa debet dari, Capoblanc. tom. 2.
cap. 49. n 6. & ſeq.
Hoc autem decretū, an dicatur diffi-
nitiuū, vel interloquutorium, vi-
11 de Capoblanc. tom. 1. prag. 8.
par. 2. n. 28. & ſeq. & to. 2. cap 50.
Vlteriùs, addebam hunc remiſſio-
nis articulum eſſe mere ciuilem,
& ſi in alijs cauſis terminus datur,
etiam in his ad modum belli dari
12 debet, & appellatio cadit, tùm ex
verbis prædictarū prouiſionum,
cùm etiam, quia à decreto remiſ-
ſionis cauſæ ad Barones, Fiſcus ha
bet reclamationem, vt dixi ſupra
in tit. de offic. Fiſ. Ergo, vt æqua-
13 litas ſeruet, etiam Baroni appel-
latio competit, & illud, q Groſſo-
lani dicunt, eſt delictum ad mo-
dum belli, proceditur per horas,
& non ſeruantur ſollemnitates, in
telligendum eſt terminis habili-
bus, ſcilicet, quando Tribunal de
clarauit ſe Iudicem competenté,
(cùm cautela Iudicis ſit, prius cō-
petentem ſe declarare; vulga-
tis iuribus) per decretum, quod
cauſa remaneat, à quo non ſit ap-
pellatum, & inde per horas pro-
cedere, & tollere ſollennitates iu
14 ris ciuilis, non autē naturalis, &
non autem termino, vel appella-
tione pendente, & petitione re-
miſſionis non admiſſa.
Vnde omninò concludendum ve-
nit, terminum ſuper remiſſione
concedendum eſſe Baroni petē-
ti, cum communis ſit inter Fiſcū,
1, & Ba-

15 & Baronem, nedum in cauſis ad
modum belli, verum etiam, & in
furtis in ſtrata publica, in quibus
R.A. fortè præuenillet, cùm Baro-
ni defenſio cōpetat, vt ſupra dixi.
Quam conclusionē affirmo pro-
cedere, ſi Baro petierit remiſſio-
16 nem cauſæ ſecus verò ſi vaſſallus
inquiſitus compareret ea ratione;
17 nam ſicut per pragm. ſupra addu-
ctam, datur cognitio præuenienti
in odium criminum, & latronū,
contra quos procedēdum eſt vl-
tore gladio, & vbicumque fuerint
capti, ibi puniatur, vt dicit Dam-
phouder. pract. crimin. cap. 104.
in princip. Maſtrill. Capoblanc.
Rouit. & cæteri DD. allegati, pri-
uatur vaſſallus priuilegio fori, quod
18 ſibi forte competere poſſet. Me-
ritò, & pariter debet priuari hoc
præſidio, cùm huiuſmodi delin-
quetes efficiūtur proditores Re-
19 gis, & rebelles, & Priuilegio con-
ceſſo potiri non debet. [Delin-
quens enim quaſi contrahit cum
Fiſco ex l Imperatores, ff. de Iur.
Fiſc. ex regul. tu pęnæ te ſubieci-
ſti, Camill. della Rath. cōſ. 1 n. 37.]
His omnibus diſcuſſis, & ponderatis
per omnes votantes, fuit in præ-
ſenti cauſa habita pro vera mea
opinio, datus terminus ſuper re-
miſſione, infra quē produxi pri-
uilegium cum clauſula: extra ter-
ritorium, & de fractura ſtratarum
de quo latius dixi ad Grammatic.
deciſ. 20. Et cùm per hanc R. A.
fuiſſet dictum, ex quo tractatur de
furto in ſtrata publica, & procedi-
tur ad modum belli, cauſa rema-
neat, à tali decreto appellaui, &
fuit appellatio admiſſa abſque
ſcrupulo, Leonardo Primicile
Commiſſario. Et adeò eſt verum,
20 quòd non valuit hęc R A. proce-
dere in cauſa appellationis infra
tempora appellationum, & licèt
ipſe Primicilis quinquageſima
quarta die, ab illa appellationis
voluiſſet procedere ad declara-
tionem deſertæ appellationis, ta-
mē fretus auctoritate Moſcatell.
pract. de appellat. par. 1. gloſ. de-
mandatur, dicebam, non poſſe
eam deſertam declarare, niſi ela-
pſis ſexaginta diebus, & ſic fuit
ſeruatū, & concluſū non procedi,
niſi elapſis ſexaginta diebus datis
ad appellatione proſequendam.
Colligas igitur, nedum in ſimilibus
cauſis ad modum belli terminū
21 ſuper remiſſione concedendum
forè, verùm etiā, & appellationē
admitti debere, & inſuper tēpora
appellationis expectanda eſſe.
Et ſic obtinui ſemper terminum ſu-
per remiſſione petita etiam in
cauſis ad modum belli, & in qui-
bus R.A. præuenit, rationibus ſu-
pra adductis, & ſignāter (ne parti-
culari exēplo careamus) in cauſa
Leonardi Zēnarulo Terrę Caleti
inquiſiti de furto in ſtrata publi-
ca, contra quem Regia Audien-
tia pręuenit; tamen fuit datus ter-
minus ſuper remiſsione, quando
partes Illuſtriſſ. Ducißæ Grauinæ
tuebat, vt dixi ſup. cap 2. n. fin.
Et cum eſſet inquiſitus de furto, &

carceratus Ioannes Lupone de
Vitulano, contra quem Regia Au
dientia prǽuenit, & ad modum
22 belli procedere intendebat, me
pro Illuſtriſs. Dño Don Ioanne
d'Aualos de Aragona vtili Domi
no Vitulani patrocinante, ſuper
remiſſione petita, fuit datus ter-
minus, vt dixi ſupra cap. 3. n. 24.
& deniq; cauſa ad Curiam Vitu
lani remiſſa, Franciſco Daniele
Commiſſario.
Et iterum cùm eſſet hic inquiſitus,
& carceratus Cæſar Peritio Fra-
gneti Abbatis, de furto in ſtrata
publica, contra quem ad modum
belli procedebatur, interpoſito
decreto, quòd procedatur ad mo-
dum belli, & principali inquiſito
23 examinato, ego vti Aduocatus
Eminentiſſ. Cardinalis Burgheſij
vtilis Domini Fragneti, cõparui,
& cauſæ remiſſionem petij. Re-
gius Fiſcus replicando dicebat
meam comparitionem admitten
dam non eſſe, nec terminum ſu-
per remiſſione concedendum, &
mouebatur rationibus ſupra ad-
ductis, ex quo procedebatur ad
modum belli, ego tuebar rationi-
bus, auctoritatibus, & decretis ſu-
pra expreſſis, & ſic ſemper fuiſſe
ſeruatum, & petebam ſuper remiſ
ſione interponi decretum pręuio
termino, & non tantum benè cã-
tare potui, vt fundum meorum
[illegible] in iure fundatorum, &
[illegible] approbatorum tran-
ſiui per aures Auditoris Pauli
Strambone, qui terminum dene-
gabat, penitentitus in ſtantijs Regij
Fiſci, quare coactus fui pauper-
rimum patrem mei clientis Nea-
polim tranſmittere, & ad Aduo-
catos Neapolitanos hanc nouel-
lam difficultatem ſcripſi, eos ro-
gando, vt illam ſupirent, & reſol-
uerent: & tandem ad inſtantiam
dicti D. Cardinalis fuerunt rela-
xatæ prouiſiones à M. C. V. cum
memoriali prius in Collaterali
24 porrecto, & eidem remiſſo, huic
Regiæ Audientiæ directæ, quate-
nus nuper dicta cauſa Cæſaris Pe-
ritij prouideat ſuper remiſſione
petita ſpecificè, & præuio termi-
no; vndè reſoluta eſt difficultas,
quam Fiſcus faciebat, & Auditor
Strambonus timebat in cauſis ad
modum belli terminum ſuper
remiſſione dari debere, & tantò
fortius in mea primæua opinione
ſic fũdata, vt ſupra dixi, reſideo.
Quam concluſionem ſupra amplia-
tam limita, niſi in literis commiſ
ſionalibus Præſidi, vel Regiæ Au-
25 dientiæ conceſſis eſſet ſpecialis
poteſtas derogandi priuilegijs Ba
ronũ, prout ego vidi in illis Mar-
chionis Montoriæ, cui Guberniũ
huius noſtræ Prouinciæ fuit com
miſſum, & in eius literis cõmiſ-
ſionalibus aderat ſpecialis facul-
tas derogandi priuilegijs Baronũ,
quorum tenor inter cętera ſequi-
tur, v3.

E perche reſtimo in ogni modo li malfattori predetti eſtirpati, li quali hanno inquietato detta Prouincia, & il negotio vadi per una mano, vedemo, che parendoue,

che

che così ſe debba fare, ilche laſciamo ad
26 *arbitrio voſtro, che ve facciate dare dalla Regia Audientia, & dalli Officia li Regij, o de Baroni quelle informationi, che haueranno preſe, & tutti li carcerati, che ſe ritroueranno in poter loro, ò ſi prenderanno per detta Regia Audienza, & officiali ut ſupra di detta Prouincia, li quali ſiano ſtati inquietando, ò habbiano impedito il commercio, commettendo homicidij, ò latrocinij, ò ſiano andati in comitiua d'altri malfattori, armando, e commettendo delitti, e che haueranno recettato, alimentato, ò fatto ſpie, ò in qualſiuoglia modo dato loro*
27 *aiuto, e fauore, fuſſero ſtati complici, ò auxiliatori, e participatori delli delitti commeſſi, abdicando pro hoc tempore tantum, e mentre durerà la preſente voſtra commiſſione, e per queſto bene vniuerſale della Republica: la Giuriſditione delli Baroni nelli caſi predetti tantum.*

Caput Sextum.

ARGVMENTVM.

Si reus offerat in promptu de innocentia, an debeat audiri, & ſuperſederi in tortura.

Et an procedat in cauſis ad modum Belli.

SVMMARIVM.

Iudex procedendo in cauſa ex praeminentia, vel extraordinaria poteſtate, & reus offerat in promptu de eius innocentia, an debeat audiri, & ſuperſederi in tortura, à n. 1 ad 5.

An procedat ſi opponatur tempore, quo examinantur teſtes ad offenſam contra reum, n. 2.

Defenſio, quae apparet in proceſſu offenſiuo, prodeſt reo, & eſt notoria Iudici ſupra ſedetur in tortura, & ceſſat modus Belli, n 3. & 4.

Tortura eſt actus irretractabilis, ex quo retortio brachiorum non datur, num. 5.

Iudicium ciuile ordinariè captum, non poteſt variari, & ſummariè procedi, n. 6.

Inſtrumentum viam exequutiuam habēs, ſi ordinariè procedit non poteſt via exequutiua agere, num. 7.

Actiones plures ſi competunt, an poſſit variari, vel illa cumulari nu 8. & 9.

Agens via ſimulationis, non poteſt agere via nullitatis, num. 10.

Agens actione ciuili, an poſſit ad criminalem recurrere, num. 10.

Iudicium criminale ordinariè captum, non poteſt inde variari, & procedi extraordinariè num 11.

Iudex habens plures actiones procedendi, ſi procedit non expreſſo modo, cenſetur proceſſiſſe ordinariè, num. 12.

Et de ratione ibidem.

Iudex ſi poteſt procedere ſummariè & procedit ordinariè, acta valent in vim ſummarij proceſſus num. 13 & 14.

Delegatus, ſi reſcripto impetrato propter delegationem obtinendam errauerit, vel tacuerit, an poſſit opponi, & ille cognoſcere, num. 15. 16. & 17.

A decretis ad modum Belli ad quem appelletur, num. 18 ad 23.

Appellatio interpoſita, non expreſſo nomine Iudicis cenſetur facta ad immediatum Iudicem ſupremū, n. 24. 25 & 26

Appellatio à com nata tortura, an admittatur in cauſis ad modum Belli literis inhibitorialibus non obtemptis num 27

Delegatio conceſſa appellatione remota, immediate

telligitur, vt non tollatur, nec recurſus nec ſupplicatio, nec de nullitate dici, num. 28. & 29.

MOdus Belli perbellè me mouet ad proſequendũ materiã ſic fructuoſam, & quotidianam, & eſt tibi aduertendũ, quòd quádo proceditur contra aliquem, & vult Iudex procedere ex præeminentia, vel ex proceſſu informatiuo, & reum quæſtionibus, & tormentis ſubijcere, ſi cautus Aduocatus antequam reus torqueatur,
1 in promptu offerat, & incõtinenti aliquali modo de innocentia rei, vel teſtes examinatos eſſe ei inimicos, vel ſi in proceſſu appareat de aliqua eius defenſione, debet audiri citra torturam, quã euitabit, ſtante oblatione facta, & tenetur Iudex hoc caſu differre torturam, & reum ſuper allegatis
2 audire, Cãpagn. ad cap. Regni, ſi cum ſceleratis n. 42. Grãmatic. conſ. crimin. 64. n. 8. & ſeq. & vot. 3. n. 23. & ſeq. [& tortura ſuperſedetur Ferrett. de re militar. tit. de Inimicis occultis n. 26. Nouar. de grauaminib. vaſſall. to. 1. grauamin. 372. n. 13. & 14.] quòd ampliatur procedere, etiã ſi hoc opponatur tẽpore, quo recipiuntur teſtes ad offenſam, & tenetur Iudex ſuperſedere, teſtes inimicos allegatos recipere, donec fuerit ſuper inimicia allegata Iudicatum, Farinacc. quæſt. 53. n. 17. Imbrian. in tract. de repulſ. par. 1. conſiderat. 4. n. 20. & ſeq. ſcias tu, quòd hoc procedit, & ſeruari debet, & ampliatur, etiã in cauſis, in quibus ad modũ belli proceditur, vt teſtatur Viu. deciſ. 107. n. 24. qui teſtatur, fuiſſe ſeruatũ, nedùm in illa Regia Audientia
3 Apuliæ verùm etiam, & per alios delegatos contra delinquentes, Mauſ. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 41. n. 24. & ſeq [Et ſi Iudex hoc negaret, & torqueret, & ex tortura ſequeretur cõfeſſio eſt nulla, Imbrian. de repulſ. par. 1. conſiderat. 1. n. 75. fol. 11:] duplicem rationem ego aſſigno. Primam, nempè, q̃ quãdo ex offẽſiuo apparet aliqua defenſio rei, debet admitti, quia eſt notaria Iudici, etiam ſi ad modũ belli procedat, & ſuperſedetur in tortura, Maur. Burg. eod. tract. quæſt. 11. n. 15. & 16. Immò ex hac defenſione apparente ex offenſiuo, ceſſat modus belli; fa-
4 uor enim rei eſt notorius, Burg. cit. quæſt. 41. n. final. & ego pluries obtinui, & ſignanter in cauſa Hieronymi Ferrariello de Biſaccia, pro quo data oblatione, fuit auditus, & ſuperſeſſũ in tortura, contra quem ad modũ belli procedebatur, vt apparet in proceſſu contra Iuliũ Caſale in ãno 1621. Et iterum in cauſa Franciſci Maſucci della Voltorara, etiam ex Franch. deciſ. 232. n. 3. & Farinacc. queſt. 99. n. 271. Alteram, quia ſi opponens in allegatis ex-
5 ceptionibus non audiretur, & torqueretur, & inde reperiretur, allegata eſſe vera, non poſſet repara-

parari ille actus irretractabilis, ex quo retorquutio brachiorũ non datur, vt dicit Grammatic. cit. loc. quod nota, quia in dies euenit, & euenire poteſt.

Sed pone, puòd Regia Audiẽtia cæperit Iudicium ordinariè, an poſ-
6 ſit inde variare, & ſummariè, ſiuè extraordinariè procedere? diſtingue; aut ſumus in ciuilibus: aut verò in criminalibus, ſi primo caſu, & ſic in ciuilibus, dicas, quod ſi Iudicium ordinariè eſt cæptum, non poteſt inde variari, & ſum-
7 mariè, ſiue extraordinariè procedi, argumẽto eius, qui cępit Iudiciũ ordinariè habẽs viã exequutiuã, ſiuè inſtrumentũ exequutiuũ, non poteſt via exequutiua agere, quia, cùm viam ordinariã elegit, ei patere debet, & ſibi prę iudicat,
8 Maſtrill. deciſ. 158. quem ſequitur Ricc. collect. 152. Si tamen plures actiones haberet, & vna electa, an poſſit inde variare, vel
9 cumulare? vide Anton. Gabriel. tit. de actionib. concluſ. 1. & 2. & quę dixi ad Grãmatic. deciſ. 68. tamen ſi egerit via ſimulationis, non poteſt agere via nullitatis poſt litẽ cõteſtatam, Afflict.
10 deciſ. 60. & habens actionem ciuilem, & criminalem, & egerit via ciuili, an poſſit recurrere ad viam criminalem? vide Afflict. deciſ. 54. Si verò ſumus in criminalibus, & ſic ſecundo caſu, & fue-
11 rit cæptum procedi ordinariè, nõ poteſt inde procedi extraordinariè ex proceſſu informatiuo, ſiuè ad modum belli, vel alio modo extraordinario, Petr. ad Grãmatic. deciſ. 34. n. 6. [Campagn. in cap. ſi cum ſceleratis n. 56. Io. Grand. de bell. exul. inſpect. 77. num. 2.] quod nota, quia ſępius occurrit, & in dies occurrere poteſt. Sed ſi proceſſerit ſimpliciter non expreſſo modo, quo agit, cenſetur, ordinariè proceſſiſſe, quia Iuriſ-
12 dictio ordinaria firmior, & potentior eſt extraordinaria, & delegata, Caualcan. de Bracch. Reg. par. 1. n. 264. Maur. Burg. de mod.
13 proced. ex abrupt. quæſt. 75. n. 7. & ſeq. qui n. 17. dicit, quòd ſi poterat, procedere ſummariè, &
14 proceſſit ordinariè, acta valent in vim ſummarij proceſſus; quod nota: Nos verò hic ſeruamus, quòd in omni cauſa exprimitur quomodo, & qua poteſtate proceditur, tàm in decretis, & actis, quàm in titulo, qui ponitur in citationibus, & alijs.

Prępono tibi aliam quęſtionem, fuit capta informatio, prout in dies euenit de aliquo delicto cõmiſſo, inde, vel ad euitandam remiſſionem cauſæ, vel ad alium bonum finem, R. A. de delicto certiorem reddit S. E. & ab ea, vel eius Collaterali obtinet delegationem, vel diſpenſationem, vt procedatur in cauſa ad modum belli, ſiuè modo extraordinario, vt ſępè ſolitũ eſt concedi; tamen in certioratione, & relatione, fuit nedùm aliquod ommiſſum, verùm etiam, &
15 obreptum, & ſubreptum, & in pro-

progreſſu cauſæ Aduocatus animaduertens ex relatione non ritè facta, adeſſe ſubreptionem, illam opponit, & inſtat non procedi modo diſpenſatiuo; carere enim dicitur Iuriſdictione ipſa à Superiore tributa, queritur, an Iudex, vel Regia Audientia teneatur admittere huiuſmodi exceptionem, & in cauſa ſuperſedere, & Principem conſulere? pluries hoc dubium occurrit, & ſignãter in cauſa Hieronymi Ferrariello de Biſaccia, in cuius cauſa, ex relatione S. E. facta, fuit factum alteratũ, & diuerſo modo figuratum, ego oppoſui, delegationem eſſe ſubrep-
16 titiam, & proinde locum non habere, Auditores dubitabant nõ poſſe de hoc cognoſcere, ego replicabam, cuilibet Ius dicenti eſſe permiſſum de ſubreptitione, & obreptione cognoſcere, & cõſulendos eſſe Superiores, & interim pendente reſponſo ſuperſederi debere; huiuſmodi enim excep-
17 tio, defenſionis ſpecies eſt, & ipſam debere admitti, non obſtante, ꝙ procedatur ad modum belli, vel ex abrupto, vel ex præeminentia, vel alio modo diſpenſatiuo, vel extraordinario, Maur. Burg. qui moltus DD. cumulat, de mod. procedend. ex abrupt. quęſt. 98. per tot. qui quęſt. 99. arguit, quibus modis ſubreptio cognoſcitur, quem vide.

Sed quæro vnum, ꝙ in dies occurrit, pone, nempè, ꝙ hęc R. A. procedat in cauſa ad modum belli, & contingat ab eius decretis appellari, ad quem in quam Iudicem ſit appellatio? multi dicunt debe-
18 re fieri ad Principem, eo quia hęc poteſtas fuit ab eo impartita, cùm ab alio concedi non poteſt, & ad eum appellatio cadit; leges enim à Rege fluunt, ad Regem refluunt, ad inſtar aquę à mare progreditur, ad mare reuertitur. Ego verò diſtinguendũ puto tres caſus. Primus, aut proceditur ex delegatione, & tunc appellatio fit
19 ad delegãtem, prout in ſimili dicimus de Epiſcopo procedente vti delegato Sedis Apoſtolicæ, ab eius ſententia appellatur non, ad Metropolitanum ſibi immediatè competentem Iudicem ſuperiorem ſubalternatum, ſed ad ipſam Sedem Apoſtolicam, cuius vices Epiſcopus gerit, Nauar. conſ. 28. n. 6. de ſtat. Monacor.
20 Secundus caſus, aut verò proceditur ad modum belli, vel modo diſpenſatiuo, ex poteſtate ſibi attributa, & tunc ſubdiſtingue; aut hæc poteſtas fuit inpartita non habẽti ordinariã Iuriſdictionem, & tũc, quia cẽſetur delegatus, ex prag. 89. c. quę hodie eſt prag. 10 de offic. Iudic. § 14. & appellatio
21 debet fieri ad Principẽ, vt ſupra dictum eſt, aut verò eſt conceſſa Iudici habenti Iuriſditionẽ, vel huic Regiæ Audientiæ, & tunc, quia dicitur excitata Iuriſdictio, ex prag. ſupra citat. 10. §. 14. nec cenſetur alterata ordinaria Iuriſdictio in modo procedendi Io. Andr.

Andr. de Giorg. alleg. 7.n. 19. & ſeq.Petra ad Grammatic.deciſ. 36.n. 13. appellatur ad Iudicem
22 immediatè ſupremũ, ex eo,quia hic modus procedendi, & huiuſmodi cognitio ſpectabat ſibi ordinario Iure, & per conſequens per hanc poteſtatem non efficitur delegatus, ſed eſt, prout erat ordinarius, & huiuſmodi facultatis impartitio, dicitur excitatio & iuſſus, Maur. Burg. in tract. de mod. procedend. ex abrupt. qui plures DD. coaceruat quæſt. 45. num. 15. 16 21. & 22. Aut verò
23 abſque alia conceſſione procedit virtute Reg. Prag.& tunc,quia nõ datur aliud, niſi alteratio modi in procedendo, appellatio cadit ad Iudicem immediatè ſupremum,ex adductis per citat. DD.

Et,ſi fuerit interpoſita appellatio,nõ expreſſo tamen Iudice, ad quem appellatur, ſed tantùm fuerit di-
24 ctũ appello ad Superiores in forma, an cenſeatur facta appellatio ad Iudicẽ ſupremum immediatè, an verò ad Principem? accidit in cauſa Io.Petri Berna d'Ayrola in qua Regius Fiſcus appellauerat verbis generalibus,nempè ad Superiores in forma, & Antonius
25 Politus Auditor poſt decem dies, dixit huiuſmodi appellationẽ nõ admittendam eſſe, ex eo, quia ſic appellans, tenetur infra dies decem eligere, & declarare Iudicẽ, coram quo proſequi intendit,& adducebat Ricc. collect. 276. & Oſaſc. deciſ. 30. Ego autem dicebam procedere doctrinam Riccij de Iure Canonico, & in foro Eccleſiaſtico, in hoc enim Regno, quamuis appellatio interponatur
26 verbis dubijs, generalibus, & nõ expreſſo nomine Iudic. ſẽper cẽſetur facta ad Iudicem immediatè Superiorẽ,proximũ, cõpetentẽ,& allegaui Moſcatell.magnũ practichiſtã in tract.de appell.par.1.gloſ. tenebitur, n.29. ad 32. quo viſo, Auditor Politus acquieuit, & appellationẽ admiſit,prout latè dixi ſupra tit.de Offic.Fiſci c.11.n.53. & ſeq.tu vide Borrell.cõſ.42.n.2.

Vnum tamen ad materiam ſcias, quòd licèt in alijs cauſſis,quando
27 cominatur tortura, admittitur appellatio;tamen quando proceditur ad modum belli, tortura nõ ſuperſedetur quando appellatur, ex Burg.quæſt. 100.num. 115.

Quando autem Princeps concedit delegationem, vel poteſtatem
28 extraordinariam,ita,vt appellari nõ poſſit, illis verbis: appellatione remota, ꝙ Principi permittitur, ex Burg. quęſt. 100.n. 117. non tollitur ſupplicare, quęrelari, & de nullitate dicere, Caualcan.
29 de Bracch.Reg.par.4.n.302. litera F.neque recurſus,Maſtril.deciſ. 157 qui cõcordat cum Grammatic.deciſ.35.nu.final.[tu vide quę dixi ad Grammatic. deciſ.35.]

Caput Septimum.

ARGVMENTVM.

Poteſtas ad modum Belli, an poſſit concedi per M. C. V.

SVMMARIVM.

MAgna Curia Vicaria caret poteſtate concedendi modum Belli, etiamſi memoriale porrectũ ſibi remittatur, vt de Iuſtitia prouideat, n.1. ad 4.

Si in cauſis ad modũ belli emergat aliquod incidens, an debeat ſequi naturam cauſæ principalis, num. 5 ad num. 8.

Limita in articulo remiſſionis, qui debet ordinariè diſcuti, num. 9.

Delegatio ſuperueniens, an validet acta facta, num. 11.

Iuriſdictio ſuperueniens, an retrotrahatur, & legitimet acta, num. 12.

Modus Belli, an exerceatur per Barones, quibus cauſæ fuerũt remiſſæ, n.13 ad.17

Baro an petat remiſſionẽ cauſæ poſt forjudicationem, num. 14. ad 17. & ſeq.

An poſt ſententiam condemnationis ad mortem, num. 14.

Acta facta in iudicio extraordinario, an probent in ordinario, n. 17. 28. & 27.

An debeant repeti parte citata, num. 18.

Iudex Eccleſiaſticus, an teneatur ſtare proceſſui facto per laicum, & è contra, num. 19. 20. & 21.

Teſtes examinati per Iudicem laicum, repetuntur per Eccleſiaſticum, & è contra, n.23. De ratione ibid.

Teſtes repetuntur, ſi inquiſitus noluit habere eos pro repetitis, n.24. & 29. limita, niſi reus eſſet confeſſus, num. 29.

Regia Audientia poteſtatem ordinariam in tota Prouincia habet, num. 25.

Acta facta coram Iudice, cui Baro cauſam commiſit, an valeant, num. 26.

Teſtium repetitio quo Iure eſt introducta, & vnde ortum habuit, num. 30.

Copia, quæ conditur Iudici, cui fuit remiſſa cauſa, conſignatur integra Curiæ Eccleſiaſticæ, & Iudici ſuperiori, ſi verò Iudici inferiori cum nomine tantùm inquiſiti ſine nomine aliorum inquiſitorum, num. 31. ad 35.

TV ſcis, quòd hæc facultas procedendi ad modum belli, vel Palatino, ſiuè diſpenſatiuo modo, non poteſt concedi, niſi à Vicerege Regni, & eius Collaterali, pone, quod quis S.E. adeat, porrigat memoriale, quòd remittitur
1 M.C. quòd de Iuſtitia prouideat, & M. C. V. cum inſertione illius memorialis prouiſiones expediat per quas mandat acta tranſmitti, vel aliquid fieri, an per illas hic modus impediatur? dicas tu, quòd non, & Tribunal poteſt procedere in cauſa, non obſtantibus prouiſionibus per dictam M.C. expeditis, ratio eſt, quia idem memo-
2 riale eidem remiſſum, non aliud operatur, niſi excitatiõnẽ Iuriſdictionis, vt ſupra dixi, M. C. enim caret auctoritate procedendi ad modum belli, vel diſpẽſandi ſiue concedendi, vt procedatur, Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 52. n. 14. 15. fin. qui infert, quòd non ſequitur conſequentia; po-
3 teſt nempè hanc poteſtatẽ Prorex Regni Regem repræſentans concedere, ergo poteſt, & ipſa M.
4 C. in Prorege enim videtur induſtria eius perſonæ electa, fides eius, ac grauitas ad talis Officij magnitudinẽ, & pro eius ſapientia, ac ſplendore dignitatis, quod
5 non dicitur in M. C. quæ licèt Magna Curia vocetur, eſt reſpe-
ctu

Digitized by Google

ctu aliarum Curiarũ Regni, qua-
rum dicitur maior, ſed reſpectu
Proregis dicitur inferior, quod
nota, quòd in dies euenit, & nos
hic ſic ſeruamus.

Verùm ſi in caſibus, in quibus pro-
ceditur ad modum belli, aliquod
incidens emergat, an debeat na-
turã cauſæ principalis ſequi? pro
affirmatiua teneas, & nonnulla
media adducuntur. Primo, de-
ciſ. de Franch. 520. vbi cauſa ap-
pellationis ventilatur, & eodem
modo proceditur, ſicut fuit pro-
ceſſum in prima inſtantia. Secun-
do Caualcan. de Bracch. Reg.
par. 1. n. 111. mouet quæſtionẽ,
& pro affirmatiua reſoluit, ea ra-
tione, quia libero arbitrio dato
in cauſa principali, cenſetur da-
tum in incidentibus, dependenti-
bus, emergentibus, annexis, &
6 cõnexis, ne continentia cauſæ di-
uidatur, ex l. nulli C. de Iudic. Ter
tio, Menocch. de arbitr. Iudic.
quæſt. 85. n. 9. & quæſt. 82. n. fin
dicit, quòd omnes articuli depen
dentes, & emergentes in cauſa,
ſunt priuilegiati, ſicut, & ipſa cau-
7 ſa principalis, & ſic debent diſcu-
ti, cùm eius naturam ſequuntur.
Quarto, Maur. Burg. de mod. pro-
ced. ex abrupt. quæſt. 39. n. 4 dicit,
quòd conceſſa aliqua poteſtate,
cenſetur conceſſa circa omnia
neceſſaria, & dependentia in illo
actu. Concludas ergo omnes ar-
ticulos emergentes in cauſa tra-
8 ctandos eſſe, atque diſcutiendos
forè, ſicut, & ipſa cauſa principa-
lis, & in hoc Reg. Tribunali ſic
ſeruatur.

Quod limita non procedere in arti-
culo remiſſionis petitę per Baro-
nem, qui, quamuis in cauſis, in
9 quibus ad modum Belli procedi-
tur, emergat, debet diſcuti, & ter-
minari Iuris ordine ſeruato, pro-
ut ſupra dixi, & ipſo deciſo, & cau
ſa in ipſa Regia Audientia reman
ſa, & appellatione non interpoſi-
ta, tùnc proceditur ad modũ Bel-
li, vt ſupra fuit oſtenſum, & ob-
ſeruantia huius Tribunalis ſic ſe
habet donec enim cauſa non re-
manet in hac R. A. ſemper arti-
culus remiſſionis ordinariè tra-
ctatur.

Sed quæro, pone, quòd ſit commiſ-
ſum aliquod delictum enorme,
per, ꝙ huic R. A. videtur propter
10 enormitatem poſſe procedi, vel
ex delegatione, vel modo extraor
dinario, & creditur de facili, Pro-
regem Regni concedere debere,
vel delegationem, vel diſpenſa-
tiuum modum procedendi, &
reſcribat S. E. pro illius cõceſſio-
ne, & antequam reſponſum reci-
piat, incipiat in cauſa procedere
extraordinariè, inde facultas ſic
procedendi ſuperuenit, an acta
interim facta valeãt, & quo iure?
dicas tu, quòd Iudex malè proceſ-
11 ſit; debet enim eſſe tutus, & cer-
tus poteſtatis, qua procedit, & Iu-
riſdictionis, quam exercet, & pro-
inde acta non valent, etiam ſi da-
ta poteſtatis ſuperuenientis eſſet
ante proceſſum, ea ratione, quia

Iuriſdictio ſuperueniens, non retrotrahitur, & ſubſequutio legiti-
12 mation ſ, vel habilitatis non cōfirmatur, dum actus à principio eſt nullus, ſic concludit Maur. Burg. in tract. de mod. proced. ex abrupt. qui plures cumulat quæſt. 77. per tot.

Dixi ſupra, quòd etiam in cauſis ad modum belli competit remiſſio Baroni, quæro, ſi fuerit ad modū belli, vel diſpēſatiuo modo com-
13 pilatus proceſſus, inde comparuerit Baro pro cauſę remiſſione? quòd permittitur, & conceditur remiſſionem petere, etiam poſt ſententiam ad mortem, Rouit, ad
14 prag. 2. vbi de delict. n. 6. Secus in ſententia foriudicationis lata, Ann. ſing. 56. licèt contra Rouit.
15 adſit doctrina Maſtrill. deciſ. Sicil. 147 n. 15. aſſerentis, per illam M.R.C. fuiſſe denegatam remiſſionem Baroni, ſententia ad mortem lata, Baro obtinuerit, vt cauſa ei remittatur, & cum effectu fuit remiſſa. [Et eo caſu Officialis Baronis poteſt vti poteſtate ad modum belli contra inſignes latrones modo poſito p Nouar. quæſt. forenſ. tom. 2. q 67. n. 4. & 5] inquiſitus inde remiſſus in Curia Baronis opponit nullitatem acto
16 rum, ea ratione, quia ſunt facta extraordinariè, & ſic procedēdo, non ſolum in forma Iudicij, ſed ad modum Belli, & non vſitato modo. Hæc quæſtio occurrit in cauſa Mutij Bozza de Vitulano, & aliorum, qui fuerunt inquiſiti in hac R. A. de incendio appenſato, & doloſo in maſſaria Ouidij Marzo Terræ Apicij, & ictibus ſcopittarum in perſonam dicti Ouidij; acceſſerunt enim armati deliberatè ad comburendum domum, & familiam, & ipſum Ouidium occidendum, de quo ad partis quærelam fuit capta informatio per hanc R. A. & in cauſa proceſſit ad modum belli, virtute Regiæ nouellæ prag. cap 89 quæ hodie eſt prag. 10. de offic. Iudic. §. 48. quam pluries ſupra citaui. Inde, ex quo comparuit D. Ioannes d'Auolos de Aragona vtilis Dñs Terræ Vitulani pro cauſę remiſſione, me pro eo cauſas agente, fuit remiſſa ad eius Curiam, vt plenè, & ad ſaturitatem dixi de hac cauſa ad Gram. deciſ. 26. Et inquiſitis in Curia Vitulani ſe defendentibus, fuit oppoſitum per reos, proceſſum factum per hanc R. A nullum eſſe, ex eo, quia fuit proceſſum ad modum belli, & ſic extraordinario modo, & proinde teſtes contra eos examinatos nullam fidem facere, & mo
17 uebātur, ex Maſcard concluſ. 33. n. 47 teſtante, ꝙ acta facta in Iudicio extraordinario, non probāt in ordinario, etiam inter eaſdem perſonas, Aduocatus quærelantis replicabat poſſe repeti parte cita-
18 ta, tuebatur doctrina Maſtrill. in addit. ad Petr de Gregor. in tract. de cenſ quæſt. 6. n. 102. Mut. to. 6. cap. Sicil. cap. 34. n. 76 Quo mihi reſcripto, vt reſoluerem quid

de iure

de iure ſentirem, dicebam, difficultatem propoſitam procedere quando inquiſitio fit per Iudicẽ competentem, & inde datur re-
19 miſſio ad competentem, nempè quandò ſæcularis remittitur ab Eccleſiaſtico, Iudex laicus non tenetur ſtare proceſſui facto per Eccleſiaſticum ratione incom-
20 petentiæ, Clar. quæſt. 96. verſ. quæro etiam, & è contra, ſi formatur proceſſus per Iudicẽ laycum contra Clericum, quando Clericus remittitur, Curia Eccleſiaſtica non Iudicat per proceſſum per Iudicem laycum formatum, eadem ratione incompeten-
21 tiæ ex eod. Clar. quæſt. 36. verſ. vltimo quæro, & ibi Baiard qui ampliat, quòd nec poteſt ex hoc proceſſu formari inquiſitio, ſed
22 neceſſe eſt alium nouum inchoare; ſed quicquid Clar. & Baiard. dicant, practica eſt, quòd teſtes
23 examinati per Iudicem laycum, repetuntur per Iudicem Eccleſiaſticum; difficilè enim eſſet de nouo capere informationem, poſſent enim teſtes, vel ſe abſentare, vel ſubduci ab inquiſitis, vel negare depoſitionem factam, & delicta remanerẽt impunita, Prax. Archiep. cap. 6. n. 1. & 2. & Capoblanc. prag. 8. par. 3. nu. 14. aſſerit teſtes repeti, ſi tamen inquiſitus
24 noluerit habere pro repetitis, verùm ſi in termino pro repetitis habuerit, proceditur contra Clericum ſine teſtium repetitione: ſed in caſu noſtro diuerſa ratio viget; proceſſus enim eſt formatus, & teſtes ſunt examinati per hanc R. A. quæ competens Iudex eſt, nedùm, quia ordinariã Iuriſdictionem habet in tota Prouincia, ve-
25 rùm etiam virtute præcitatę Regiæ prag. cuius vigore procedendo in præſenti cauſa incendij ad modum belli legitimè, ritè, & rectè proceſſit, & proinde acta valent, argumento eorum, quæ dicit Rouit. in pragm. 2. & 3. de ſuſpict. Official. n. 14. vbi acta, quæ reperiuntur facta coram alio Iu-
26 dice, cui Baro commiſit cauſam auocatam ante inhibitionem ſuperiorum ſunt valida. Inſuper dicebam, ex Maur. Burg. in tract. de mod proced. ex abrupt. quæſt. 49. num. 50. vbi licet citet Farinacc. quęſt. 66. nu. 299. tamen errauit Burg. quia hoc Farinacc. ibidem
27 non dicit, qui Burg. teſtatur, quòd teſtes examinati, & quælibet probationes factæ in iudicio ſummario, poſſunt reproduci in plenario ad fidem inducendàm, ſunt enim facta inter eaſdẽ perſonas in eadem cauſa, licèt ad
28 alium effectũ, & proinde in alio Iudicio probant, & fidẽ faciunt in cauſis, in quibus proceditur palatino modo, ſic concludit Maur. Burg. cit. loc. vndè dicebã acta facta valere, & teſtes examinatos fidẽ facere, benè verùm eſt, ꝙ ſi inquiſiti nolunt habere eos
29 pro repetitis, debent repeti parte audita, prout in omnibus cauſis repetuntur, etiã in illis, in quibus

ad

Digitized by Google

ad modum belli proceditur, ex Prag. 10. §. ſi de offic. Iudic. quę limitatur, niſi reus eſſet confeſſus, quo caſu repetitio neceſſaria nō eſt, hęc enim repetitio teſtiū eſt
30 antiqua, & omni iure introducta, ortum habuit, quia in Fiſco non pręſumitur, nec ſubornatio, nec timor, vt teſtatur Carauit. rit. 157. n. 12. & ſic reſcripſi Curiæ Vitulani, vt obſeruaret, prout ſic ſeruatur, & ſeruatum vidi, & de repetitione teſtium latè dico in tom. 2. tit. de teſtiū repetitione. Verùm quando cauſę remittuntur Curijs Baronū, datur copia acto-
31 rum in hac R.A. factorum cum nominibus tantùm inquiſitorum remiſſorum, abſque alijs nominibus aliorum ſociorum; ſed du-
32 bium ſtat ſi fuerit remiſſus Clericus ad Curiam Ecclecaſticā vna cum actis, an debeat dari copia omnium actorum, cum nominibus omnium inquiſitorum? pluries hoc accidit, & per Curiam Archiepiſcopalem Beneuēti fuit inſtatum, integram copiam conſignari cum nominibus, nedùm Clerici inquiſiti remiſſi, verùm etiam, & omniū laycorū in proceſſu inquiſitorum, & allegatum, imperfectam reddi informationem, ſi ſolùm copia teſtium contra Clericum examinatorum daretur; nā ex depoſitionibus aliorū teſtium poſſet conſtare de Clerici innocentia, & Sigiſmundus Colle Aduocatus Fiſcalis illius Tribunalis vir prudēs, & ſapiēs, in Tribunalibus Almæ Vrbis verſatus adducebat exēplum Dñi Comitis de Lemos huius Regni Proregis, qui in cauſa Clerici Thomę Papani remiſſi ad Curiā Archiepiſcopalem Neapolis per M.C.V. iuſſit integram copiā conſignari, ex Doctrina Prax. Archiep. Neap. cap. 6. nu. 5. egò dicebam in Regno hodie non dari, niſi copiam, ex qua contra Clericum tantùm cōſtat, ex prouiſionibus à Regio Collaterali Conſilio relaxatis, & tunc temporis exhibitis, nūc verò hic inſertis, videlicet. Philippus Dei gratia Rex, &c. Magnifici viri. *Per noi ſono ſtate ſpedite lettere dirette al magnifico Tiberio Coppola Commiſſario contro delinquenti ad inſtanza del Reu in Chriſto Padre Arciueſcouo di Roſſano Nuntio di ſua Beatitudine del tenor ſequēte,* v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Mag. vir Regie fidelis dilecte. *A noi è ſtato preſentato memoriale del tenor ſeguēte* v3, *Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Monſignor Nuntio di ſua Santità hà fatto carcerare Don Gieſumūdo, e Don Giacomo de Sanguine ſuoi Commiſſarij per alcuni delitti ſe pretendono ſiano ſtati commeſſi da loro, e perche non ſe li può dare il caſtigo, che ſe le deue, ſi non haue alcune copie d'inditij, & proue, che ſono in mano del Sig. Tiberio Coppola, però ſupplica V. E. ſe degni ordinarle, che rimetta in mano di detto Monſignor Nuntio tutto ciò, che ſe ritroua hauere contro li detti Don Gieſumundo, & Don Giacomo, che ſe riceue à gratia, vt Deus, &c. Et per*

che

che ſi tratta di perſone Eccleſiaſtiche, & per parte dal detto in Chriſto Padre Arciueſcouo di Roſſano Nuntio di Sua Santità ſi dimandano copie d'inditij, e proue, che ſono contro li detti Clerici, ve ordinamo, che ad ogni inſtanza ſua le debbiate dare dette copie ſine nominibus, delli laici, che ci foſſero nominati, che così l'eſequirete che tale, e noſtra volontà, non fando lo contrario per quanto hauete cara la gratia di Sua Maeſtà, la preſente reſti al preſentante. Datum Neapoli in Regio Palatio die 19. Maij 1584. Don Pietro Girone. Vidit Salernitanus Regens. Vidit Cadena Regens. Vidit Baptiſta Damuñatones. In partium &c. fol. 196. Al preſente per parte del detto R. in Chriſto Padre Arciueſcouo Nuntio di Sua Beatitudine ci è ſtato fatto intendere che in queſta R. A. ſe ritrouino alcuni inditij, e proue contro li ſopradetti Clerici, e che deſiderano hauerne copia authentica, ve ordinamo, che debbiate per quello tocca à queſta predetta R. A. eſequire il medeſimo preinſerto noſtro ordine, come fuſſe diretto à queſta predetta R. A. che tale è noſtra volontà, la preſente reſti al preſentante. Dat. Neapoli, &c. Quibus viſis, & benè perpenſis, fuit conſignata copia cum nominibus, & cognominibus teſtiũ deponentium contra Clericos tantum, & ſic fuit ſemper obſeruatũ in omnibus cauſis, & nuper cum Epiſcopus Sancti Angeli Lombardorum petijſſet magna cum inſtantia copiam informationis de homicidio commiſſo in perſonã quondã Domni Donati de Iuorio Archipresbyteri Torellæ, & Vicarij Generalis eius Diœceſis, reſpectu Domni Vincentij Robino in eo inquiſiti, totam, & integram copiam quærebat, & Thomas Brãdolinus Auditor acutiſſimi ingenij, integerrimus, & omni virtute ornatus, filius quondã Regentis Brandolini, qui penès Sacram Maieſtatem præfuit, dicebat, non poſſe integram copiam conſignari, & orta controuerſia cum alijs votantibus, fuit tandẽ eius votum exequutum, & dictum, q. concedatur copia contra Clericum tãtùm ſine nominibus, & cognominibus teſtiũ cõtra laicos deponentiũ; remanet ergo firma concluſio, ꝙ quando remittitur Clericus Curiæ Eccleſiaſticæ tradi debet copia actorũ cõtra Clericum tantùm exiſtentium, tu vide Maur. Burg. de mod. proced. q. 65. n. 50.

22 inſtantia, quàm per Baiulum; nã Baiuli poſſunt tutorem dare, vel datum in teſtamento cõfirmare, conſtituere curatorem ad lites, dare aditionem hæreditatis cum beneficio legis, & inuentarij, vt dicit Carauit. ad Pragm. ad Macedonian. §. 12. incip. vel fuerint, n. 39. & 40. ex Conſtitutione Regni Baiuli locorum, & ego dixi ad Grammatic. decis. 67. Petr. ad Grammatic. decis. 10. n. 15. Dum-

23 modò illa Curia, vel Baiulus Baronalis, ſit aliquo modo competens, vel ratione contractus, vel rei ſitæ, originis, domicilij, aut alterius modi de iure competentis, alioquin fraudes orirentur, falſi-

24 tates reſultarent, ſi quis poſſet in

altero

altero loco, quàm in vno prædictorum præambulum facere. Et ꝙ dixi de Magna Curia Vicariæ, intellige procedere etiam de Regijs Audientijs, per quas præam-
25 bula huiuſmodi fiunt ratione concurſus, argumento eorũ, quæ adducit Maſull. ad Capic. deciſ. 18. n. 5. tenente abſolutionem à iuramento poſſe peti in quolibet loco, tu vide Ann. allegat. 83.

Dixi ſupra, quòd hoc præambulum fit ex teſtamento ſollemni, & valido. Pone, quòd quis præambulum, & hæreditatem petat ex te-
26 ſtaméto non ſollemni, vel inualido, & ſuccumbat, an poterit variare, & petere ab inteſtato, etiam in ſecunda inſtantia? Afflict. deciſ. 53. mouet quæſtionem, & cõcludit, poſſe agi ab inteſtato, quia per electionem iuris incompetentis, non videtur renuntiaſſe iuri, quod ignorabat ſibi competere, & ſic fuiſſe per ſacrum Conſilium deciſum.

ſi quis ſuccumbat ex teſtamento, quod credit ſollemne, & in hoc
27 errat in iure, an poſſit inde agere ab inteſtato? vide Vrſill. ad Af-
28 flict. cit. deciſ. 53. n. 1. An poſſit agere inde ex codicillis? vide eundem Vrſill. ibid.

Etſi contingat hæredem teſtatoris eſſe clericum, hoc inuentarium,
29 vel præambulum bonorum, coram quo Iudice fieri debet, ſæculari, nempè, an Eccleſiaſtico? Sarmient. de reddit. 4. par. cap. 1. n. 8. & ſeq. dicit, quòd eſt mixti fori, Bouadill. verò tom. 2. politicor. lib. 2. cap. 18. n. 179. qui eſt caſus 85. fol mihi 809. dicit debere fieri penes Iudicẽ ſęcularẽ.

Sed ſi defunctus eſt Clericus, & hæres ſimiliter eſt Clericus, coram quo Iudice hoc præambulũ, vel
30 inuentarium fieri debet? Guttierez lib. 2. practicar. quæſtion. quæſt. 49. tenet debere fieri penes Iudicem Eccleſiaſticũ, licèt diſtinguat, an inuentarium conficiatur ante aditam hæreditatẽ, vel poſt. Si ante per Eccleſiaſticum; ſi poſt per ſæcularem, ea
31 ratione, quia mutatione perſonę, bona, quæ erant affecta priuilegio Clericali, deſierũt eſſe Eccleſiaſtica, & cõditionem hæredum ſequuntur, & ratio rationis eſt, quia antequam hæreditas ſit adita, defunctum repreſentant, poſtquam verò adita ſit, perſonam hæredis repreſentat, & proprium hæredis patrimoniũ dicitur, vt per-
32 bellè, & diſtinctè hæc, & alia pulchra adducit Guttier. cit. loc. quẽ vide, cum quo concordat Guid. Pap. deciſ. 261.

Sed ad materiam quæritur, ſi hæres eſt Clericus, coram quo Iudice
33 conueniatur? & diſtingue: aut iudicium eſt cęptum cum defuncto, & hoc caſu, cùm Clericus ſuccedit layco litiganti, ne actor, qui iudicium fecit, cogatur cum impenſa nouum inchoare iudicium Clericus hæres cõuenitur coram Iudice layco; ex perſona enim ſucceſſoris non debet mutari cau-

ſa obligationis, & ratio eſt, quia cùm actor iudicium intentauit cum defuncto layco, non contraxit cum Clerico, proinde non debet forum Eccleſiaſticum ſequi, & inſtantia continuatur in Clericum ſucceſſorem, non vti Clericum, ſed vti hæredem. Aut verò
35 ſecundo caſu, iudicium non eſt cęptum cum defuncto, & eſt neceſſe illud inchoare, cum hæredibus defuncti, & tunc, etiam ſi Clericus ſit hæres layci, coram Iudice Eccleſiaſtico conuenitur, & ratio eſt, quia ceſſat ratio pręiudicij, q̃ prouenit ex mutatione
36 iudicij, vt accuratè teſtatur Don Franciſ. de Caſtill. deciſ. Sicil. 2. n. 2. 3. 4. 5. & 6. & ibidem in addi-
37 tionibus, mouet quæſtionem, an ſententia lata contra defunctum exequatur contra Clericum ſucceſſorẽ, de quo eſt puntualis deciſ. de Franch. 545. & ſic ego dicebam in cauſa Doctoris Caroli Morante Clerici.

Sed poſtquam dixi præambulũ poſſe fieri pendente termino citationis ſuper tenore inſtrumenti,
38 & inde præſentati tempore vocationis, quæritur, quid ſi eo vocationis tempore debitor comparuerit, cũ teſtibus impromptu deponentibus ſuper ſatisfactione, an impediatur liquidatio, Carauit. rit. 166. n. 60. dicit non poſſe opponi exceptiones, niſi per inſtrumentum publicũ, vel ſcripturam publicam, tu autem ſcias, q̃
39 etiam per teſtes, ſi aliquid probatur, impeditur liquidatio, quia teſtes, & inſtrumẽtum parem vim habent, & argumentum de inſtrumento ad teſtes valet; appellatio-
40 ne inſtrumentorũ enim, veniunt teſtes, vt dicit Carauit. rit. 175. n. 1. & 2. quod cùm accidiſſet in perſonam Nicolai Antonij Sorice citati ſuper tenore inſtrumenti ad inſtantiam Doctoris Marij Stoppa, qui debitor pro Tribunali ſedẽte oppoſuit liquidationem non poſſe fieri, ex quo creditor eum liberauerat, & Notarium, & quatuor teſtes ſuper hoc deponẽtes impromptu exhibebat: replicabat creditor, teſtes non eſſe admittendos iuxta Ritum M. C. decreuit, procedatur ad interrogationem, verùm fiat relatio in S. C. & ipſa facta ex precibus impetratis per dictum debitorem, fuit dictum: agatur ordinariè, creditor obtinuit, vt iterum fiat relatio, concurrebat Fiſcus pro pęnæ exactione, & inſtetit verbum fieri iunctis duabus aulis, & inſuper fidem actuariorum M. C. produxit, teſtantium, teſtes deponentes ſuper ſatisfactione non recipi ad impediendam liquidationem, tãdem per S. C. fuit interpoſitum decretũ ſequentis tenoris. In Dei nomine Amen. Viſa ſupplicatione Maieſtati noſtræ in noſtro Sacro Regio Conſilio oblata pro parte Nicolai Antonij Sorice ſub die 24. Nouembris 1606. appellantis à decreto M. C. V. contra eum in fauorem I. V. D. Marij

Stoppæ

Stoppæ lato, viſis denique videndis, &c. Facta relatione Illuſtriſſimo Dño Proregi in Collaterali Cõſilio iunctis Mag. Conſiliarijs duarum aularum D. Ioan Sances de Luna, & Scipionis de Curte. Per hanc noſtram diffinitiuam ſentẽtiam dicimus, ſentẽtiamus, & declaramus, benè fuiſſe, & eſſe ad Maieſtatem noſtrã, noſtrumq; Sacrum Regium Conſilium appellatum pro parte dicti Nicolai Antonij Sorice appellantis à decreto per noſtram M. C. lato in fauorem V.I.D. Marij Stoppa, & proinde declaramus prædictum Nicolaum Antonium Sorice nõ teneri ad ſummam ducatorum duorũ mille in beneficiũ V. I. D. Marij Stoppæ, neutram partium, &c. Die 16. Decembris 1606. Neap. Præſens diffinitiua ſententia Sacri Conſilij pro Tribunali ſedente, &c. In eodem S. C. lecta, lata, & publicata fuit exiſtentibus mag. ibidem, & circumſpecto D. Petro de Vera ab Aragonia Præſide S.C. Don Io. Sances de Luna relatore. Scipione de Curte. Ioan. Thoma Veſpulo. Ioan. de Valdeuieſſo. Carolo Tirone. Io. Baptiſta de Leonardo. Didaco Lopez Cõſiliarijs, præſentibus ipſius actorũ Magiſtris, Porterijs, & alijs in numero copioſo. De Ferrarijs. & videtur cum hoc concordare Galter. pract. inſtrum. tit. aũt facta liquidat. n. 39.

Eſt tamen aduertendum, quòd non ſufficit, vt teſtes aſſerant fuiſſe præſentes propter aliud opus, ſed requiritur, vt ſint rogati ad illum actum, ſic teſtatur D. Rouit. in ru-
41 bric. de liquid. Inſtr. nu. 30. & ſi creditor vellet hãc prõptuariam ſatisfactionem allegatam impedire, replicare, & teſtes nõ admittere, debet ordinariè procedi, & dari terminũ, quia ritus non concedit hoc, niſi debitori, ad tollendum ritus rigorem, & carceres euitandas, Robert. conſid. 4. nu. 53. & 54.

DE TESTIBVS

Caput I.

ARGVMENTVM.

SVMMARIVM.

Teſtis dicitur anteſtis, & quare, num. 1.

Quæ requirantur in teſte, num. 2.

Teſtes an poſſint recipi poſt publicationem in cauſa tàm ciuili, quam criminali, num. 3. ad 7.

Publicatio an requiratur in criminalibus, num. 5.

Teſtes recepti ad offenſam debent eſſe omni exceptione maiores, ad defenſam verò admittuntur familiares, & minus ido=

idonei, num. 6.

Fiſcus tenetur intra terminum agere, aliàs non auditur, etiam in cauſis, in quibus proceditur ex abrupto, vel ex praeminentia, vel ad modum Belli, num. 7.

Accuſator ſi dicit habere nouos teſtes, an audiatur, num. 8.

Teſtis ſeptuagenarius, an admittatur, num. 9.

Teſtis minor an admittatur, num. 10.

Limita niſi concurrant alij teſtes, num. 11.

Teſtis factus maior, an cogatur deponere id quod vide tẽpore ſua minoris ætatis, & in quibus caſibus, num. 12.

Teſtis qui tempore depoſitionis reputabatur habilis, inde fuit repertus inhabilis, an depoſitio vitietur, num. 13.

Teſtis ſi poſt depoſitionem moritur, debet repulſari, & probari inhabilitas, num. 14. & 16.

Crimina morte extinguntur, num. 14.

Litigium non datur cum mortuis, n. 15.

Teſtis mortuus repulſatur, quia non cum mortuis ſed cum producente tractatur, num. 15.

Teſtes examinati ad offenſam, inde ſunt repulſati, alij verò non, an repulſati pro reo contra Fiſcum, & nõ repulſati probent pro Fiſco contra reum, num. 17.

Teſtes deponentes vidiſſe per foramen ſiue riuolam portæ, an probent adulterium, ſiuè aliud delictum, num. 18. & 19.

Teſtis, an debeat habere pecuniam, & expenſas, vt deponat ad offenſam, n. 21. 22. & 23. & à n. 30. ad 35.

Teſtis ſemel productus, dicat neſcire, vel non recordari, inde reproductus ſuper negotio deponit, an probet, vel dicatur varius, ſiuè vacillans, vel puniatur, nũ 23. ad num. 25.

Teſtis an teneatur accedere ad Curiam pro ſe examinãdo, vel Iudex teneatur mittere Notariũ ad eius domum ad examinandum, num. 26.

Teſtis affinis ſi negat eſſe affinem, & conuincitur, an probet pro inquiſito, ad cuius defenſam depoſuit, an verò puniatur, num. 27. 28. & 29.

MAteria teſtiũ vtilis, quotidiana, & neceſſaria, eſt, quam omnes ſcribentes amplectuntur, ego autem magis practicabilia, & in dies accidentia ponam, & primò ſciendum,
1 quòd teſtes antiquitus vocabantur ſuperſtites, ex eo, quia ſupra ſtatum cauſarũ proferebãt, nunc eſt ablata pars iſtius nominis, & vocantur teſtes, cap. forus §. teſtes de verbor. ſignificat, & dicitur quaſi anteſtis, hoc eſt an teſtans, vel vt alij volunt tenens ſtatum, ex eo, quia in teſtibus ſex ſunt attendenda, vnde verſus:

Ætas, conditio, ſexus, diſcretio, fama,
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requiras.

Et ſicuti dixit B. Ioãnes, tres teſtes,
2 vnũ ſũt, videlicet. aqua, ſanguis, & ſpiritus, vnum in miſterio, nõ in natura; aqua igitur teſtis eſt ſepulturę; ſanguis verò teſtis eſt mortis, ſpiritus teſtis eſt vitę, teſtis verò falſus tribus perſonis obnoxius eſt. Primo Deo, quem, peierando, contendit. Secundò, Iudici, quem, mentiendo, fallit. Tertiò Innocenti, quem, falſo teſtimonio, ledit.

Sed

Sed materiã agrediendo, quæritur, an teſtes poſſint recipi poſt publicatum in cauſa? diſtingue; Aut
3 ſumus ad defenſam; Aut verò ad offenſam. Si primo caſu, poſſunt recipi, etiam poſt ſententiã, quia debet Iudex inquirere innocentiam rei, etiam eo non petente, Carauit. Rit. 69. n. 15. Troys ad rit. 71. n. 3. Vrſill. ad Affliẽt. deciſ. 216. n. 4. De Franch. deciſ. 470. n. 7.
4 Maſull. ad Capic. deciſ. 81. n. 2. & ſeq. Aut verò ſecundo caſu, & ſic ad offenſam, & non poſſunt recipi poſt publicationem in cauſa
5 ſuper eiſdẽ capitulis, ſecus ſuper nouis, licè regula ſit in contrariũ, quòd in criminalibus non obſtat publicatio, & ita intelligit dictum Bartol. in l. ſi vnus §. final. ff. de quæſtionibus, Arnon. comment. 142. ſequitur Vrſill. & Maſull. citat. loc. tamen aduertendum eſt quòd quando recipiuntur teſtes
6 ad offenſam, & ſic in informatiuo, teſtes debent eſſe omni exceptione maiores; quando verò ad defenſam admittuntur teſtes, etiã familiares, & minus idonei, Frãch. Marc. deciſ. 423. n. 23. vide Frãch. Cauſon. in tract. de teſtib. in tit. ne reus per aliqua inditia, n. 12. 13. & 18. fol. mihi 360. & 362. [Mulieres examinatæ ad defenſam inquiſitorum præferuntur viris examinatis pro Fiſco, De Angel. ad Foller. pract. crimin. tit. recipiantur defenſiones reorũ, n. 44. Verùm quando proceditur ad modũ belli, vel alio modo extraordinario teſtes admittuntur etiam infamia maculati, etiam reprobati, & de ratione Tul. Criſpolt. in caſib. militarib. caſ. 14. n. 14.] & cùm accidiſſet in cauſa Io. Angeli Niola, diſputabatur, ſi poterant recipi teſtes poſt publicatũ, & ſic tempore expeditionis cauſæ, & in actu relationis in aula factæ per Auditorem Donatum Coppola, ego qui partes inquiſiti tuebar, ponderabam depoſitionem Continui Natola, qui varius, immò contrarius, & falſus reddebatur, ex tribus depoſitionibus per eum factis, prout dixi in allegationibus meis, Fiſcus hoc aduer-
7 tens, inſtetit alios teſtes recipi, ego replicabam, Fiſcum non poſſe recipi, tùm quia ſumus ad offenſam, cùm etiam quia proceſſus erat compilatus, & cauſa erat relata; ergo erat extra terminum, & addebam, Fiſcum non poſſe agere, niſi intra terminum, infra quem probationes debent fieri, & habilitatur ad agẽdum, verùm elapſo termino nihil poteſt agere & ſi agere tẽtauerit, vel inſteterit, excluditur ab agẽdo, etiam in cauſis, in quibus proceditur sũmariè, vel ex abrupto, vel ad modum belli, & poſt multa adduxi Maur. Bur de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 5. n. 283. & iterum quæſt. 19. n. 239. qui licèt adducat Farinacc. quæſt 1 n. 68. tamẽ dictum Farinac. ad caſum noſtrum non confert, & fuerunt recepti teſtes, motus D. Coppula, ex Iſern. in conſt.

conſt.Regn.terminum vitę,n.20.
ex quibus fuit inquiſitus cōdem-
natus,& per M.C.V.fuit reuocata
ſententia, & inquiſitus liberatus.
Verùm ſi accuſator dixerit habere
nouos teſtes eſt danda dilatio ad
8 illos producendos, & interim ſit
ſuperſedendum in cauſa princi-
pali? Carauit. Rit. 69. Tù vide
Theſaur.deciſ. 261. Marſil. ſing.
90. Guid. Pap. quæſt. 72. & 124.
ſciendum tamen eſt circa requi-
ſitum ætatis in teſte, quòd teſtis
ſeptuagenarius, & ſic ætatis an-
9 norum ſeptuaginta non tenetur
deponere, quia extra mentē præ-
ſumitur, D. Rouit. ad prag. 8. de
ordin. Iudic. n. 35. & è contra an-
10 te decimum quartum annum iu-
rare non tenetur, cap. pueri 22.
quæſt.5.Grammat.verò deciſ. 40.
n.17 motus ex l. in teſtimonium,
ff de teſtib.teſtatur, teſtem, teſti-
monium ferre non poſſe ante vi-
11 geſimum annū, q̃ limitatur quā-
do cum minore concurrunt alij
teſtes, vt teſtatur Mut.deciſ.Sicil.
1.n.14.tamen ſi vidit, aliquid tē-
pore ſuæ minoris ætatis, an pote-
12 rit inde factus maior, deponere?
ex tex.in l. notionem, §. inſtru-
mentorum,ff.de verbor.ſignific.
videtur poſſe recipi, [Petr. ad
Grammatic.deciſ.34. n.15.] Ca-
ualcan. de Bracch. Reg. tit. de
probat. teſt. par. 3.n.336. licèt
diſtinguat, an de ætate interroge-
tur, & tenetur ſcire, & recordari,
an verò de aliquo facto, & ſi tan-
tam ætatē habet, quòd veriſimi-
liter poſſit recordari, tenetur ſci-
re, tu vide Foller. practic. crimi-
nal. tit. capit informationem, n.
47. & Caualcan. ibid. qui pul-
chra alia dicit, & quādo fuerit re-
ceptus, poſtea reperitur, quòd
tempore depoſitionis erat inha-
13 bilis, an eius depoſitio vitietur?
Caualcan. de Bracch. Reg. tit. de
qualit. teſtium par. 1. n. 85. dicit
depoſitionē valere, quamuis fue-
rit inde detecta inhabilitas, ſic
ego dicebam, Caualcan. auctori-
tate in cauſa Io. Baptiſtæ dello
Guercio, contra Cęſarem Scan-
camarro Terræ Mōtis Falcionis,
& ſi poſt depoſitionem moritur,
ſi de repulſa tractatur, an debeat
14 mortuus teſtis repulſari? multi di
cunt, quòd non eſt aliud agendū,
cùm ex regula habetur, crimina
morte extingui, & cum mortuis
litigium non datur; tamen in cō-
15 trarium eſt veritas; & debent re-
pulſari, quia non tractatur cum
mortuis, ſed cum producente,
ſic congerit Imbrian. in tract. de
repulſ. conſiderat. 1. num. 180.
& ſeq. vide Mar. Giurb. deciſ.
Sicil. 95. & debet articulari, quòd
tempore depoſitionis ita habeba-
tur ab omnibus ipſum cognoſcē-
16 tibus, Grāmatic. deciſ. 11. n. 11.
& 22. qui num. 10. dicit, quòd ſi
adſunt ex examinatis ad offenſam
aliqui repulſati, alij verò nō, pro-
bant nō repulſati, & cū illis pro-
17 cedit, licèt repulſati præſūptio-
nem faciant.
Sed vnum quęro; delictum eſt cō-

miſſum

miſſum ſecreto, & ſic intus aulã, & teſtes per foramen, ſiuè riuolã portę vident, & teſtificãtur vidiſſe
18 vnum poſt alium actum, an probent? Aufrer. ad deciſ. Cappell. Tholoſ. 309. concludit teſtes ſic deponentes eſſe ſingulares, Viu. deciſ. 241. nu. 25. ex Maſcard ibi relato, affert, quòd teſtes ipſi dicũtur conteſtes, & probant adulterium, ſi deponunt per riuolam, & foramen portæ vidiſſe virum, & mulierem commiſcentes, vel
19 ſe oſculantes, vel amplexantes, Baiard. ad Clar. §. adulterium, nu. 42. quem non citat. Viu. nec Baiard. de Maſcard mentionẽ facit, teſtatur, ꝙ probant, ſi ſucceſſiuè viderunt, quorũ auctoritate frętus ſic ego dicebam in cauſa Doctoris Aſcanij Morantis integerrimi, & ex corde affinis, filij illius Petri Morante de Monteſuſcolo Neap. degẽtis. [Qui tunc tẽporis primarius, & eximius Aduocatus in Tribunalibus Neapolis iudicabat, vt colligitur ex Thoro tom. 3. compend. deciſ. verb. feudi fol. mihi 426 col. 2. cępit enim ſcribere, vt per Tartagl. pract. crimin. cap. 2. n. 22. & ſic retulit mihi Conſiliar. Cæſar Alteriſius, tũc tẽporis ſuus collega, aſſerens eundem Petrum propter eius innumerabiles virtutes fuiſſe ad munus Iudicatus M. C. V. in criminalibus aſſumptũ, ſed morte præuentus, inuida fortuna nõ fauit.]
Sed pone, quòd quis inquiſitus velit defenſiones facere, citare faciat
20 ſuos teſtes ad defenſam, teſtes renuũt venire, an reus cogendos illos eſſe petat? quæſt. pluries accidit, ſemper ego dixi, poſſe teſtes cogi, & pecuniam dari ad deponendum veritatem, ea ratione, ne quis cogatur ſuis expenſis militare, & alteri proficere, & allegaui Bald. in cap. final. de appellat. Det. conſil. 189. n. 12. Amic. conſil. 135. n. 5. & Iudex poteſt ipſos coercere tàm ad inſtantiam par-
21 tis, quàm ex Officio, gloſ. in cap. ſtatutum, §. aſſeſſorem in verb. delegatus de reſcript. in 6. cõcordat Reg. d'Aponr. de poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier. ſolit. §. 4. nu. 41. & debet fieri depoſitũ dieta-
22 rum, & expenſarum, gloſ. in dicto cap. ſtatutum §. præferendæ in verb. expenſas; ſed an hoc caſu debeatur merces proprij labo ris, vide Oſaſch. deciſ. 46. vide ad materiam Marſil. ſing. 353. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 244. n. 6. & caſ. 310. Et non incongruè dubitari poteſt, ſi teſtis productus, dicat neſcire, vel non recordari, in-
23 de reproductus ſuper ipſo negotio deponit, an probet, vel varius dicatur? millies occurrit; teſtes enim per Curias Baronales, vel per Cõmiſſarios ab hoc Tribunali expeditos recepti, ſemper negant factũ, & dicunt neſcire, inde ab hoc Tribunali vocati diſtinctè, deponunt, factum dilucidant, & delictum clareſcunt, & dubitatum fuit, an probent, vel varij di-
24 cantur? Marant. conſ. 48. nu. 14. dicit,

dicit, quòd non probant, Horat. Marcheſ. in addit. ad Tartagl. practic. crim. cap. 9. dicit, quòd non probat, & eſſe omnium concluſionem, nullo refragante, ex DD. ibi allegatis, ſecus autem ſi in primo iudicio depoſuiſſet per verbũ
25 credo, & in ſecundo de veritate facti, tunc ſtandum eſſet ſecundo dicto, Arnon. dialog. 57. dicit, ꝙ teſtis huiuſmodi depoſitionẽ faciens, nec varius, nec vacillans iudicandus eſt, niſi fuerit cum parte alloquutus, idem Arnon. dialog. 58, Roman. conſ. 500. [Alij dicũt præſentia Iudicis, & terror inducit teſtes timidos, cõfuſos, immemores, & ambiguos, Caualcan. de bracch. Reg. titul. de Offic. Iudic. circa teſtes par. 5. num. 197. & ex hac præſentia ſæpe variant.] Ego autẽ ſemper ſubſtinui, & defendi huiuſmodi teſtem in vna depoſitione negantem, & in alia deponentem nihil probare, nullamq; fidem facere, ex Clar. quęſt. 53. verſic. ſed quid ſi teſtis immò illum puniendum eſſe extraordinariè, ex Vulpell. conſ. 29. quãuis Farinacc. quæſt. 66. n. 357. pro negatiua teſtatur, ea ratione, quia poteſt ſtare, quòd hodie ego incipiam ſcire, ꝙ antea ignorabam, licèt idẽ Farinacc. cit. quæſt. 66. par. 4. nu. 124. & 125. conetur ſubſtinere, quòd neutri dicto ſta-
26 tur. Et ſi contigerit teſtem examinari, an teneatur Tribunal accedere, vel in ſua domo depoſitionem recipi? Farinacc. quæſt. 67. cap. 5. à n. 102. ad n. 144. teſtatur, & concludit nõnullas perſonas non cogi ad accedendum ad Curiam ad ſe examinandum coram Iudice, ſed Iudex Notariũ mittit ad eorum domos pro illis examinandis, quas perſonas ibidem enumerat, & ſigillatim excipit, ad quem te remitto, ne exemplare videar.

Et ſi ad offenſam deponit, & interrogatur, vt fieri ſolet, ſi eſt inquiſiti coniũctus, & negat, inde cõ-
27 uincitur, an puniatur, & quam fidem faciat, Gram. deciſ. 44. n. 5. dicit, quòd licèt ſit falſus, non incidit tamen in pœnam falſi, ſed poteſt puniri, vti mendax arbitrio Iudicis, ſequitur Mari ibid. n. 10. ex conſ. Valenzuel. 90. Ann. ſing. 121. Caball. verò reſolut. crimin. caſ. 34 dicit, quòd ex quo paren-
28 tela, ſiuè affinitas non poteſt negari, & præſumitur teſtem illam ſcire, & teſtatur, teſtem vti mendacem extraordinaria pęna puniuiſſe, cùm parentela etiam læuis manifeſta ſit, & nota, tu vide Guttier. conſ. 39. n. 3. & hoc in dies euenit; nam teſtes, qui ad defenſam deponunt, quando interrogantur, ſi ſunt affines, inquiſiti, negant. [Gram. verò deciſ. 34. nu. 20. & ſeq. diſtinguit; aut teſtis eſt affinis per lineam deſcẽdentem, & non admittitur: aut verò per lineam tranſuerſalem, & admittitur, Mari ad Gram. deciſ. 34. n. 51. & 53. diſtinguit: aut in ciuilibus: aut in criminalibus.]

Tamen

Tamen reſpectu inquiſiti eorũ depoſitio, non probat, & repellitur,
29 ex quo affinis DD. in l. parentes C. de teſtib. Gomeſ. de delict. cap. 12. num. 15. & nouiſſimè Petr. ad Grammat. deciſ. 34. n. 13.

Et ad id, quod ſupra n. 20. dixi teſtẽ debere habere expẽſas, & dietas, ea ratione, ne officium ſuum ſit
30 ei damnoſum, ſcias, quòd debet habere expenſas, tàm eundo, quã redeundo, & ſtãdo, & ſi auocatur à ſuis negotijs, aliud recipere debet vltra expenſas in compenſationem eorum, veluti quando laborator, vel artifex eſſet, debet
31 enim præſeruari à damno, licèt non eſſe in lucro, & ſi ſunt plures contribuentes pinguiores. expenſas habere debet teſtis, & debet ei correſponderi antequam de do-
32 mo exeat, prout vulgo dicitur, antequam pedem moueat de domo, verùm ſi receperit quantitatem pro dietis, quas non vacauit, ſuperfluũ reſtituere tenetur; non debet enim lucrum facere,
33 licèt præſeruari à damno, & ſi in itinere fuerit à latronibus, in quos incidit ſpoliatus, nõ recuperat ea, quæ ſibi ablata ſunt, nec damnũ paſſum, & ſi in morbum incidat itinerando; expenſis producentis curari debet, prout hæc omnia, &
34 alia pulcra congerit. Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 62. à n. 1. ad 12. qui nõ citat Carauit. rit. 140. n. 2. 7. & ſeq.

Si tamen teſtes ſunt ſenes, valetudinarij, vel nobiles, debent æque-
ſtres venire: ruſtici verò, aut igno-
35 biles pedeſtres, ſic fuit deciſum per Sacrum Conſilium, vt refert Vrſill ad Afflict. deciſ. 137. n. fin.

Caput Secundum

ARGVMENTVM.

Teſtes reuelantes ſuper Monitorio an probent, abſque eo, quod repetantur cum iuramento.

SVMMARIVM.

Teſtis pro exoneratione conſcientiæ, ad reuelationem excommunicæ, an probet non repetitus, à n. 2. ad 7.

Iudex an teneatur ſic credere, & iudicare ex reuelationibus factis metu literarum monitorialium, n. 3.

Reuelationes excommunicæ, an probent ſolutionem, vel aliud, ita, vt inſtrumenti liquidationem impediant, n. 4.

Iudex in Regno iudicat ſine figura iudicij, & an ex alijs, quã in proceſſu, n. 5. & 6

Teſtis non iuratus nullam fidem facit, etiã ſi Cardinalis, vel magnæ auctoritatis, vel magnus Religioſus eſſet, etiam ſi à Papa reſcribatur, vt fidem faciat, etiã ſi Iudex haberet liberũ arbitrium, etiã ſi eſſet in cauſis ſummarijs, etiam ſi concurreret magnus numerus, n. 7.

Quid ſi Notarius aſſerat, eſſe iuratum, ibid. n. 7.

Teſtis examinatus, cum iuramento, parte tamen non citata, an probet, num. 8.

Limita niſi examinatus eſſet in vltima die termini, num. 9.

De ratione, num. 10.

Et de veritate, & obſeruantia, num. 11.

MAteriam teſtium proſequendo, pono quæſtionem, quæ quotidiè euenit, pone, quod te-

ſtis deponat ſuper aliquo facto, vel negotio ad exonerationem conſcientiæ, ad reuelationem excommunicæ, an probet non re-
1 petitus? ſuper quo puncto confusè pauci ex noſtris patribus ſcripſerũt; vndè, vt vera praxis habeatur, ponam concluſiuè, quid ſeruandum: Multi aſſerũt huiuſmodi teſtium dicta, & depoſitiones non probare, non repetiti, præ-
2 bẽt rationem, quia teſtis cum iuraměto non examinatus nõ probat, & proinde huiuſmodi teſtis debet repeti cum iuramento vulgatis iuribus, licèt deponat ſuper monitorijs, cùm non præſumatur Sanctus Ioannes Euangeliſta, poteſt mentiri, & proinde non probat abſq; iuramento. [Reg. Rouit. conſ. 13. n. 29. tom. 2. affert credi magis depoſitioni cum Iuramento, quàm reuelationi ſine iuramento, & n. 30. infert, ꝙ teſtis deponens ad reuelationem, non debet ſe ſimpliciter referre ad reuelationem, ſed per extenſum ſuper tenore articuli deponere, vide Giurb. deciſ. 95. n. 1. 8. & 9.]
3 Ego autem contrarium teneo, ſcilicet probare, fidem facere, & ex huiuſmodi depoſitionibus factis, licèt abſq; iuramento Iudicem inclinare debere eius animũ ad ſic credendum, & ad iudicandum, Curt. conſ. 106. n. 8. Menocch. de arbitr. Iudic. quæſt. 26. ad fin. Maſcard. de probat. cõcluſ. 682. n. 7. Reg. Apont. vol. 1. conſ. 63. n. 18. de Franch. licèt obiter deciſ. 366. n. 5. & Viſcont. ibidem, qui vltra adductos DD. citat Marcell. Cal. vt ibi, ſed non citat Reg. Apont. Amend. tamen ibidẽ citat Apont. miror ego enim Amend. Apontem vidiſſe, Viſcontem verò non concordat, Petr. ad Grammat. deciſ. 103. n. 54. tu vide Cõſt. in tract. de ſcient. & ignorant. diſtinct. 55. n. 11. & 12. fol. mihi 466.
Et adeò verùm eſt, quòd huiuſmodi depoſitiones ampliatur procede-
4 re, & probare etiam aduerſus liquidationem inſtrumenti, ita, vt debitor citatus ſuper illius tenore probans ſolutionem, vel aliud quid liquidationem impediens, ex huiuſmodi reuelationibus impedit liquidationem, etiam, quòd repetiti teſtes non ſint, ex practic. Galter. in pract. de liquidat. inſtrument. tit. aut facta liquidatione, n. 47. fol. mihi 389. & moueor ex vulgata, & rationabili ratione; nam cum ex reuelatione excommunicæ ſiuè literarum monitorialium pro conſcientiæ exoneratione deponat, non præſumitur immemor ſalutis eternæ, cõcordat Petr. ad Gram. deciſ. 103. n. 54. [Vide de Thor. tom. 3. compend. verbo Inſtrumentum, fol. 570.]
Et vltrà rationem per me ſupra aſſignatam adſunt duæ aliæ per citat. DD. adductæ Amend. enim ad Franch. citat. deciſ. 366. n. 8. teſtatur etiam in graui caſu procedere, aſſignat rationem ex Afflict. & Gram. ibi relatis, quia Iudex ho-
5 diè iudicat etiam ex alijs, quàm in

in proceſſu deductis, Galter. aſſignat ſuam ex Cala ibi relato, quod
6 hodiè in Regno ſine figura iudicij proceditur, vide Petr. ad Capic. deciſ. 29. litera F. & Mar. Giurb. deciſ. Sicil. 84. & 95 [Iudex tenetur iudicare ſecundùm allegata, & probata; tamē ſi iudicat ſecundùm exempla Superioris, non eſt culpandus, Felician. de cenſib. lib. 1. cap. 3. n. 1. quādò autem Iudex offendat ius, & partem, vide Muſcatell. de appellationibus par. 1. gloſ. poterit n. 48. Et ſi mandatū datum à ſuperiore exequitur parte inaudita, peccat, & non excuſatur, ſi allegat feciſſe, vt ſuo ſuperiori obediret, Camill. de Larat. conſ. 84. n. 36.]

Et dum caſus occurriſſet in hac R. A. inter Vniuerſitatem Toccaniſij, & ipſius Baronem, quādò ego partes Vniuerſitatis tuebar, præſentaui reuelationes teſtium, metu excōmunicationis factas, continentes ſolutionem contra Baronem, quamuis non fuiſſent repetiti, Vniuerſitas fuit abſoluta ab impetitis per Baronē, Auditore Antonio de Polito comiſſario.

Et ex his datur reſponſum ad illam regulam, quòd teſtis non iuratus
7 nullam fidem facit, etiam ſi eſſet Cardinalis, vel alter magnę auctoritatis, vel magnus religioſus, etiā ſi à Papa reſcribatur, vt fidem faciat, etiam ſi Iudex haberet liberum arbitrium, etiam ſi eſſet in cauſis ſummarijs, etiam ſi concurreret magnus numerus, vt adducit Imbrian. in tract. de repulſ. cōſiderat. 6. n. 99. & ſeq. qui n. 100. ponit exemplum, quando teſtis cenſetur iuratus, & eſt quandò Actuarius, vel Notarius aſſerit in eius depoſitione eſſe iuratum.

Quæro vnum, quòd quotidiè euenit, pone quòd teſtes ſint exami-
8 nati parte non citata, iuramento tamen delato, an valeat? dicas, quod non, nam teſtis depoſitio non citata parte ad ipſius iuramenta videndum, non valet, cap. in nomine Dñi de teſtib. ſequitur Afflict. deciſ. 39. nu. 3. Quod limita, niſi
9 eſſent teſtes, examinati in vltima die termini dati ad probādum, in qua die teſtes producti ſine cita-
10 tione partis ad videndum iuramenta examinari poſſunt, ea ratione, quia extremitas tēporis eſt, quæ mouet, & ſic deciſum per Sac. Conſ. refert Afflict. deciſ. 47. n. 6. ſequitur Marant. in tract. de multiplic. alienat. n. 257. præbens aliam rationem, quòd illa vltima
11 dies interpellat, ſed de veritate, & obſeruantia huius limitationis, vide Muſcatell. pract. ciuil. par. 5. gloſ. ſuſpectorum n. 10. & 14.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Teſtes layci, an deponant contra Clericos, & è contra.

SVMMARIVM.

Teſtes ſæculares, an teneantur deponere contra Clericos, & poſſint per Judicem laycum cogi à n. 1. ad 11.

Laycus deponens contra Clericum patitur

vitium corporis, & quod vitium, n. 2. & 3.
Laycus deponens contra Clericum, an faciat inditium ad inquirendum, vel ad torquendum, n. 3.
Laycus quare non cogitur deponere contra Clericum, n. 3. & 4.
Si tamen eſt receptus, probat, n. 4. & 5.
Duobus concurrentibus, n. 5.
Laycus in Regno cogitur deponere contra Clericum, & perſonam Eccleſiaſticam coram Iudice Eccleſiaſtico, & pro cauſis Eccleſiaſticis, à n. 8. ad 14.
Iudex Eccleſiaſticus quomodo procedit in delictis notorijs, n. 15.
Teſtes non poſſunt funiculis arceri, vt deponant, n. 16.
Teſtis tentatus committere delictum, an probet, n. 17. & 18.

SEd opportunè quęro, an hęc Regia Audientia poſſit cõcedere licentiã laicis, vt ipſi deponãt coram Eccleſiaſtico, & an Eccleſiaſticus poſſit ipſos cogere etiã cenſuris ad deponendum, & an laici teneãtur deponere? Diſtingue; aut de iure; aut verò de communi obſeruãtia. Si de iure, diſtingue; aut ſumus in cauſa criminali, aut verò in cauſa ciuili;
1 ſi ſumus in cauſa criminali, ſubdiſtingue; aut agitur de criminibus exceptuatis, nẽpè, in crimine læſę Maieſtatis, Simonię, & hęreſis, ſiuè de delictis notorijs; aut verò in alijs delictis. Si primo caſu, & ſic in delictis, notorijs ſimoniæ, leſę Maieſtatis, & hęreſis,
2 tunc laici admittuntur cõtra clericũ, ſiuè in minoribus, vel maioribus conſtitutũ, vt tenet Maſcard. de probat. concluſ. 965. n. 10. 11. & 12. vol. 2. Clar. pract. crimin. quæſt. 24. verſ. pręterea idem tenet, ea ratione, quia laycus, ſi contingat, deponere contra Clericum, tale patitur corporis vitium, quod à promotione, & ſacerdotio repellat, & ampliat, nedùm non admitti
3 laicos, verum etiã, nec bigamos, nec mulieres, Baiard. verò ibidẽ dicit laicum non admitti contra clericum, ita, vt plenè probet, ſecùs verò ad inditium inducendũ, quo caſu laicus admittitur cõtra Clericũ, nedùm ad probandã cõtra eum famam, verùm etiã facit inditium ad torturam, & allegat Maſcard. cit. loc. licèt nõ benè, quos ſequitur Farinacc. in tract. de teſtibus queſt. 61. oppoſit. 13. & affert duas rationes, quibus laicus non admittitur contra Clericum. Primam, nempè, ex reuerẽtia à laico debita Clerico, qui Dei legatione fungitur. Secundã, quia ſicuti Clericus teſtimoniũ cõtra laicum facere nõ cogitur, ita (vt ęqualitas ſeruetur) nec laicus cõ-
4 tra Clericum cogitur, qui ſimiliter allegat Maſcard. ſed nõ benè. Vndè video, quòd Baiardus, & Farinaccius, cum benè Maſcard. nõ citent, credo eos Maſcard. non vidiſſe, cùm in pluribus locis ſęper errarunt, ſed vnũ ab alio exẽplaſſe. Dicit autem Farinacc. cit. loc. n. 109. quod ſi layci reperiuntur examinati, faciunt fidem, & inditium ad torturam contra Clericum

ricum, dummodo duo concurrãt.
5 Primum, quòd layci deponãt immediatè ſuper delicto de viſu cõtra Clericum, ſecus ſi tantùm ſuper remotis deponant. Secũdum, quòd ſint plures, ibid. n. 112. & n. 117. ibidem, dicit laycos admitti contra Clericum, quando veritas aliter haberi non poteſt, & ne occultetur.

Si verò in alijs delictis, nempè, ſi agitur per viam inquiſitionis, & denunciationis, vel cõtra Clericum
6 infamatum, vel quando cum layco examinatur alter Clericus, vel quãdo pro crimine ciuiliter agitur, vel in alijs, tunc poſſunt layci examinari, & fidem faciunt, vt citati DD. dicunt, quibus deficientibus non examinantur.

Si verò ſumus in ciuilibus, dicas, ꝙ poſſunt deponere, & coguntur,
7 vt allegati ſcribentes afferunt citatis locis.

Quicquid tamen citati DD. dicant, ſciendum, quòd de recenti obſeruantia in hoc Regno layci poſsũt
8 deponere contra Clericum, ſeù cõtra perſonas Eccleſiaſticas pro cauſis Eccleſiaſticis, & coram Iudice Eccleſiaſtico, & ſi renitẽtes, Iudex Eccleſiaſticus cenſuris tantùm cõtra eos procedere poteſt. Si autem de perſona laycos arceri voluerit ab Officialibus Regijs non permittitur, ſed bracchium Regium pètenti conceditur, & layci à Regijs cogũtur, etiam per capturam perſonæ, vt deponant, prout nuper extitit declaratũ in facto per Regiũ Collaterale Conſilium in anno 1588. ſub die 29. Auguſti tẽpore Comitis Mirãdæ
9 in prouiſionibus expeditis, in quibus extãt inter cætera infraſcripta. *Che nõ ſe moleſtino li laici, che ſono eſſaminati auãti il Giodice Eccleſiaſtico, ma quando occorre, che alcuno Giodice Eccleſiaſtico vuol fare iſtanza, che debbiate coſtrengere alcuno teſtimonio laico, che ricuſarà eſſaminarſe, lo debbiate fare etiam per via di carcere.* Quæ ſunt regiſtratæ in Cur. 1. fol. 67.

Et cùm iterum in Ciuitate Salerni occurriſſet, fuerunt per Regium Collaterale Conſilium relaxatæ prouiſiones tenoris ſequentis.

Magnifici Viri, Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *A noi è ſtato preſentato il ſequente memoriale, v3. Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Il Vicario di Salerno fa intendere à V. E. come li dì à dietro hauendo mandato vn ſuo Curſore clerico con altri famigli laici in caſa di vn canonico per pigliar prigione vn clerico inquiſito criminalmente, che dalla parte era ſtato refe-*
10 *rito ritrouarſe in detta caſa; vn fratello laico di detto canonico fè violenza alla Corte, e giocò di mano à detto curſore clerico, incorrendo nelle cenſure Eccleſiaſtiche, che volendo di ciò pigliar' informatione eſſo Vicario, sì per procedere alle cenſure contro il laico, come per caſtigare il canonico recettatore del delinquente, & complici in detta violenza, li famigli laici non hanno voluto eſſaminarſi, che là furno preſenti per prohibitione fattali da D. Geronimo Bazan Gouernatore della Prouincia, & hauende*

do fatto richieder di ciò à bocca eſſo Go-
uernatore, e Finalmente in ſcriptis in-
uocandolo à dare detto braccio in ciò,
& aiuto, e fauore. come in ſimili caſi è
ſtato ordinato dal Regio Collateral Con-
ſiglio, hauendoli preſentate in promp-
tu dette lettere Regie ſpedite l'an-
11 ni a dietro in ſimile materia, qual s'eſſi-
biſcono à V. E. non le hà voluto oſſerua-
re, ne tenere conto: per tanto ſupplica V.
E. à voler ordinare a detto Gouernato-
re; e R. A. che voglia dare il braccio, e
far eſſaminare eſſi teſtimonij nella
detta cauſa, & oſſeruare l'auenire quã-
to ſi contiene in dette littere, oltre il tut-
to receuerà a gratia da V. E. vt Deus,
&c. Et inteſo per noi il tenor del pre-
inſerto memoriale, ci hà parſo farue la
preſente. per la quale vi dicemo, & or-
dinamo, che ad ogni inſtanza, e requiſi-
tione del detto Reuerendo Vicario ſup-
plicãte debbiate coſtrengere tutti, e ſin-
goli teſtimonij laici della cauſa predet-
ta, di modo che con effetto habbiano à
deponere la verità di quello ſanno, oſſer-
uandoli, e fandoli oſſeruare le prouiſioni,
che li ſono ſtate per noi, e Regio Collate-
rale Conſeglio ſpedite ſopra il coſtrenge-
re de teſtimonij laici, che ſi hanno da
eſaminare in detta Corte, e così l'eſequi-
rete, che tale è noſtra volontà, non fan-
doſe lo contrario per quanto ſi hà cara
la gratia Regia; la preſente reſti al
preſentante. Datum Neapoli die 30.
Menſis Iulij 1596. El Conde de Oli-
uares. vidit Ribera Regens. vidit Goro-
ſtiola Regens. Barrionouo. In par. 10.
fol. 120.
Et cùm iterum in hoc noſtro Reg.
Trib. occurriſſet tempore Præſi-
datus D. Antonij de Leyua. Fran-
ceſco Strina, Antonio Gargano,
& Carolo Caliſano Auditoribus,
fuit id dubitatum, & Dño Fuluio
Conſtantio Corleti Marchioni
Regenti, & decano Collateralis,
ac Regiæ iuriſditionis defenſori
fuit reſcriptum, per quem fuit re-
ſponſum, vt infra A ter. A Don
12 Antonio de Leyua Gouernatore, &
Auditori della R. A. di Principato
Vltra. Intus verò. Hò viſto quel che
le S. S. V. V. me ſcriuono intorno all'eſ-
ſaminare de teſtimonij laici nelle Corti
Eccleſiaſtiche contro le perſone, e cauſe
Eccleſiaſtiche, & anco le lettere ſcritte-
li da Monſignor Arciueſcouo, & Vi-
cario di Beneuento ſopra tal particola-
13 re, che m'hanno inuiato; in riſpoſta del-
le quali nõ poſſo dire altro ſolo quel che
s'oſſerua in queſto Regno è, che li laici
ſi poſſano eſſaminare nelle Corti Eccle-
ſiaſtiche ſenz'altra licenza contro perſo-
ne Eccleſiaſtiche, & in cauſe Eccleſia-
ſtiche, però quando ſono renitenti ad eſ-
ſaminare, il Prelato procedere con le
cenſure, ma volendo aſtrengerli de per-
ſona, deue implorare il braccio del Gio-
dice laico, & all hora ſe li deue dare, &
aſtrengernoſi per detti Giodici laici, etiã
per via de carceri per farli deponere cõ-
tro dette perſone, & cauſe Eccleſiaſti-
che, & coſi potranno oſſeruare le S: S.
14 loro nel caſo preſente, & quando occor-
rerà per l'auenire, che è quanto poſſo di-
re per riſpoſta della predetta delle S. S.
V. V. alle quali per fine bacio le mani.
Da Napoli à 13. Luglio 1616. Il
Marcheſe di Corleto.
Et in delictis notorijs, ordinarij pro-

cedunt

cedunt quò ad cenſuras eccleſia-
15 ſticas, ideſt priuationem Sacramentorum,& coertionem paternam, laici verò quò ad punitionē, ideſt pœnam corporalem, vel pecuniariam, & ſic pro eodem delicto in eadem perſona ambo cōcurrunt, Reg. Apont. tract. de iuriſdict. ad pennā tit. de Bigam. cap. 15. n. 7.

Verùm quando teſtes producuntur in cauſis criminalibus nō poſſūt
16 per hanc R.A. ſiuè per aliud Tribunal funiculis arceri, vt fuit declaratum per Regiū Collaterale vigore prouiſionum, quarum tenor ſequitur,videlicet. Philippus Dei Gratia Rex, &c. *Semo informati,che per queſta R.A quaſi indifferentemente ſe dà a teſtimonij il tormento di funicelle,del che ſi cauſa, che al più delle volte per li teſtimonij predetti ſe dicono coſe che mai hanno ſaputo in diſſeruitio di N. Sig. Iddio,di Sua Meſtà e danno di ſuoi ſudditi, al che volendo noi rimediare, ci è parſo farui la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che da quà auanti non debbiate in modo alcuno far dare detto tormento di funicelle, nè altro tormento à detti teſtimonij, eccetto in caſi molto graui, e che ſiano contro d'eſſi inditij,ò proue tali, che ſe le poſſa dar tortura, e darete in noſtro nome ordine à tutti li Capitanij delle Città,Terre, e luochi di queſte decrete Prouintie, che così anco lo debbiano eſequire, che tale è noſtra volontà. Datū Neapoli die 20. Menſis Aprelis 1610. El Conde de Venauente. Vidit Conſtantius Regens. Vidit De Caſtellet Regens. In Cur. 2. Principatus Citra, & Baſilicatæ. Alla Regia Audientia di Principato Citra, & Baſilicata.*

Verùm ſi teſtis fuerit conuitatus ad aliquem occidendum, renuat,
17 nedùm committere delictū, verùm etiam notitiam det illi, cōtra quem homicidiū cōmitti tractatur, quòd non poteſt alio modo probari, niſi per depoſitionem illius tentati, an huiuſmodi depoſitio valeat ita, vt dictum teſtis integri dicatur? accidit in perſonam qui ad committēdum delictum concurrere recuſauit, immò potius propalauit,& depoſuit, & fuit dubitatum, an depoſitio noceret tentanti, dicebam ego, quòd citra cordis liuorem, ex quo motus fuit ad propalandum, & ad diſcordias inducendas poſſet iudicari integer teſtis, ex quo peccare, & delinquere renuit, Farinacc.quæſt.44.n.15.& ſeq. Grammatic.deciſ.28.nu.26. tamen cum ſingularis ſit,& dictū vnius, dictum nullius, non probat, poſtea vidi arculum adductum, & tractatum per Nouar. quæſt. forenſ. quæſt.134. [vide Grammatic.conſ.crim.3.& quod faciat inditium ad torturam aſſerit Hieronym.de Federic.conſ. 16.tom.2.inter conſil. diuerſ.]

DE SALARIO

Caput I.

ARGVMENTVM.

Salarium quibus perſonis debetur.
Prædicatores, an ſalrrium habere debeant, & à quo.

SVMMARIVM.

Merces eſt compenſatio operis, & actus Iuſtitiæ, n. 1.
Salarium, labor merces, an differant, n. 2.
Salarium quibus perſonis debetur, n. 3.
Salarium an debeatur Prædicatoribus pro munere prædicationis, à n. 5. ad n. 21.
Epiſcopi munus prædicandi habent in ſuis Eccleſijs. n. 6. & 8.
Prædicatio de diuinis eſt, n. 7.
Prædicator debet habere ſalarium ad ſubſtentationem, non quaſi prætium, ſed quaſi ſubſtentationis ſtipendium, n. 17.
Prædicationis exercitium ſpirituale eſt, & reſpectu Prædicatoris corporale, n. 17.

ARiſtotel. lib. 1. cap. 7. de mercede loquens, inquit, merces autem eſt id, quod recompenſatur pro operis retribu-
1 tione, & reddere mercedem, eſt actus Iuſtitię ſicut prætium rei emptæ, ex B. Thom. ſecũda ſecundæ quæſt. 14. artic. 1. mercenaria autem alia eſt vilium artium, alia
2 ſine arte ſolo corpore miniſtrante, & licèt merces, præmium, labor, & ſalarium ſint ſynonima idem importantia, tamen cùm hoc verbum: ſalarium, ſit magis vſu receptum, dum de ſalario, ſiuè mercede loquutionem facere propoſui, verbo ſalarij vtar, cuius appellatione omnes alij iſti termini compręhenduntur, quod ſalarium tribus perſonis debetur. Primo prædicatori, de quo in præſenti cap. tractabo.
3 Secundo Officiali, cuius nomine Aduocatus, lectores, & medicos comprænhendi demõſtrabo in 2. cap. Tertio famulo, vel operario, cuius materiam in 3. capit. proſequar. Et cùm prædicator dignior
4 cęteris ſit, & digniora ſunt pręferenda, vulgatis Iuribus, de prædicatorum ſalario primo tractandũ fore cẽſeo. Et proindè ſciendum, quòd prædicatores piſcatores ani-
3 marũ vocantur, iuxta Eccleſiaſtic. dictũ: Ecce ego mittam piſcatores multos, & piſcabuntur eos, & alibi mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni colle, & de cauernis petrarum; & iterũ alibi: Venite poſt me, & faciam vos fieri piſcatores hominum, de quibus non me extendam, cùm meum non ſit, remitto tamen ad Theologos, & ad Petr. Gregor. Toloſan. ſyntax. art. mirab. to. 3. cap. 29. per tot. & ſignanter n. 11. & ſeq. ſed tantùum de eorum ſalario,

lario, vt dixi, loquar, vndè primò quæritur. onus electionis prædicatoris, & ſolutionis ad quē ſpectet? multi multa dicunt, nam aliqui tenent, quòd onus hoc ad Epiſcopum ſpectet, cùm Epiſco-
6 pi munus prædicandi ſit in ſuis Eccleſijs, & ſi aliquo impedimento, nō valeat, poteſt alterū deputare iuxta Sac. Conc. Tridēt. cap. 2. ſeſſ. 4. & iterum in cap. 4. de reformat. ſeſſ. 24. & percōſequens onus ſoluendi ſalarium ad Epiſcopū ſpectare debet, ex regula, qui ſentit commodum, debet ſentire incōmodum; vndè cū Epiſcopus commodum eligendi Prędicatorem habeat, debet habere, & incommodum ſoluendi, nō autem Vniuerſitas, ſiuè communitas loci, Auendan. de exequ. mandat. Reg. lib. 2. cap. 10. n. 27. Alij dicūt,
7 quòd ſalarium nō debetur, ex eo, quia prædicatio de diuinis eſt, & emere, vel vendere diuina, ſimonia eſt, quę nihil aliud eſt niſi ſtudioſa volūtas vendēdi, ſiuè emendi ſpiritualia, vt adducit Thor. in
8 compend. deciſ. in verb. ſalarium. Alij ſubſtinent, quòd in Eccleſia Cathedrali Epiſcopus electionē prædicationis habet, & ſi conſuetudo etiam immemorabilis vigeat. Reg. Apont. in tract. de Iuriſdict. quem ad pennam habeo, cap. 10. tit. de ſalar. concion. ſoluend. fol. mihi 104.

Hodie verò per Regium Collaterale Conſilium quæſtio eſt ſupita, & fuit deciſum hoc modo, quando Epiſcopus eligit ipſe ſoluit, & è contra, quando Vniuerſitas eligit, ipſa ſoluit, virtute prouiſionū expeditarum in anno 1608. quarum tenorem hic inſero, v3. *Et l'iſteſſo ancor ve dicemo quando accadeno differēze di pagare elemoſine a' Predicatori, & in queſto particolare ſe hà*
9 *da oſſeruare quello, che ſtà deciſo, & ordinato per il ſacro Concilio di Trento, che quando s'eligono li Predicatori dalli Veſcoui, per eſſi ſe l'hà da dare, e pagare l'elemoſina, & quando s'eligono dalli Vniuerſità, l'iſteſſe Vniuerſita deueno pagare, che è quanto per hora poſſemo reſponderui, & ordinarui per riſpoſta di detta voſtra. Dat. Neap. die 30. Octobris 1608. El Conde de Venauente. Vi-*
10 *dit Conſtantius Regens. Vidit de Caſtellet Regens. Vidit Valcarcel Regens. Salazar Secretarius. In Cur. 30. Calabria fol. 25.*

Et ſic ſemper obſeruatū fuit in nonnullis cauſis, & ſignanter in cauſa Vniuerſitatis Caſſani, me pro ea patrocinante cum Reu. Epiſcopo Nuſci, qui elegit Prædicatorem in Terra Caſſani, & indè quærebat, vt Vniuerſitas ſolueret ſalarium Prædicatori ab eo electum: vndè conſului, vt notitia Proregi daretur, per quem fuerunt relaxatæ prouiſiones tenoris ſequentis, v3. A tergo. Mag. nobilibuſq; viris Syndico, Electis, Vniuerſitati, & hominibus Terræ Caſſani, Regijs fidelibus dilectis. Intus verò. Philippus Dei gratia Rex, &c. Mag. nobileſq; viri, &c. *Viſto, & inteſo per noi quanto per voſtra parte ci*

è ſtato eſpoſto intorno alla pretenſione del Reu. Veſcouo di Nuſco di voler lui inuiare il Predicatore per predicare in queſta Terra contro la forma del ſolito,
11 *& poſſeſſione in che vi ritrouate d'eligere, e nominar voi il Predicatore predetto, li hauemo ſpedite le debite Ortatorie, & ci hà parſo di più farue la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che ſe il detto Predicatore non ſarà eletto da voi, ma da eſſo Reu. Veſcouo di Nuſco, come hauete eſpoſto, che pretende inuiarlo lui: in cõto alcunò debbiate pagarle l'elemoſina ſolita ſenza il noſtro ordine, e particolar licenza in ſcriptis obtenta: nan fandoſe lo contrario ſotto pena di docati mille. Dat. Neap. die 28. menſis Ianuarij 1617. Don Pedro Giron. Locus ſigilli. vidit Conſtantius Regens. vidit Lopez Regens. vidit Montaluus Regens. Salazar Secret. In exortationum 10. fol. 13. All'Vniuerſità di Caſſano, che non paghi coſa alcuna per elemoſina al Predicator di quella Terra, eſſendo eletto per il detto Reu. Veſcouo di Nuſco, e per eſſa Vniuerſità ſenza licenza di V. E. vt ſupra.*

Et in dies literas hortatoriales huiuſmodi Epiſcopis aliter pretendentibus Sacrum Collaterale expedire ſolet, & ſi Epiſcopi non obediunt, violentes reputantur; Collaterale Regiũ procedit ad reiectionem coniunctorum, & fami-
12 liarium Epiſcoporum, & ad huc renitentibus illis, ad fructuũ ſequeſtrationẽ, & illis pertinacibus quandoq; vocantur, quandoque præſidia ſufficientia adhibentur, non auctoritatiuè, & per modum iuſtitiæ, ſed ad neceſſariam defẽſionem, ad violentiam reprimẽdam per modum extraordinariè cognitionis fit, vt dicit Regens Apont. in tract. de Iuriſdict. Eccleſiaſtic. cap. 1. n. 13. & ſeq. & n. 19. ad quem me remitto.

Vndè ſupita eſt quæſtio in Regno, & ſic debet intelligi, & ſeruare, prout ſemper ſeruatum vidi. Et licèt Thor. citat. loc. aſſerat fuiſſe Vniuerſitatẽ Sueſſæ condem-
13 natam ad ſoluendam conſuetam elæemoſynã, & ſimiliter per Regium Collaterale Conſiliũ fuiſſe prouiſiones relaxatas in fauorem Prædicatoris contra Vniuerſitatẽ Caſtri Maris, nõ puto ego ſic ſimpliciter proceſiſſe, ſed altero ex
14 duobus modis, vel quòd Vniuerſitas habebat electionem eligendi, & de quãtitate diſceptabatur, vel quòd ſic ibi conſuetudo erat, nempè, ad Vniuerſitatem ſolutionem, & ad Epiſcopum electionẽ ſpectare, & moueor ex præinſertis prouiſionibus.

In tantum, quòd clara colligitur cõcluſio, Prædicatori ſalariũ deberi, ſiuè ab Epiſcopo, ſiue à Communitate deputetur, & Thor. cit. loc.
15 affert duas rationes, quarum primam, quia labor non debet eſſe ſine mercede; ſecundã, ex Apoſt. dicto: Qui Altari ſeruit, de Altari viuere debet. Ego verò motus nedùm, ex tex. in Authen. de Iudic.
16 §. ne autem, collat. 6. in gloſ. in verb. Stipendium, verùm etiam ex Guttier. lib. 1. canonci. quæſt. cap. 29.

cap.29.n.21.dico, quòd Prædica-
toribus licèt ſpiritualia ſeminan-
tibus debetur ſalarium, non ad
17 emẽdum prædicationis verbum,
ſed tantùm ad ſubſtentationem
prædicantium, iuxta Apoſtoli di-
ctum, & non quaſi prætium, ſed
quaſi ſubſtentationis ſtipẽdium,
& licèt exercitium prædicationis
ſpirituale ſit, tamen corporale
etiam dicitur, & reſpectu ipſius
Prædicatoris non poteſt hoc ſa-
larium exactio, nec ſpecies exa-
ctionis vocari, ſed ſpecies gratui-
tæ recompenſationis nuncupa-
tur, vt ibid. Guttier. ex Canoniſta
rum, & Theologorum ſententia
ſubſtinet.

Verùm, quando electio ad Vniuer-
ſitates ſpectat, & Vniuerſitates nõ
idoneum eligerent, vel commer-
cium, aut conuenticulam ſuper
18 electione facerent, aut concede-
rent ad petitionem, & inſtãtiam
eorum Dominorum, & potentiũ,
ex qua oriretur non ędificatio Po
puli, ſed ſeruitus. Nam ſępè Baro-
nes præponunt Vniuerſitatibus
aliquem Religioſum idoneum,
habilem, inde ſubſtituunt alios
minus idoneos, quod fieri non
poteſt, quia prædicatio non po-
teſt delegari, nec ſubſtitui, requi-
ritur enim induſtria perſonæ, ne-
dùm moribus, doctrina, & verbis,
ſed etiam ſanctitate, quæ prædi-
cationis auget effectum, Carauit.
rit.2. n.18. Hoc enim caſu, dicit
Apont. poſſe Epiſcopum poteſta
tem ad Vniuerſitatem ſpectãtem
19 nominandi Prędicatorem aufer-
re, & onus ſoluendi ad Vniuerſi-
tatem remanet, & colligit hoc ex
verbis Sac. Conc. Trident. prout
ipſe refert cit. cap. n.6.

Vnum tamen pro coronide ſcien-
dum, quòd ſi Vniuerſitas titulum
non oſtenderet, ſaltim coloratũ,
nec poſſeſſionem probaret, &
20 prætenderet habere hanc facul-
tatem eligendi, ex quo Epiſcopus
habet intentionem fundatam, de
bet manuteneri in poſſeſſione.
Et è contra, ſi Epiſcopus eligit, &
prætendat, quòd Vniuerſitas ſol-
uat, dum de conſuetudine non
conſtat, habet contra ſe iuris prę-
ſumptionem; & ipſe ſoluere te-
21 netur, niſi Epiſcopus demonſtra-
ret poſſeſſionem antiquam, ex
qua prætenderet ſe manuteneri,
vt dicit Reg. Apont. citat. tract.
de ſalar. concionat. ſoluend. cap.
10. in fin. fol. mihi 106. à terg. [vi-
de Vulp. in prax. Eccleſ. cap. 41.
nu. 40. Coſt. de remed. ſubſidiar.
remed. 17. n. 8. fol. mihi 42.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Salarium an debeatur, & quo Iure Officiali.

Si labor creſcit, an creſcat ſalarium.

Officialis infirmus an debeat habere ſalarium.

Si duo Officia exercet, an duplex ſalarium habere debet.

SVMMARIVM.

SAlarium conſtitui debet perſonæ ad Officium promotæ, & debetuo iure

actionis, n. 1. 2 & quare, n. 3. 4. & 5.
Salarium non debet eſſe tenue, ne oriatur cauſa corruptionis, num. 6.
Officialis non habens ſalarium, an poſſit recipere munera, vel derictus a litigantibus, num 7.
Officialis debet habere ſalarium, vt honeſtè viuat, num. 8.
Salarium diuerſis temporibus, & diuerſis quantitatibus Officiali ſolutum, quam quantitatem habere debeat, n. 10. & 11.
Labor ſi Officiali augeatur, an debet augeri ſalarium, & è contra, ſi labor diminuatur, an diminuatur ſalarium, num. 12. & 13.
Salarium, an debeatur Officiali infirmo, num. 14. 17. 18. & 19.
Infirmitas non debet eſſe diuturna, ibid.
Officiali infirmo, tenetur Baro expectare, donec recōualeſcat, & interim locumtenentem creare, num. 15.
Limita, niſi infirmitas eſſet longa, ibid. num. 15.
Infirmitas Officialis debet eſſe vera, non ſimulata, vel procurata, num. 16.
Infirmitas eſt caſus fortuitus, num. 18.
Infirmus laborat num. 18.
An procedat in Doctore, Lectore, vel Aduocato num. 20. & 58.
Officialis duo Officia exercens, an debeat habere duo ſalaria, vel vnicum tantùm ſufficiat, num. 21. ad 30.
Limita, niſi expreſſum ſit vnicum ſalarium, num. 24.
Officium Gubernatoris, eſt accidentale, non conſiderabile, Officium verò Iudicis eſt primarium, & principale, num. 22.
Labor æſtimationem habere debet, ſicut, & pecunia, num. 23.
Salarium decedentis, vel non admittentis, an accreſcat adimplenti, num. 29.
Eccleſiæ duæ vnitæ in vnum, an bina, vel vnica præſtatio debeatur, num. 31.
Officiali inquiſito, vel amoto, an debeatur ſalarium, num. 32.
Canonicus carceratus, inde liberatus, an fructus, & diſtributiones quotidianas conſequatur, num. 33.
An procedat ſi in prima inſtantia fuerit cōdemnatus, in ſecunda abſolutus, n. 34.
Officialis excommunicatus, an ſalarium habeat, num. 35.
Et ſi fuerit abſolutus, an recuperet fructus, num. 36.
Officialis anticipatè ſalarium recipiens, inde Officium non continuans, an reſtituere teneatur, num. 37.
Officialis, an de prouentibus ſibi ſatiſfiat, ſi prouentus non fiant, & ſi fiant, non tot, num. 28. ad 42.
Salarium an debeatur, ſi non fuerit in literis patentalibus conſtitutū, n. 43. ad 48.
Salarium decem dierum debitum, ſi expletur actus in quinque, quod ſalarium debeatur, num. 49. ad 53.
Commiſſarius deſtinatus, an diem in hebdomoda pro quiete habere debeat, n. 54.
Dietæ quomodo conſiderentur, vt ſoluatur ſalarium ratione miliarium, num. 55.
Salarium à qua hora diei incipiat, & curat, num. 56.
Commiſſarius deſtinatus ad plures differentias in vnico acceſſu, an vnicum ſalarium habeat, num. 57.
Aduocati ſalarium, an taxetur, & quomodo, num 59.

DEuenio ad ſecūdum promiſſum, nempè ad ſalarium Officiali debitum, cùm de iure perſonæ, ad Officium promotæ conſtitui

ſtitui ſalarium debetur, in l. nullū
1 C. de offic. rector. Prouinc. in verb. conſueta depoſcant, vt teſtatur Coler. de aliment. lib. 3. cap. 5. n. 25. in fin. fol. mihi 883. & debetur iure actionis, etiam ſi
2 conſtitutum nō ſit, ne detur materia furandi, vt aduertit Capoblanc. de auct. Baron. in nou. impreſſ. prag. 4. num. 20.

Ego verò motus ex Bouadill. tom. 1. politic. lib. 1. cap. 12. n. 17. & iterū eod. lib. 1. cap. 14. n. 2. dico, quòd duabus de cauſis ſalarium officia-
3 li debetur. Prima, quia ex ſalario ſuppletur defectus paupertatis, ex qua impedimentum tribuitur adminiſtrandi, & tollitur cupiditas aliena procurãdi; cupiditas enim
4 effrenata mater litium, & iurgiorum vocatur, & tot noua quotidiè litigia generat. Secunda, quia ex
5 ſalario, q̃ ex officio tribuitur, gloriatur quis ad officium promoueri, & ad altiora aſſumi, & proinde antecedens eſt, vt literatus ſit, vnde Ciuitas hominibus literatis re-
6 pletur; & ſalarium non debet eſſe tenue, ex tenuitate enim, cùm vix ex eo viuere poſſit, oritur cauſa corruptionis, Capoblanc. cit. loc. n. 50. Sumpta occaſione ex tenuitate, quæritur ſi officialis ſalarium tenue habet, vel ſi non eſt ei conſtitutum ſalarium, an poſſit recipere munera, vel alios dirictus a
7 litigãtibus petere? vterque caſus eſt poſitus, primus per Capoblanc. cit. prag. 4. n. 21. qui ſubſtinet, licitum eſſe officiali aliqua munera recipere, ne officium ſit
8 ſibi dannoſum, & aſſignat rationem, q̃ officialis competēs ſalarium debetur, vt honeſtè viuat; ſecundus per Bouadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap. 20. n. 63. & iterum eod. loc. cap. 21, n. 35. qui teſtatur
9 hoc caſu poſſe Iudicem dirictus a partibus exigere, ex Felin. in cap. de hoc. de ſimon. col. 2.

Pone, quòd diuerſimodè, & diuerſis quantitatibus fuerit ſalarium of-
10 ficiali conſtitutum, vndè nō poteſt verificari ſolitū circa quantitatem, nec vniformis pręſtatio, & tunc debetur id, quod magis conſuetum reperitur fuiſſe datū,
11 nempe, quòd tempore longiori, nō autē breuiori fuit pręſtitum, nempè, duobus, vel tribus annis & attendendi ſunt proximi præcedentes anni longiores, & longiorem conſuetudinē reſpicientes, dicit Capic. deciſ. 163. n. 3. & 4. qui tandem ſic concludit.

Sed ſi officiali iniūgatur aliud onus vel labor, an poſſit petere maius ſalarium, & è contra, ſi non ſolitum laborē ſubſtineat, ſed quie-
12 tè in adminiſtratione gaudeat, an ſalariū ei diminuatur. Pōtan. in tract. de aliment. debit. ex cōtract. cap. 16. n. 7. ex doctrina Roman. & Felin. ibidem relatorū tenet, quòd ſi labor diminuitur, ſalarium decreſcit, & è contra. Reg. verò d'Apont. deciſ. 25. nu. 23. dicit, quòd quando offi-
13 ciū recipit laborem, & probitatem, & officialis laborē, & operam

ram præſtat, cum perſonale ſeruitium ſit, debetur ſalarium, Capoblanc. verò tom. 1. pragm. 16. n. 20. teſtatur fuiſſe deciſum, ſalarium deberi ſecundum magnitudinem laboris, & quantitatem adminiſtrationis, & ſic ſalarium fuiſſe auctum inter vniuerſitatem Cotroni, cum Barone.

Sed an debeatur officiali infirmo? multi tenent, quod debeatur, dũmodò permanſerit in loco offi-
14 cij, ſecus autem ſi ſine licentia diſceſſerit. Par. de Put. de ſyndicat. in verb. ſalarium §. ſi officialis n. 1, & n. 10. verſ. vbi autem, Carauit. rit. 7. n. 2. dicens, quòd quando officialis infirmatur, & diſcedere cauſa curandi intendat, licentiã petat, & Carauit. quãdo hic dicit, & in quibus caſibus poteſt officialis diſcedere, & poſt Parid. & Carauit. ſequitur Capoblanc. prag. 5. n. 91. & dummodo infirmitas nõ ſit diuturna, quæ per bimeſtre in Regno admittit Reg. Conſtan. in addition. ad tres libros Codicis tit. de re militari n. 25. & dummodo infirmitas nõ ſit leuis, Nouar. de elect. for. lect. 1. quæſt. 6. n. 5. & in caſu infirmi-
15 tatis, Baro debet expectare donec officialis reconualuerit, & interim locumtenentem creare, niſi infirmitas eſſet longa, Capoblanc. cit. prag. 5. n. 105. quæ infirmitas debet eſſe vera, non autem
16 ſimulata, vel procurata, quia tanquam remedium procuratum nihil ei prodeſſet, ex l. non omne ff. de ſtat. liber. Couarr. lib. 2. variar. reſolut. cap. 16. n. 9. verſ. ſecundo illud, quem ſequitur Bouadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap. 9. nu. 22.

Alij dicunt ſalarium non deberi,
17 ex eo, quia morbo impeditus, officij ſui partes explere nõ potuit, Coler. de aliment. lib. 1. c. 13. n. 44.

Ego autem ſubſtineo ſalarium deberi, infirmitas enim caſus fortui
18 tus reputatur, vt dicit Bouadill. to. 1. politic. lib. 2. cap. 21. n. 245. & proinde ſiuè infirmitas ſit leuis, ſiuè grauis, ſiuè aſſiſtat in loco adminiſtrationis, ſiuè diſcedat, ſemper ſalarium debetur ea ratione, quia infirmus laborat, & clarum eſt, quòd laboranti debẽ-
19 tur præmia, & merces, ex Ioan. prob. in cap. vnic. de Cleric. non reſidentib. in 6. n. 34. quod intelligo, dummodo non vltra duos, vel tres menſes morbus protrahatur, ex Martin. Alfonſ. in eius Candelabr. aur. tit. de conſuet. cõtra leg. carn. vel fomit. cap. 5. nu. 48 fol. mihi 99. Immò multoties vidi Officialibus abſentibus, infirmis, vel præſentibus, laborãtibus, & defatigatis, etiã vltra trimeſtre ſalarium fuiſſe ſolutum, & tempore, quo Neapoli reſidebant, vt reconualeſcerent, fuiſſe abſque difficultate datum, tàm per dominos Officiales huius R. A. quàm per Regium Perceptorem.

Quod ſi procedit in Doctore, Lectore, vel Aduocato, vide Reg. Con-
20 ſtan. tit. de re milit. n. 26. & ſeq.

Sed ſi Officialis duo officia exercuit

an

21 an debeat duo ſalaria habere, vel
vnicum tantùm ſufficiat? exemplum pone, quòd in aliqua Ciuitate ſit Gubernator, & ſit Iudex, & contingat propter abſentiam
22 Gubernatoris, Iudicem exercere vtrumq; officium, nempè, Gubernatoris, & Iudicis, Bouadill. to. 1. politic, lib. 2. cap. 21. n. 246. dicit, quòd non duplex ſalarium, ſed tantùm vnicum, ea ratione, quia Officium Gubernatoris, quod exercet, eſt accidentale, & non conſiderabile, Officium verò Iudicis eſt primarium, & principale. In illis verò, qui alicui negotio deſtinati vacant, prout ſunt cõmiſſarij deſtinati pro capienda
23 informatione, vel alterius negotij expletione, & in eodem loco aliud committatur, ſi pro omnibus vnico ſalario contenti remaneant, vel duplex ſalariũ habeãt, ſi commiſſiones, & negotia commiſſa ſunt compatibiles, & compatibilia, adeo, vt ex eorum occupatione, vnum per illud non impediatur ſed tantum induſtria, & labor creſcit, duplex ſalarium habebit, l. ieio amico, ff. de ann. legat. in illis verbis: ſicut pecunia, & labor æſtimationem habet, niſi in ſecunda commiſſione ſit expreſ-
24 ſum non niſi vnicum ſalarium deberi, Bouadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap. 20. n. fin. [Vide Caſtill. deciſ. 49. n. 1. & ſeq. Bouadil. lib. 3. politic. cap. 8. n. 68. & ex noſtris Taſſon. de antifat. verſ. 14. obſeruat. 2. num. 20. fol. 608. Coſiliar. Merlin. controuerſ. foreus cap. 70.] Hodie verò illud primum motiuum, quòd exercenti duo officia, duplex ſalarium
25 debetur, eſt deciſum, ac reſolutũ per Regium Collat. Conſ vigore prouiſionum, quarum tenorem, vt veritas pateat, placuit inſerere, v3. A terg. Magnifico viro Erario Ciuitatis Salerni Regio fideli dilecto, &c. Intus verò. Philippus Dei gratia Rex, Caſtellæ, Aragonum, Vtriuſque Siciliæ, Hyeruſalem, &c Magnifice vir, Regiæ fidelis dilecte. *Perche per noi furno ſpedite prouiſioni dirette alli magnifici Sindico, & Eletti di queſſa Città ad inſtanza del magnifico Giodice d'eſſa del tenor ſequente*, v3. Philippus Dei gratia Rex, &c. Caſtellæ aragonum, Vtriuſq; Siciliæ Hyeruſalem, &c. Magnifici, nobileſq; viri Regij fideles dilectis. *A noi è ſtato preſentato memoriale del tenor ſequente*, v3. *Illuſtriſſimo, & Eccellentiſſimo Signore. Il Giodice della Città di Salerno ſeruo affettionato dell'E. V. le fa intendere, come per l'abſenza del Magnifico Straticò di detta Città, haue anco eſercitato per molti meſi & giorni l'of-*
26 *ficio in luoco di detto Magnifico Straticò con gran fatica, e trauaglio, per tanto ſupplica V. E. ſi degni ordinare, e comandare alla detta Città vogli pagate, e ſodisfare ad eſſo ſupplicante anco il ſalario per la rata del tempo, che hà eſercitato, e ſeruito in luoco di detto magnifico Straticò, che lo riputerà à gratia ſingulariſſima dell'E. V. vt Deus, &c. Et inteſo per noi il tenor del*

prein-

27 *preinſerto memoriale, volendomo all'indennità del detto ſupplicante debitamente prouedere; ci è parſo farui la preſente, per la quale ve dicemo, ordinamo, e comandamo, che al detto ſupplicāte debbiate pagare ſeù fare pagare il debito giuſto ſalario per quel tempo, che hà ſeruito per detto officio di Straticò, e Giodice di queſta Città, & hauendo coſa in contrario, ne debbiate auiſare, acciò che hauuto voſtro auiſo, ſi poſſa p noi prouedere, come ſe conuiene e così s'eſequa, e non altrimente per quanto ſe hà cara la gratia Regia e pena di docati mille, la preſente reſti al preſentante. Datum Neapoli die 27. Menſis Martij 1569. Don Peraſan. vidit Reuerterius Regens. vidit Bermudes Regens. Libera Proſecretario. In par. 74. fol. 130. In dorſo delle quali lettere per parte di detti Magnifici Sindico, & Eletti è ſtato replicato, che non ſpetta ad eſſi pagare il ſalario del Straticò, e Giodice ma ſpetta à voi come eſattore, & erario delli prouenti di detta Città, per ciò vi hauemo fatta la preſēte, per la quale*
28 *ve dicemo, & ordinamo, che al riceuer di queſta, debbiate ſubito pagare al ſupplicante il detto giuſto ſalario per tutto quel tempo, che hà ſeruito in detto officio di Straticò, e Giodice di queſta Città, & hauendo coſa in contrario, ne debbiate auiſare, acciò che hauuto voſtro auiſo, che ſe poſſa per noi prouedere, come ſe conuiene, e così l'eſequereti, & non altrimente, per quanto ſe hà cara la gratia Regia, e pena di docati mille, la preſente reſti al preſentante. Datum in Oppido Turris Octaua, die vltimo Menſis Maij 1569. Don Paraſan. vidit Stillanus Regens. vidit Bermuder Regens. vidit. Reuerterius Regens. Libera Proſecretarius. In partium 77. fol. 6.* Sic aliàs deciſum per S. C. teſtatur Thorus in ſuo compend. deciſ. Regni verbo ſalarium duplicatum tom. 1.

Et licet Bartol. in l. 1. C. de legat. dicat, quòd ſalarium decedentis, vel non adimpletis, non accreſcit ei,
29 qui adimpleuit, q intelligitur, ſi ambo ad vnum officium deputati erāt; tamen ſi ad diuerſa fuerint duo deputati, & vnus adimplet pro alio, adimplens duplex ſalariū debet habere, ex Roman. conſ. 25. Aloyſ. de Leo in l. 5. C. de poſtu-
30 land. & poſt iſtos Maſull. ad Capic. deciſ. 125. n. 2. [Reg. de Pont. de poteſt. proreg. tit. de abundant. Ciuit. §. 6. n. 10. Caſtill. deciſ. Sicil. 44. n. 8. & ſeq. & ibi addent. Bouadill. lib. 2. cap. 20. nu. 68. tamen vnum ſyndicatum dat Maſtrill. cit. cap. 11. n. 26.] prout in ſimili dicimus, quòd ſi duæ Eccleſiæ
31 ſint vnitæ in vnum, duplex præſtatio debetur, vt fuit deciſum per Regiam Cameram Summariæ refert Reg. Moles in deciſionibus ad pennam, deciſ. 67. fol. mihi 336. & nouiſſimè Ricc. collect. 2466. ad fin. [Similiter fuit ordinatum per Collaterale, vt exercenti Officium Iudicis, & Gubernatoris duplex ſalarium ſoluatur in cauſa Antonij Lionetto, vt dixi in meo tom. 2. tit. de ſalario, quæ hic non reporto, ne exemplare, & idē repetere vide-

tur,

tur,& ibi te remitto]

Sed ſi officialis fuerit inquiſitus, vel amotus, an ſalarium habebit pro
32 tempore ſuæ inquiſitionis, vel amotionis? diſtingue, aut delictũ. inquiſitio, ſiuè amotio ſui culpa deriuatur, licèt abſoluatur, qui ſuæ culpæ tribuitur, Capoblanc. prag. 5 n. 92. aut verò fuit amotus culpa Ciuitatis, & ſubdiſtingue; aut tumultu Ciuitatis, vt per Capic.dec. 125. ex capitibus, vel cauſa Ciuitatis, vel ciuiũ, & tũc ſi inde abſoluitur, integrũ ſalarium habebit, licèt nõ ſeruiuit, vt fuiſſe deciſum per Sacr. Conſilium, refert Maſull. ad Capic. deciſ. 125.
33 n. 2. in fin. prout in ſimili dicimus de Canonico carcerato ob crimen, & inde liberato deberi, nedùm diſtributiones quotidianas, verùm etiam, & fructus tantùm intereſſentibus aſſignatis, ex Quarant. in Summ. Bullar. in tit. diſtributiones quotidianę fol. mihi 215 qui ampliat procedere, etiam ſi fuerit per ſententiam in prima inſtantia cõdemnatus, &
34 inde in ſecunda abſolutus, quia appellatio ſuſpendit pronũciatum.

Sed quid ſi fuerit excõmunicatus, & ob id impeditus exercere? vide
35 Franc. Marc. qui deciſ. 920 n. 3. tenet, q; quando per longum tẽpus quis excõmunicatus ſteterit, priuatur omnibus, quod longum tempus ipſe intelligit per annũ, licèt aſſerat ſecundũ aliquos per trienniũ, & in alia deciſ. 537. n. 3.
36 dicit, quòd quãdo quis eſt excõmunicatus, & inde abſolutus ab excõmunicatione recuperat fructus medio tempore ſibi perceptus. Secus verò in Canonico excommunicato, vt per Quarant. ibidem:

Quæritur officialis recepit præmiũ, vel anticipatè, vel ante ingreſſum
37 officij deinde aliquo modo fuit impeditus exercere, poteſt illa pars ſoluta repeti, & illam tenetur reſtituere? Rouit. ad prag. primam de offic. Iudic. n. 6.

Vidi nonnullas commiſſiones, & patentales literas à Baronibus factas ſuis officialibus, vt ſalarium
38 ſibi ſolueretur de prouentibus Curię, vndè opportune quæritur, an hæc conditio in literis patentalibus appoſita ſubſtineat, itaut teneatur omnino officialis ſibi ſatisfieri de prouentibus, vel illis non exiſtentibus, mercedem non conſequatur? variæ ſunt ſcribentium auctoritates, nam. Carauit. Rit. 9. n. 3. aſſerit promiſſionem mercedis conditionalem factam à committẽte eſſe, non vt fiant prouentus, & non aliàs, ſed tantùm deſignandi locum, à quo ſalarium percipi poſſit, Carrab. ſingul. 216. teſtatur fuiſſe Baronem condemnatum per Sacrum Conſilium ad ſoluẽdum ſalarium officiali, in cuius cõmiſſiònalibus fuit expreſſum ſalarium ſolui de prouentibus per eum faciendis, non obſtantibus prouentibus nõ factis, ea ratione, quia officialis de officio viuere debet, Capobanc.

in primã impreſſion. in paruis de pragmatic. 19. numer. 27. teſtatur officialibus prouiſionem deberi, & ſi fuerit conſtituta. ſuper proũentibus,& non fiunt, remittit ſe ad Carauit. cit. loc. inde in alia impreſſ. prag.4. n.52. mouet quęſtionem,& diſtinctè reſo-
39 luit in caſu ſibi occurſo, & fuiſſe Baronem condemnatum ea ratione, quia locus aſſignatus erat poſitus cauſa demonſtrationis, quo deficiente, debetur merces Reg. Conſtant. in tit. de pen. fiſcalib. n. 17. & ſeq. aſſerit conſulta Sua Maieſtate fuiſse prouiſum ſalarium Iudicum, non ex pœnis fiſcalibus ſoluendum, ſed tantum ex Ærario, puto ea ratione, ne detur Officiali cupiditas prouentus faciendi, & ſub hoc colore extor-
40 quẽdi. Immò Dñs Conſtant. ſubdit n. 19. ꝙ ſi prouentus non ſufficiunt, ſuppletur ex ijs, quæ fiunt anno ſequenti. Ad quod dico, ꝙ ſi daretur ſupplementum anno alio ſequenti, ſequeretur, ꝙ Officialis neceſsariò deberet refirmari pro anno ſequenti, quod cùm iura prohibent in Regno, dicendum non eſt, omnes in partem affirmatiuã inclinant, nempè, ꝙ ſi prouentus non fiant, vel non ſufficiant, ſalarium, & præmium deberi. Ego autem abſque anni ſequentis refirmatione, vel ſupplemento, ſi prouentus non fiant, per committentem præmiũ ſoluitur, & ſi fiant, vel non tot, ſuppletur de propria pecunia committentis, diuerſi enim anni ſunt ex adduct. per Franch. deciſ. 451.
41 vnum regimen eſt vnius anni, & aliud alterius, vndè quod deficit in vno anno, nõ reficitur in alio, Franch. deciſ. 419 n.3. quod procedit, etiam ſi fuiſset adminiſtrãs impeditus per aliquod tempus, ad quod non reintegratur, Rouit. in prag. 5. de Offic. Iudic. n. 5. Et ſic ſemper obſeruatum vidi, nedũ in hac R. A. in qua etiam prouentibus non factis, vel non tot, ſoluitur per Regium Perceptorem huius Prouinciæ, verùm etiam tã in hac Curia, quã in cæteris Prouinciæ Regionibus, vt ſuppleatur
42 de pecunia Baronis, ex perſona ſui Ærarij, cuius eſt ſimilia ſoluere, vt fuiſſe deciſum refert Capopoblanc prag. 16. num. 56.

Vlterius, quando Baro, vel alter ſuperior Officium inferiori concedit, & ad euitandũ ſalarium, conuenit cum Officiali duobus mo-
43 dis. Primo, vel quòd nõ apponatur ſalarium in cõmiſſione. Vel ſecundo, quòd Officialis apocam de recepto prouiſionis ante ingreſſum Officij faciat, prout vidi in cõmiſſione à ſuperiore Iudici ab eo deputato facta cuiuſdam
44 Officij, & in literis patentalibus aderat prouiſionis promiſſio, ſed tamen ante illarum conſignationem, & Officij ingreſſum ex pacto apocam de recepto voluit, an hoc ſubſtineatur? videtur prima facie dicẽdum, quòd ſic, ita enim fuit conuentũ, & proinde Officialem

lem non poſſe aliud prætendere; contrarium tamẽ eſt verius, quia cùm Officiali omninò ſalarium debeatur, vt de Officio viuat, vt ſupra dixi, hæc conuẽtio, licèt lu-
45 crum committentis ſit, tamen damnum publicum eſt, & dicitur conuentio iniqua, & ſpecies latrocinij, cõuerſio cordis ex induſtria in fraudem, & non vocatur induſtria, nec remedium, ſed calliditatis verſutia, & fraudis aſtutia, vt perbellè adducit Foller. in prag. de cenſib. in verb. Nicolaus Epiſcopus n. 223. in fine. Immò dici-
46 tur ab Officiali officiũ emptum, & per Baronem vẽditum per remiſſionem ſalarij ab Officiali factam, & per retentionem à Barone hoc modo procuratam, Capoblanc. prag. 4. n. 19. prohibitũ eſt enim officia per Barones vendi, & officiales emi, emẽtes enim parati sũt vendere, & ex hoc omnia mala ſequũtur, Reg. d'Aponte. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de electione official. in rubric. n. 6. & 7. & in Regno cautum hoc reperitur ex Prag. 4. de Baronib. de qua mentionem facit, idem d'Apont. ibid. n. 12. qua cauetur officia vendi non poſſe ſub graui pœ-
47 na, & idem fuit diſpoſitum per D. Comitem de Lemos in alia prag. 23. de Baronib. in qua ampliatur id intelligi, & procedere quotieſcumq; Barones cõcedunt of-
48 ficia vnita cum actuariatu, adhuc enim dicitur officium venditum, vndè concludo officialem ſalariũ habere, & ei competere.

Pone, ꝙ quis fuit deſtinatus ad capiendam informationem, vel aliquod negotium peragendum, & in illo negotio poterat adeſſe decem dies, vel oportebat decem dies adeſſe, & tamen cõpleuit in
49 quatuor, vtrum debeatur ſalariũ decẽ dierum, vel tantùm illorum quatuor, intra quos ſe occupauit? prima fronte videtur dicendum deberi ſalarium dierum decem; nam ſuo labore, & induſtria perfecit in quatuor diebus, quod oportebat in decẽ, ex gloſ. quam omnes tangunt in l. eos ff. de falſ. & adducit Petr. ad Capic. deciſ. 27. concordat Rouit. ad prag. 6. de commiſſarijs non deſtinand. n. 10. ſequitur Capoblanc. prag. 16. n. 53. motus ex Barboſ. & Menoch. ibidem relatis, & eandem rationem aſſignat, & ſic vidi multoties in hac R. A. dubitatum, & inde obſeruatum, nempè quòd ſoluatur ſalarium omnium dierum, quamuis per minus ſpatium ſteterit in negotio. Ego autem dico, quia ſalarium commẽſuratur labore, & etiam quia dieta comple-
50 ta debet continere viginti milliaria, & quando ſumus infra, nõ debetur tota. Vlterius eſt cautum, ꝙ teſtes examinari debent qualibet die, iuſta numerũ prag. & ſi cõmiſſarij coartarẽt tempus a ius publicum offenderetur, & proinde eſſet in arbitrio commiſſarij prorogare, vel abreuiare, ꝙ permittendum non eſt; auctoritas

enim iudiciaria læderetur, ex Bo-
51 uadill.tom. 1.politicor.lib. 2.cap. 21. n. 245. vndè diſtinguendum cenſeo, quòd: aut tractatur de ſolutione ſalarij dierum, vel temporis maioris, in quo ſe occupare oportebat, & ſe occupauit, & perfecit in tempore minori, & tunc ſalarium maioris temporis debe-
52 tur ex rationibus adductis; aut verò tractatur de longitudine loci, vel de quantitate miliarium, ad quamlibet dietam tangentium, & in hoc caſu viginti miliaria re-
53 quirũtur. [Spatium enim viginti miliarium facit dietam, Nouar. in Sũm.bullar.tit.de pollut.Eccleſiarũ, n.9.] adcò, quòd ſi minora intercedunt, ſalarium commenſuratur, quòd ratione dietarũ debetur, ſi tamen deberetur ſalariũ, non per dietas, ſed pro itinere, poteſt ſalarium augeri, & minui, Bouadill.ibid.n.242. [prout in ſimili, ſi Medicus ad viſitandum infirmum vocatus fuerit, & diſtantia erit pro tribus diebus, & perfecit in vnum, an ſalarium trium dierum habeat, vel vnius diei? vide Rip.de peſt. tit. de remed. ad curand.peſt.n.134. & ſeq.Mut.to.3. cap.Sicil.cap.16.n.3.& 4. cap.27. n.12.15.& 25.& nuper Reg. Rouit. deciſ.66.]

Tamen quando in negotio quis ſe occupauit hebdomoda poteſt diem hebdomodæ eligere, abſti-
54 nẽdo à labore, vt in illo die quieſcat, gloſ.in cap.cupiẽtes de elect. n. 6. in verb. cõmodè in fin. & Ariſtot. lib. 8. politic. dicit quis quis laborat, requie opus habet.

Quomodo autem computentur, & conſiderentur hęc miliaria, Bouadill. tom. 2. politicor. lib. 4.n. 53.& ſeq.diffusè tractat, tàm mo-
55 rè Gręcorum, quà Agyptiorum, & Hiſpanorum, & de iure tàm ciuili, quam canonico, ad quẽ me remitto, ne exemplare videar.

Et an incipiat à prima hora ſolis, vel ſufficiat, vt ad veſperas, vel alia
56 hora diſcedat? vtilitas eſt ad cõputanda militaria, vel numerandas dietas, idem Bouadill. tom. 1. lib. 2.cap. 21. n. 240. in fin. tenet à prima hora ſolis currere, adeò quòd ſi ad veſperas, vel poſt diſcedat, ſalarium diei totius nõ habebit, ego autem dico, quòd connumerantur dietæ pro acceſſu, receſſu, & mora, dũmodo quęlibet dieta viginti miliaria, vt ſupra dixi, contineat, ex Ronit.prag. 6.de comiſſ.non deſtin.n.10. v3. dietæ pro acceſſu, & receſſu debentur ratione ſumptuum, & expenſarum in itinere, dietæ verò, quæ currunt in adminiſtratione negotij vocantur pro mora, & debentur ratione laboris, ideò vtrumque ſalarium debetur, Reg. de Apont.in tract.de poteſt. Proreg.tit.de aſſenſib.Reg.§. 5.n.35.

Et ſi contingat in vnico acceſſu videre plures differentias inter plu-
57 res, vel diuerſas partes vertentes, vnicum ſalarium debetur, repartiendum inter omnes, Rouit in prag.63.de offic.Sac.Conſ.n.4. &

iterom

iterum ad prag. 6. de commiſſar.
n. 10. [nec poteſt expẽſas immo-
deratas petere, ſed quales domui
ſuæ facere cõſueuit, Mut. cit. tom.
3. cap. 27. n. 24.]

De ſalario debito Aduocato, Medi-
co, Notario, Tutori, Balio, Vaſſal-
58 lo, & aliis remitto me ad Ricc.
collect. 179.

Illud tamen notandum neceſſariò
puto, quòd ſalarium Aduocati, ſi
de cauſa ciuili agitur, ſummam
ducatorum centum non excedit,
59 ſi verò de criminali, cùm de vita
hominis tractetur, non eſt taxatũ,
Io. Amic. conſ. 148. n. 8. [hodie
verò eſt In omnibus arbitrariũ.]

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Salarium famulorum quomodò debeatur.

An præſcribatur triennio.

SVMMARIVM.

FAmulorum ſalarij cauſa, an ſit ſummaria, & admittatur appellatio, num. 1. & 2.

Salarium an ſufficiat, vt promittatur, vel neceſſe ſit, vt conueniatur, n. 2 & 3.

Salarium promiſſum ſolui, prout in regione ab alijs ſi diuerſimodè fuerit ſolutum, ad quam rationem debeatur, num. 4.

Salarium famulorum quo tempore diei debeatur, & a qua hora incipiat currere, num. 5.

Salarium famulorum, an preſcribatur, & quo tempore, num. 6.

Quid in Regno Luſitaniæ, & Hiſpaniæ, quæ concurrere debeant, num. 9.

Famuli ſalarium à dominis in camera ſoli recipiunt, num. 7.

Dominus ſi affirmet ſoluiſſe, & famulus neget, cui credatur, num. 10.

Salarium per annum non petitum per famulum, an peti vlterius poſſit, num. 11.

Operarij an eceſſiuam ſolutionem petant, vel moderari debeas tempore meſſium, vel vindemiarum, & ſic neceſſitatis, num. 12. 13. & 14.

Famulus paruulus animalia cuſtodiens, & nullo conuento ſalario, ſufficit habere alimenta, n. 15.

Alimenta an cum ſeruitijs compenſentur num. 17.

Dominus poteſt retinere veſtes famuli ſui debitoris ab eo diſcedentis, num. 18.

An poſſit propria auctorite illum ſpoliare, num. 19.

Famulus expulſus a domina verbis iracundis, an teneatur redire, vel orperas ſuas alteri locare poſſit, nu. 21. & 22.

IN hoc tertio capit, iuxta promiſ-
ſa de Salario famulorum tracta-
re intendo, quorum caſa ſumma-
1 ria eſt, ex Marant. in practic. di-
ſtinct. 8. n. 197. & in conſ. 34. n. 2.
& non admittitur appellatio ad
finem impediendi, Angel. in l.
2 quisquis C. quor. appellat. nõ re-
cipiat. Ann. ſingul. 42. & an ſuffi-
ciat, vt promittatur, quamuis nõ
conueniatur, Marant. cit. conſ. 34.
n. 2. affert, ꝙ ſufficit, vt promitta-
tur. Mart. verò vot. 99. contrariũ
3 ſentit, nempè non deberi niſi
conueniatur, etiã ſi promittatur
in illis verbis: ſatisfaciã tibi plenè,
ꝙ oportet. n. cõſtituatur, & taxet.

Dubitatur tamen de vno, ꝙ in dies
euenit, Titius vocat multos ope-
rarios

rarios profodienda vinea, vel alio
4 opere peragẽdo, quibus promittit dare ſalarium, prout ſoluitur in regione ab alijs inde reperitur, quòd quidam ſoluunt ad rationẽ caroleni vnius, alij granorũ duodecim; alij verò granorum quindecim pro qualibet die, quæritur, ad quam nam rationẽ Titius debet ſoluere ſuis operarijs? dicas, quòd tenetur ſoluere ad rationẽ caroleni vnius, ex particulari deciſ. Guid. Pap. 252. ſequitur Rendell. de vino, & vind. fol. 14. verſ. promiſi dare.

Et an debeatur poſt occaſum ſolis, vel ſero opere perfecto, aut verò
5 de mane, vel meridie? dicas ꝙ debet in fine diei ante occaſũ ſolis. ex Deuteron. c. 24. in illis verbis: Sed eadem die redes ei prętium laboris, quia pauper eſt, & ex eo ſubſtentat animã ſuam, ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatũ, & iter. ex leuitic. cap. 19. in illis verbis: Non morabitur opus mercenarij tui apud te vſque manè, & alias ex Tob. cap. 4. in illis verbis: quicumq; tibi aliquid operatus fuerit, ſtatim ei mercedẽ reſtitue, & merces mercenarij tui apud tẽ omninò non remanet; & alibi: Non retinebis mercedem operarij tui, adeò, quòd ex omnibus aperte colligitur, huiuſmodi ſalariũ eſſe de Iure Diuino [& proinde Iudex cogit. dominos ad ſoluendum ſalarium famulo, Bouauill. tom. 1. poltic. lib. 2. cap. 2. n. 33.]

Verùm huiuſmodi ſalarium præſcribitur triennio, Gratian: deciſ. March. 53. n. 5. & 6. concordat
6 Pereir. deciſ. 46. n. 1. & in Curia autem Romana biennio, ex Giurb. deciſ. Sicil. 13. & poſt iſtos omnes Carocc. in tract. de except. except. 44. n. 23. & ſeq. & aſſignat rationẽ, & illa eſt, quia famuli, vt plurimum, & ſimiles operarij tanquam egeni quando
7 pecuniam à Dominis recipiunt in camera ſoli, vel alibi inter eos in compotum ſalarij, & Domini in hoc teſtes habere nõ poſſunt, & ita ſolitum eſt, & ſic communis eſt obſeruãtia, & proinde præſumitur ſatisfactum, nec pręſumitur pauperem tàm diù ſtetiſſe;
8 ſint cauti igitur Dominĩ pecuniã dantes ad euitandum litigia; & ſic ſeruari in Regno Luſitaniæ, & Hiſpaniæ dicit Molin. de Iuſt. & Iur. to. 1. tract. 2. diſput. 67. litera b, & c. qui dat rationem quare pręſcribitur triennio, ne pluries inde debitum ſoluatur; famuli enim quocumque tempore pro-
9 bare poſſunt ſeruitia, domini verò difficilimè ſolutionem. Debent tamen duo concurrere; primum, quòd ille dominus triẽnio illo perſeueret in loco, in quo, in famulum recepit alterum, quod famulus annum vigeſimũ quintum attigerit, Molin. de Iuſt. & Iur. tom 1. diſput. 67. fol. mihi 257. qui diſputat. an procedat de Iur. & Gamb. deciſ. 334. [& Domino agenti contra famulũ perpetuo

petuo competit actio Pereyr. de-
ciſ.46. num.6.]
Ego quando caſus euenit, conſului,
quòd credatur Domino aſſerenti
ſoluiſſe, non autem famulo ne-
10 ganti, ea ratione, quia ſalarium
huiuſmodi de cõmuni obſeruan
tia ſoluitur, minutatim, dietim,
& menſatim, Carocc. deciſ. caſ.
104. & addo Bonacoſſ. de ſerui-
tut. queſt. 104. vbi ſalarium per
11 annum, non petitũ per famulũ
amplius peti nõ poteſt, vide Mar-
ſil. ſing. 101. & Petr. ad Capic.
deciſ. 163. litera a.
Famulus verò paruulus, qui nullo
conuento ſalario cuſtodit anima
12 lia, ſalarium petere non poteſt,
ſed ſufficit habere alimẽta, Petr.
de Vbald. in tract. de duob. fra-
trib. par. 4. n. 19. in fin. Quod
13 procedit etiam in ſenibus, &
ęgrotantibus, Afflict. in cap. 1 §.
mutus col. 4. in tit. Epiſcop. vel
Abbat. & procedit etiam in eo,
14 qui longo tempore ſeruitia ali-
cui præſtitit ſine terminata mer-
cede, & tantũ alimenta habuit;
nã tunc alimenta cum ſeruitijs
ipſo iure intelliguntur compen-
ſata, Magon. deciſ. Lucenſ. 9.
Puteus deciſ. 1. lib. 4.
Si famulus receſſit à domino, cui
debitor remanſit, eius bona do-
15 minus retinere poteſt, donec ſol-
uat, Ann. ſing. 187. Et an in tali
caſu poſſit dominus repetere ve-
ſtes à famulo recedente, etiam
ſi eſtimatas dederit, vel propria
16 auctoritate ſpoliare? vide Bald. &
Imol. in l. & in his §. ſeruis ff ſolut.
matr. Aufrer. deciſ. 337. vbi habe-
tur quomodo, & quo nam tẽpore
veſtimenta debetur.
Quid ſi ſeruus habitis verbis cũ do-
mino calore iracundiæ fuerit ab
17 eo expulſus eo tempore, quo ſer-
uire debeat, an in tali caſu intelli-
gatur famulus liberatus à ſeruitio,
ita, vt poſſit operas ſuas alteri lo-
care? dicas quòd non, Benedict.
18 de Plumb. in repetit. l. ſtatu libe-
ros §. final. & ibi addentes ff. de
ſtat. liber. vbi ſi famulus alium ac-
ceperit dominũ, ex hac expulſio-
19 ne ad primum redire tenetur in-
fra modicum tempus. [Si famu-
lus duo, vel plura ſeruitia, ſiuè di-
uerſa exercitia fecerit, an dupli-
catum ſalarium habere debeat,
vide Caſtill. deciſ. Sicil. 49. n. 3.
Sed pone, quòd tempore meſſium,
ſiuè vindemiarum non ſit copia
operariorum, & pauci exiſtentes
vellent exceſſiuum ſalarium, an
ſit moderãdum? inuenio hoc ac-
cidiſse in anno 1574. in partibus
Apuleę, vbi meſsores multi acceſ
ſerant tempore meſſium pro tri-
tico ſecando, qui vidẽtes magnũ
calorem, & ſic exceſſiuum, & ferè
inſopportabilẽ de cęlo profluen-
tem conuenticularunt ad inuicẽ
illa nõ ſedando, niſi magnũ prę-
tium eis ſolueretur, videntes Maſ
ſarij Apuleæ, & Patroni agrorum
iſtum exceſſiuum calorem con-
ſiderãtes frumẽta, & fruges poſſe
deperdi, niſi citò magnaque dili-
gentia è terra tollerentur, ad eui-
tanda

tanda tot damna, meſſoribus promiſerunt quantum illi volebant, & illi meſſores hac promiſſione magnæ pecuniarum quantitatis gaudentes, granum ſecarũt, interim agrorum patroni notitiam dederunt de hac noua inuentione meſſorũ Domino Cardinali Granuela, tunc Regni Proregi, qui conſiderans hãc cauſam magni caloris fuiſſe anſam, nedũ extorquendi, & inſolitam mercedem petendi pro ſolito labore. Immò, & recattãdi pauperrimos maſſarios, zelo, motus, ad reprimẽdam audaciam talia committentium iuſſit illos carcerari, & ad triremes cõdemnari cum aliquibus qualitatibus, & cicumſtãtijs grauantibus, vt apparet ex literis per Scriptorium relaxatis, quarum tenorem placet inſerere ad ſucceſſorum notitiam, & inſtructionem, vt in ſimili ad inuentione quid ſeruatum fuit ſciatur.

Al muy mag. Señor, el Señor Don Antonio Borja Gouernador de la Prouinçia de Princip ad Vltra. Monteſuſco.

Intus verò. *En otra carta de la dada deſta ordeno à V. M. que porque conuiene por ſeruiçio de Su Mageſtad, que los hombres, que en ella ſe nombran, ſe hayan a las manos, que en recibiẽdola ſin perder tiempo alguno prouea V. M. como Comiſſario delegado por mi, como Capitan General, que ſe prendan, dando cargo deſto a perſonas de recado, y confiança, y de quienes eſte ſatisfecho, que en la effecucion dello pongan el cuydado, y diligençia, que cõuiene al dicho ſeruicio, y que les aduierta V. M. que como los fueren prendiendo, los vayan lleuando a las carceles deſſa Audiençia, porque, como eſten en ellas, le dare yo orden de lo que hà de hazer dellos, en eſta digo lo miſmo, dando a V. M. cumplido, y baſtante poder para eſto, y lo de mas que para el complimento dello fuere neceſſario hazer los nombres de los hombres que hà V. M. de hazer prender, como eſta dicho ſon, v3. Cola de Martone de Calitri, Iuan Donato Muciolela de la Torella, Iuan de Saluatore de Calitri, Andrea Scanna de Sancto Iorio de la molinara, Matteo de Luccia, Marc'Antonio de Luccia, Domenico de Froico, Juan Baptiſta Maſcela, Iuan Baptiſta Filipello, Hieronimo Villano, Juan Donato Buccela, Iuan Baptiſta Pitriruſſo, Gregorio Facia, Ferrante Capiloſo, Iulio de Gentile, Baptiſta de Peſone, Pomponio Lembo, Angelo Coluccio, Iuan Baptiſta Ferro, Nicolao Tetta, Pietro Faſſano, todos, de la Torella. Dominico Valente de Gariſſo, Orlio de Caſalarbole, Julio di Ceſare di Santo Iorio, Proſpero de Monte apierto, Iulio Cola Mantriota, Maſtro Stefano de Terribilota de la Pitina, Angelo de Siona de Vallata, Proſpero Mauro de Maſicela, Dominico de Vicero de li Cuſſati, Iulio de Gionello de Cariſſi, Iocobo di Marco di Vizmo, Iuan Antonio de Ciarlo de Calitri, Beneditto di Iulio, Baptiſta de Vallata, Baltaſar Cirello de la Cidogna, Franceſco Cuzzo, Troiano Buzzacco, Iuan Hieronimo de Franceſco de Calabrito, Franciſco de Iuan de Baſſanoy, alias Portillo, Fabritio de Cumello de*

lo de Cariſſe, Chiumiento de Pietro de Villamayna: y porque la dicha carta ſe hà hecho ſolamente, paraque ſi los en ella contenidos, que ſon los Anteneros de los Metedores del trigo, y ceuada, a los que dellos ſe prendieren, como ſe fueren tomado quiſieren ſaber, porque los haze V. M. carcerar ſe las puede moſtrar, paraque vean, que es por orden mia, ſin que puedan entender por entonces la cauſa porque eſta ſe haze: ſe aduierte V. M. paraque lo tenga entendido, y lo haga aſſi ſin publicarla, haſta tanto, que eſten preſos todos, ò la major parte dellos porque ſi ſe ſupieſe la voz caminaria, y llegaria à noticia de muchos, lo qual empediria el effecto, que ſe deſſea hazer, y por eſto conuiene que eſte ſecreto haſta que, como eſta dicho eſten carcerados todos, ò la mayor parte dellos, y entonces hà V. M. de publicar, y dezir, que yo he mandado, como por la preſente mando (como Capitan General) que ſiendo los dichos preſos Anteneros de los Metedores del trigo, y ceuada, y hauiendo hecho monopolio entre ellos, y tractado de no querer meter las dichas victuallas ſino con ſalario muy grande, y con hazerſe dar por el victo dellos, y de ſus compañeros, coſas fuera del ſolito, lo que ha ſido cauſa, que ſe hayan ſubido a exceſſiuos precios en gran diſſeruiçio de Dios, de Su Mageſtad, y porjuyzio comun deſte Su Reyno, y en mucho daño de Su Real hazienda pues con eſto han baxados las tratas, que ſuele cada año conceder aqui, que es vno de los principales miẽbros della, de mas del, que manifieſtamente ſe reſcribe con los miſmo en ſus armadas y exercitos con las muchas, y grandes prouiſiones, que para ellas de ordinario manda hazer, y ſeñaladamente en eſte dicho Su Reyno, y que queriendo proueer ſobre eſte, come conuiene, me hà pareçido paraque à los ſobre dichos ſea caſtigo, y otros con el tomen exemplo en lo venidero os encargo los condendaìs en galera, à mi beneplacito, como por la preſente los condendo, como Capitan General, el qual orden es mi voluntad, por el bien publico, y que hecho eſto prouea V. M. que todos los ſudichos, que fueren preſos, y condenados ſe trayan aqui a las carceles de la Grã Corte de la Vicaria, paraque ſe execute en ellos la dicha condendacion, y me darà V. M. auiſo de quando ſe vengan aqui, porche ordene a las perſonas, che veniren en galera con los condenados, que por todas las tierras por donde paſſaren, y por el camino, que ſtuuieren digan publicamente, porque ſe han condenado, porque aſſi conuiene pòr buen reſpecto, y en eſto no ſe hà de guardar à ninguno en todo lo que dicho es, ſino, que todos ſean yguales, como es mi voluntad, y que V. M. me vaya dando quenta de lo que en cumplimiento deſto fuere haziendo, paraque yo lo tenga entendido Guarde N. S. la muy mag. perſona de V. M. come puede. De Napoles a 7. de Agoſto 1574. A lo que V. M. mandare Antonio Cardinal de Granuela.

Et adeò Regia Curia Maſſarijs fauet, vt ex prag. 15 de Annona eſt ſtatutum circa Antenerios, vt ſi pecuniam ante tempus recipiunt in partem pro ſecando tritico tẽ-

pore Arearum, ſi inde deficiunt pœna triremium per triennium, digni ſunt.

Verùm, quia ſunt literæ per Scriptorium relaxatæ, quæ non ius, ſed exemplum tribuunt, neceſſarium arbitror, quid de iure ſeruandum ſit differere, quando meſſores, vel vindemiatores, ſiuè alij operarij exceſſiuam mercedem conſequi velint pro opere ordinario, an poſſint taxari, moderari, & ad ordinariū reduci? & duplex opinio affertur, vna affirmatiua pro meſſoribus, & laborantibus, alia negatiua contra ipſos.

Pro affirmatiua, & ſic parte meſſorū, vindemiatorum, ſiuè aliorum laborantium in opere, vt non poſſit moderari, adducitur illud B. Pauli Apoſtoli dictum, vt mercenarius ſit dignus mercede ſua, & iùs; nec natura patitur laborem eſſe ſine mercede, qua laborantes fraudandi non ſunt, & ſignanter quando labor cōſiſtit in opere perſonali, quæ & ſi minimum ſit, maius quolibet prætio dicitur. Nouar. de grauam. vaſſallor. tom. 1. grauam. 112. n. 3. & 7. iſta enim opera laborantiū iudicantur perſonalia ex habilitate perſonę, & quod verū ſit, non cogitur vaſſallus ire de vna terra ad aliam ad metendum granum Baronis, Nouar. in prag. 1. de Salar. n. 6. quando famulo laboranti nō ſoluitur iuſtum ſalarium etiam ſi ob paupertatem ſit coactus paciſci pro vili prætio, & non conformi labori, poteſt damnum recuperare, & æquiualentē ſatisfactionem petere, ex aductis per Dian. part. 3. reſolut. moral. tract. 6. Miſcell. reſolut. 16. folio mihi 189. nec poteſt dici vera ſolutio quādo eſt incōgrua ad laborem, nec ſoluentis habere debet nomen, qui effectum integræ ſolutionis non patitur, Nouar. de grauamin. vaſſallor. tom. 1. grauam. 113. num. 3. 4. & 6. quod à memoria non excidat; ſalutare enim eſt.

Pro parte verò affirmatiua, & ſic cōtra meſſores, alioſq; operarios, vt poſſit moderari adducitur conſtitutio Regni incipit magiſtros mecchanicarum artium in fine, qua cauetur, vt Baiuli poſſint cōſtituere tēpore meſſium, & vindemiarum, & ſimilium certam mercedem, quam operarijs non licet traſgredi, idem firmat Afflict. in dicta conſtit. n. 3. ſequitur Rendell. in tractat. de vindem. & vino tit. de obſeruanda in vindemijs cap. 1. verſ. hinc eſt folio mihi 20. col. 2. & iuſtitiarius cognoſcit oppreſſiones, quas ſubditi patiuntur, Foller. in conſtitur. Magiſter. iuſtitiar. n. 31. & 32. & Bouadill. tom. 2. politicor. lib. 5. cap. 4. n. 36. affert poſſe ſalarium exceſſiuum petitum, vel prętenſum moderari ad iuſtum, & ordinariū, & in Regno noſtro, ne Doctrina in terminis careamus, adducitur ſolēnis Doctrina Reg. de Apont. in tract. de poteſtat. Proregis tit.

de

de diuerſis prouiſionibus, cap. de limitatione expenſarum, num. 11. qui ſalarium immoderatum, ſiuè ſolutio exceſſiua pro labore tempore meſſium, & vindemiarũ per meſſores, & vindemiatores, ſiuè alios petitum, vel prætẽſum, poſſe reduci ad ſolitum, iuſtum, & ordinarium affert, & ampliat procedere in omnibus exceſſibus ab illis, qui curam habent abundantiæ ex hoc enim exceſſiua ſolutione ſalarij oritur, vt poſtea carius vendatur, ſequitur Thor. in additionibus ibid. fol. mihi 194. Petr. ad Gram. deciſ. 75. n. 7. qui ampliat procedere etiam in deputatis Ciuitatis, qui poſſunt alteratas penſiones domorum moderare, & ad ſolitas reducere, ex Stracca ibidem relato.

Et prętium alteratum in venditione rerum comeſtibilium poſſe reduci ad iuſtum, dicam infra in tit. de Annona cap. 1. n. 7. ad med.

Et ſi operarius pluuia à cęlo proueniente fuerit impeditus, vt operari non poſſit, an ſalarium totius diei conſequi poſſit? Paſcal. de patria poteſtat. par. 4. cap. 6. n. 40. remittit ſe ad Natta conſ. 229. lib. 1.

Ergo concluditur nedùm tempore meſſium, & vindemiarum, ſed alio quolibet taxam fieri poſſe, & exceſſiuam, vel inſolitã ſolutionẽ petitam moderare.

Et alias in Anno 1638. vbi magni calores æſtiui imminebant, meſſores nolebant accedere ad frumenta ſecanda, niſi magna ſolutio ſibi promitteretur, & fortè excedebat valorem frumenti, quod quilibet ſingulo die colligebat, & ex his agrorum patroni, ne fruges deperderent, promiſerũt dare illis, quod petierant, inde recollectis frugibus, conqueſti ſunt, de exorbitãti petitione ſalarij, & audio fuiſſe magnam controuerſiã, ſi poterant illa Tribunalia manus imponere; tamen perpenſa hac doctrina, ſalarium moderarunt, & ad ſolitum reduxerunt, quod tenementi; caſus enim ſolet ſæpè incidere.

Sed poſt quam de meſſoribus materiam ſum agreſſus; tu ſcis quòd quãdo meſſores granum colligũt, ab eorum manibus, illę ſpicę cadunt, & fuit dubitatum ſi poſſunt ab aſſiſtentibus illę ſpicę Colligi, & de Iure diuino eſſe relinquendas ad beneficium aduenarum, Pupillorũ, & Viduarum idem in racemis vuarum, & oliuis habetur, ex deuteronomio, cap. 24. vbi habentur hæc verba:

Quandò meſſueris ſegetem in agro tuo, & oblitus, manipulum reliqueris non reuerteris, vt tollas illum, ſed aduenam, & Pupillum, & Viduam auferre patieris, vt benedicat tibi Dominus in omni opere manuum tuarum, ſi fruges collegeris oliuarum quicquid remãſerit in arboribus non reuerteris, & colligas, ſed relinques aduenæ Pupillo ac Viduæ, ſi vindemiaueris vineam tuam non colliges remanentes racemos, ſed cedãt in

vſus aduenæ, Pupilli, ac Viduæ.
Vnde eſt vulgatum illud adagium in campis poſſe ſpicas colligere, quòd corrupto communi verbo dicitur:ſpiculare,ſequitur Taſſon.de anteſat.verſ.3.obſeruat. 4. n. 75. & Capoblanc. in prag. 8. part. 1. n. 364. qui refert in Sacro Conſ. iudicatum pro Vniuerſitate Zullini cum Barone licere omnibus colligere tantùm ſpicas ſaluis gregnis, & germitibus, idem affert Rendell.de vinea, vindem. & vino parr. 2. tit. de vindemia quæſt.76.fol.mihi 39. col. 1.& ex aliegenis, Mut.tom.3. cap. Sicil. cap.1.Regis Ferdinandi Primi n. n. 37.fol.mihi 369. qui affert, vt collectis fructibus nullus poſsit prohiberi in agro ſuo ingreſſum, & paſtum.

Et ratio eſt,quòd collectis fructibus, Dñs habet illas ſpicas, illos racemos pro derelictis, & videtur Dominũ permittere, vt omnes illos colligant, Rendell. cit.tit. quæſt. 53.& quòd in ſpicis,& ſtipulis nõ poſſunt immitti animalia, refert Monaci ad Minadoes d.52.n.20.

Et redeundo ad propoſitum,ſcias,ꝙ Excellentiſſ. Dux Medinæ in hoc Regno Prorex pro erigendis triremibus ad defenſionem Regni commiſit Auditori Marcello d'Enrico, vt à nemore Terræ Pratæ aſportare faceret multa lignamina inciſa ad Ciuitatem Neapolis, & pro ipſorum aſportatione Vniuerſitates taxaret, & compelleret,qui ſimpliciter taxauit Vniuerſitates Prouinciæ, & quamlibet pro rata, vt lignamina cum carru,& bobus aſportarent; verũ, quia multæ Vniuerſitates bobus habilibus carebant,quærebant ſe concordare cum forenſibus Pratæ, vt eam Neapolim conducerent,forenſes exceſsiuũ,& immoderatum ſalarium petebant,& dubitatum fuit, ſi huiuſmodi taxationes fieri poterant, ex Bald. in l. 1. C.de Epiſcopal. Audient. forenſes afferebant non eſſe locum moderationi, quia laborioſum, iter oneroſum erat onus, & non ſubiacet ordinario ſalario; quando enim ſunt ſeruitia grandia inſolita,& valdè excedentia, quamuis prætium ſit conuentum, non de iure,ſed tamen ex quadam honeſtate,& potius gratitudine, & debito morali tenetur ad æquiualentem ſatisfactionem, Diana reſolut.moral. par. 3. tractat. 6. Miſcellan.reſolut.16,ad fin. fol.190. in qualibet aſportatione, & quolibet itinere adhibentur plura animalia,vnde ex augumento, & adhibitione aliorum animalium augetur labor, & quando labor augetur,debet augeri ſalarium,& è contra, ſi minuitur, debet minui,Franc.Marc.deciſ.449.par.2. Marcheſan. de Commion. tit.de commiſsion.appellat.part.1.cap. 19.n.19.Maſtrill.de Magiſtratib. lib. 1. cap. 21. n.15. & ex noſtris Nouar.ad prag. 1. de trigeſ. n.8.

Inſuper addebant ex hac aſportatione lignaminum animalia nimis

onerari,

onerari, & quando animalia nimis onerātur, & boues cū labore ...gūt, debetur maius ſalarium, vel quando boues, vel alia animalia trahunt magnos lapides, ſeù molas, eſt conſiderandum illud ſalarium, Nouar. de grauam. Vaſſall. tom. 1. grauam. 205. n. 1. & 2. Capoblanc. prag. 16. n. 39. & ſic inferebant eſſe ſoluendum ipſis foreſibus magnum ſalarium, quia magnus eſt labor.

Pro Vniuerſitatibus contra forenſes dicebatur, ſalarium cum curru, & bobus eſſe in Regno taxatum ad rationem carolenorum decem pro quolibet miliario ex prag. 2. de ſalario, & poſſe illos compelli ad lignamina trahendum, vti ſolitum, & habētes boues idoneos, debeţ cōtentos eſſe ſalario taxato refert Bouadill. tom. 2. politic. lib. 3. cap. 3. n. 63. & etiam quòd eſſet conuentum pro inſolito ſalario, adhuc ad iuſtum eſt reducendum nedùm ex allegatis, ſed ex adductis per Dian. reſolut. moral. par. 1. tractat 14. reſolut. 7. verſ. ſed hęc limitatio, fol. 201.

Et tandem poſt multas hinc inde difficultates, auditis per eundem Auditorem Enrico impertinentibus petitionibus pro exceſsiua mercede moderauit, & ad ęquam & rationabilem, & labori proportionatam reduxit, de qua moderatione, & forenſes, & Vniuerſitates contentæ extiterūt ex quibus omnibus concludas tu poſſe immoderatum ſalarium petitum moderari ad ſolitum, iuſtumque reduci.

Prout in ſimili, ſi accuſator pro ſuo intereſſe exceſsiuum prætium petierit, vt remittat, poteſt Iudex illud arbitrari, & reducere ad ęquū & rationabile, conſiderata qualitate perſonæ, loci, & temporis, Capoblanc. tom. 1. prag. 6 nu. 74. & ego tetigi in tom. 2 tit. de remiſſion. par. cap. 1. n, 33. & ſeq.]

DE EXILIO, ET RELEGATIONE

Caput I.

ARGVMENTVM.

Exilium quotuplex ſit. Quid ſit,
Quæ ſit practica poſt exilij condemnationem.

SVMMARIVM.

Exilium eſt ſcelerum pœna, & cadit vbi virtus non eſt, num. 1. & 62.
Exilium vndè dicatur, num. 2.
Exilium triplex eſt, num. 3.
Iudex an poſſit condemnare ad exulandū cum poteſtate redimendi, num. 4. ad 10. 16. 17. & 18.
Et ſi diceret exulet, vel ſoluat tot, num. 11. & 15.

Car=

Carceratus longo tempore exulandus exilium minuitur, & carcer cædit loco pœnæ, num. 10.

Baro habens facultatem commutandi pœnam, an poſſit commutare pœnam exilij in pecuniariam, num. 13.

Officiales Regij, an facultatem commutatiuam habeant, & reſeruare poſſunt, num. 14.

Princeps an reſeruet hanc facultatem redimendi, num. 15.

Exulatus alternatiuè exulet, vel ſoluat, vnam viam eligens, an poſſit aliam eligere, num. 9.

Electione facta, non datur variatio, n. 20.

Exulatus exilium acceptans, an poſſit reſiduum exilij redimere, num. 21. & 22.

Exulatus exulare debet a locis reſidentiæ Proregis, num. 23.

Exulatus a Ciuitate, an cenſeatur exulatus à territorio, num. 24. 25. & 26.

Ciuitatis appellatione, an veniant ſuburbia, num. 29.

Exulatus a loco delicti, an ſit exulatus, a loco originis, ſeù propria patria, num. 27. & 28.

Exulatus terminum ad colligendum ſarcinulas habere debet, & quæ ſit eius practica, num. 29. ad 36.

An aliam dilationem habere habeat ibidē.

Dilatio ſecundo loco exulato conceſſa, a quo die incipit currere, num 37.

Exulatus, an poſſit pendente termino ad colligendum ſarcinulas in propria patria manere, num. 37. 50 & 51.

Exulatus, ſi exilium acceptauerit, & cautionem præſtiterit, ſed non petijt terminum ad colligendum ſarcinulas, ſi captus in loco interdicto, an pœnam ſoluit, num. 38. & 39.

Exulatus ſi fideiuſſorem non inuenit, iurat ſeruare fines, & quomodo, num. 40.

Terminus datus ad colligēdum ſarcinulas, an minuat exilium, num. 45. & 42.

Frangens exilium quæ ſit eius pœna, & an teneatur ad pœnam fideiuſsionis præſtitæ, num. 43. ad 46.

Appellatus ſi gratis curiæ ſe remiſerit, an poſsit appellare, & reformationem petere, num. 47. & 48.

Remiſsio non reuocatur propter ingratitudinem ſuperuenientem, num. 48.

Exulatus an redire poſsit ad locum interdictum finito tēpere abſq; licentia, n. 29

Quid in condemnato ad triremes, num. 59.

Condemnato ad exulandum poteſt apponi clauſula, quòd pendente termino ad recolligendum ſarcinulas non exeat de domo, num. 51.

Exulatus, vel guidatus an poſsit permanere in Eccleſia ſita in loco ſibi interdicto num. 52.

Iudex an poſsit relegare inquiſitos in locū ſibi non ſubditum, & quomodo, num. 53. 54. & 55.

Epiſcopus poteſt relegare ſuum ſubditum extra ſuā Diœceſim cum conſenſu Ordinarij illius loci, num. 56. & 57.

Condemnato ad exulandum, an poſsit apponi clauſula, vt exulet per tot miliaria, num. 58.

Don Franciſcus Caracciolo Marchio Vulturariæ laudatur, num. 56.

Scipio de Tuſo, Baro Tuſi laudatur, n. 60.

Iudex ad ſcandala, & inconuenientia euitanda poteſt aliquid prohibere, num. 61

Exulatus ſi obtinuerit gratiam a Barone, vel a parte remiſsionem cum clauſula, vt non accedat per tot annos, an teneatur clauſulam ſeruare, num. 63. & 64.

Et

Et ſi capit exilium ſeruare cum clauſula prædicta, an poſſit nullitatem opponere, num. 65.

Iudex an teneatur apponere in ſententia tempus exilij, & ſi non appoſuerit, quomodo intelligatur, num. 66. & 67.

Pœna exilij, an includatur conceſſo caſtro cum iuriſdictione, & exilio, & de quo exilio intelligatur temporali, vel perpetuo, num. 68.

EXilium, cũ ſit ſcelerum pœna, & illud cadit vbi virtuti locus non eſt, vnde omnes ſcelerati, & impij, qui quieti non
1 vacant beneficio, & auxilio legis abutuntur, exules ſunt, ideſt extra Patriam eijciuntur viuentes, & exulandi in exilio vitam agunt, hoc autem verbũ exilium ab exu procedit, ideſt extra ſolũ natale,
2 hoc eſt extra patriam, & eſt vna de pęnis, quę per leges infligitur criminoſis, & delinquentibus, nec poteſt maior pœna irrogari, quam Patria priuari, vndè Poeta:

Laborum non aliud ſupra
Quam Patria priuari.

Et cum in dies crimina committũtur, & hęc exilij pæna irrogatur, congruum mihi videtur de exilio ſermonem facere; vnde primo videndũ. Quotuplex ſit exilium. Secundo an cõdemnatio ad exilium cum pecunię cõmutatione ſubſtineatur. Tertio quę ſit eius practica poſt exilij condemnationem.

Quo ad primum exilium triplex eſt, vt notat Archidiacon. in cap. cũ Beatus in fine diſtinc. 45. tangit
3 de Franch. deciſ. 116. nu. 1. vnum nempè, ꝙ extra Ciuitatem pellit, & compræhendit eos, qui extra Ciuitatem exilio damnantur, vel propter delicta, vel quia eos cognoſcimus tanquam abſentes, vtiliores eſſe foris, quam in Ciuitatibus. Secundum, ꝙ intra Ciuitatem coartat, & continentur ij quorum pręſentia magis reipublicę prodeſt, quã abſentia notat Ricc. deciſ. 138. par. 4. Tertium eſt illud, ex quo quem incerto, & conſtituto loco, ſed extra Ciuitatem aſtringit, quã confinationẽ, ſiuè relegationem appellamus, vt omnia congerit, Damphoude. pract. crim. cap. 58. n. 1. fol. mihi 105. Placentin. in tract. variar. de teſtib. tit. de accuſat num. 26.

Quo ad ſecundum vidi multos Iudices condemnare per annos tot
4 in exilium cum poteſtate redimendi in ducatis tot, & fuit dubitatum, an huiuſmodi condẽnatio valeat, multi pro affirmatiua cõcludunt, ex Gramatic. deciſ. 37. in fin. in qua deciſione ille inquiſitus fuit condemnatus ad exulandum facultate idem reſeruata redimendi exilium prædictum pro
5 vncijs vigintiquinque, vndè iure fundant valere, ex deciſ. prędicta Grãmatic. magni Criminaliſti in Regno, ego tamen diſtinguendũ fore ſcro, aut ſumus in atrocioribus delictis, & ſic pęnam mortis inducentibus: aut verò in alijs. Si

ſumus

ſumus in primo caſu nullo modo
ſubſtinetur, nam eſſet per indire-
ctum componere, prout infra di-
cam, & huiuſmodi decretũ licet
per M.C.fuerit prolatum, tamen
per Sac.Conſ.non fuit admiſſum,
teſte de Franch. deciſ. 479.
Si verò ſumus in ſecundo caſu,& ſic
in alijs delictis pœnam mortis nõ
6 merentibus, & tunc ſubdiſtin-
gue:aut ſumus in M.C.V.& Reg.
Audientijs:aut verò in alijs Curijs
Baronum Regni,ſi primo caſu,&
ſic in M.C.V.& Regijs Audien-
tijs non poſſunt huiuſmodi qua-
litates,facultates, nec alternatiuę
in ſententijs apponi, ſed ſimpli-
citer ſunt faciendæ, quod exulet
abſq; appoſitione ſolutionis pe-
7 cuniarum, ex Prag. 45. de offic.
magiſtr. Iuſtit. ſequitur Petr. ad
Gramatic. dec. 37. in fin. Capo-
blanc. tom. 1. prag. 6. n. 110. Si
ſecundo caſu, & ſic ſi ſumus in
8 Curijs Baronũ Regni, in capita-
libus nõ poteſt fieri, Capoblanc.
ibid. in alijs verò ſecus, & appo-
nuntur, ſed virtus ſtat in forma
decreti, nã ſi diceret exulet per
annos, vel mẽſes tot, cũ poteſta-
te redimendi in ducatis tot, tunc
arbitrium eſt repoſitum in Baro-
nem, vel officialẽ, & principa-
liter non erit hęc cõmutatio pę-
na, ſed conſequutiuè, & ſucceſſi-
uè caſu,quo vellet Baro, vel offi-
cialis pecuniariam eligere, & di-
ceretur potius commutatio cor-
9 poralis in pecuniariam,quòd fie-
ri non poſſet abſq; partis remiſ-
ſione, Reg. d'Apont.in tract. de
poteſt. Proreg. tit. de prouiſ. fier.
ſolit.§.4.n.15.Moſcatell.in pract.
crimin. tit. de vulnerib. lethalib.
& propriè in tit.de pęn. delict. n.
24. ad 27. Capoblanc. cit. loc. n.
110. Petr. ad Gramatic. deciſ. 37.
ad fin.Si verò delictum eſſet tale,
vt pęnam exilij imponeret ſi con-
10 demnatus longo tempore fuerit
carceratus ex longa carceratione,
pęna exilij minuitur, poteſt ferri
ſententia,ꝙ carcer cedat in pęnã,
& licet carcer non ſit ad pœnam,
habet tamen in ſe pœnam, vt de-
cidit de Franch. deciſ. 316. n. 5.
Sed ſi diceret exulet per Annos, vel
Menſes tot,vel ſoluat tantam pe-
11 cuniæ quantitatem, ex hac alter-
natiua, etiã parte remittere re-
nuente poſſet fieri, nam pœna eſt
12 certa reſpectu delinquentis, &
nihil repoſitũ eſt in Baronis, ſeu
officialis arbitrium, & in electio-
ne ipſius inquiſiti erit, quàm pœ-
13 na de per ſe, vt teſtatur Apont.
Muſcatell.& Capoblanc. cit. loc.
Petr. ad Capic. deciſ. 37. n.6.&
iterum deciſ. 68. n.7. & 8. Sequi-
tur Taſſon.de antefat. verſ.3. ob-
ſeru. 4. nu. 240. Quod ampliatur
procedere etiam ſi Baro facultatẽ
haberet commutandi in totum,
vel in partem, etiam poſt ſenten-
tiam pœnam corporalem in pe-
cuniariam, non poſſet eius Offi-
cialis ſibi, vel Baroni facultatem
commutandi reſeruare, ſed ſen-
tentia debet eſſe certa,& abſq; fa-
cultate commutationis, vt caue-
tur,

tur, ex prag. 21. de Baronib. qua-
id etiam prohibetur Officialibus
14 Regijs, ve non valeant ſibi ipſis
hanc facultatem reſeruare, ꝙ no-
ta, quia quotidiè euenit, & eueni-
re poteſt, & pluries mihi occurrit
quam prag. ſequitur Rouit. ibid.
dem Mutius Surgenſ. in addit. ſui
fratris de Neap. Illuſt. cap. 18. nu.
16. ponit aliam ampliationem, ꝙ
nec in ſententia Principis poſſit
15 huiuſmodi facultas redimendi
reſeruari.

Reſtat nunc, vt reſpondeam Gram.
deciſ. cit. 37. quæ proceſſit tribus
ex cauſis. Prima, quia delictũ erat
16 priuatum, prout ipſemet dicit.
Secunda, quia delictum erat leue,
ſecus ſi graue fuiſſet, prout ſupra
dixi. Tertia, quia fuit decretũ Sac.
17 Conſilij, quod ex ſua præeminen
tia huiuſmodi decretum condi-
18 dit, vt teſtatur Capoplanc. to. 1.
prag. 6. n. 117.

Quando autem quis condemnatur
in exilium cũ hoc decreto alter-
natiuè, exulet, vel ſoluat, electio
19 eſt rei, prout ſupra dixi, pone, ꝙ
condemnatus vnam viam elege-
rit, an poſſit inde variare, & aliam
eligere, Capoblanc. cit. prag. 6. n.
111. & ſeq. pro negatiua conclu-
dit, nam facta electione non da-
tur variatio, & allegat tex. in l. cũ
20 qui de verb. obligat. & Baiard. ad
Clar. quæſt. 85. n. 8. & ſi è contra
exilium acceptauerit, & partem
exilij fecerit, an poſſit inde aliam
21 partem exilij redimere, virtute
facultatis attributæ, ſiuè alterna-
tiue in ſentẽtia poſitè, Capoblãc.
ibid. n. 114. pro negatiua conclu
22 dit, etiam, ſi quando acceptauit
reſeruaſſet ſibi poteſtatem reſi-
duum exilij, eſſet enim per indi-
rectum componere, & fraus ori-
retur, & Barones poſt ſententiam
poſſent componere.

Quando verò quis in exilium con-
demnatur, debet condemnari, vt
exulet ab omnibus locis, in qui-
bus Prorex huius Regni reſidet,
iniuſtum eſt enim, vt cõdemnati
23 faciem Regis videant, Franch.
deciſ. 129. n. 2. & ſolent apponi
huiuſmodi verba: exulet à tali lo-
co, & ab omnibus alijs reſidentiæ
S.E. ſequitur opinionẽ de Frãch.
Franc. Marc. deciſ. 359. vol. 1. an
hoc procedat, vt exulatus à Ciui-
24 tate debet condemnari, vt exulet
à territorio ipſius, Franch. cit. de-
ciſ. 129. n. 2. teſtatur, ꝙ quando
quis condemnatur, vt exulet à Ci
uitate, vel perpetuo, vel per tem-
poris ſpatium eodem modo
condemnatur, quod exulet à ter-
ritorio ipſius Ciuitatis, tamẽ ego
25 contrarium ſentio, & non poſse
neceſsariò intelligi, vt exulatus à
Ciuitate condemnari, vt exulet à
territorio, nec Iudex tenetur prę-
ciſè, & de neceſſitate interdicere,
etiam territorium, nam exilium
regulatur iuxta qualitatem deli-
ctorum, perſonarum, & locorum,
& quandoque interdicitur Ciui-
tas, & non ſuburbia, quandoq; Ci
uitas, ſuburbia, & territoriũ, quan
doq; Ciuitas tantum, ꝙ ad arbi-

trium Iudicis regulatur, & licèt ſimus in pęnalibus, tamen cũ pę næ commenſurantur delicto Ci-
26 uitatis appellatione non veniunt ſuburbia, nec territorium niſi expreſſe à Iudice interdicantur in ſententia, & moueor ex adductis per me ad Gram. deciſ. 4. [Sed Baldaxar. de Angel. in l. 4. C. quib. ex cauſ. maior. n. 9. vbi me citato aſſert de cõſuetudine Ciuitatis Neapolis appellatione Ciuitatis comprærhendi Caſalia, & diſtrictus.]

Sed dubium ſtat in eo, quod fuit valde controuerſum in hoc Tribunali in perſonam N. qui fuit condemnatus ad exulandum ab hac Prouincia, & locus eius originis exrra Prouinciam erat, vtrum cẽſebatur à loco originis, ſiuè Patrię exulatus, Caualc. de Bracch.
27 Reg. par. 4. n. 29. pro affirmatiua concludit, & fundat ſe in Baiard. ad Clar. quæſt. 71. n. 5. Amend. ad Franch. cit. deciſ. 487. n. 8. ex doctrina Bartol. in l. relegatorum §. dubitatur ff. de interdict. aſſerit interdicto loco incolatus, eſſe interdictum locum originis, tamen ego contrariam opinionem
28 ſubſtineo, ex adductis ſupra, non alium locum compræhendi, niſi illum, qui in ſententia fuit expreſſus, vide Ricc. deciſ. 28. n. 5. par. 2. [an cenſeatur interdictus locus, vbi reſidet Pręſes, vel Tribunalis, vide Capobl. tom. 1. prag. 7. n. 21.

Deuenio ad tertium, nempè, ad practicam, quæ poſt exilij decretum ſeruatur, quæ ſic ſe habet, quòd
29 decreto de exilio lato ſi à querelante interponitur appellatio, ipſam proſequitur, & interim cũ pęna ſit declarata, inquiſitus habilitatur, ſi verò non appellatur, ſed inquiſitus vult exilium acceptare, porrigit libellum ipſi Iudici, in quo exilium acceptat, præſtat cautionem de ſeruandis finibus, & petit terminum infra quem recedere poſſit à loco ſibi interdicto, quem terminum ad colligendum ſarcinulas appellamus, & petitionem hanc in M. C. porrigit, ſiuè memoriale ipſius Regenti, qui terminum vnius menſis ad colligendum cõcedit, vt dicit de Franch. in deciſ. 487. nu. 5. in Re-
30 gijs Audientijs porriguntur petitiones, ſiue memorialia in aula, & per omnes Dominos hic terminus cõceditur, vidi ego verò pluries domi ab aliquibus Auditoribus cõcedi, & nimirũ, quia de iure cogitur Iudex dare mẽſem, vt aduertit de Franch. ibid. n. 8. & 13. Ergo cũ ſit de iure Iudex coactus dicitur exequutor de Iure, & Iu-
31 ris ſententia, quam protulit ergo domi concedere poteſt in Curijs, verò Baronalibus porrigũtur eius Iudici, qui terminum conçedit, vidi etiam in huiuſmodi conceſ-
32 ſione, ꝙ inquiſitus ſit in domo, & fortè ex adduct. per Franch ibid. n. 6. [Capoblanc. tom. 2. cap. 34. n. 7. & 8. & de Franch. deciſ. 487. num. 6.] dicit, quod licet M. C. conſueuiſſet dare plures terminos, hodie tamen non poteſt, niſi ſe-

ſi ſemel dare,& dicit, quòd apparet,ex Reg.Pragm.non eo adhuc tempore impreſſa, vndè habetur,
33 quòd non poteſt concedi, niſi vnica dilatio, & ſi quis vellet aliã obtinere,deberet adire S.E.vt teſtatur Franch. Ego autem dico,ꝙ quando ſumus in R. A. etiam ꝙ non habeatur aditus ad S. E. poteſt ipſa R. A. prorogare dilatio-
34 nem,& aliam alterius menſis cócedere iuſta tamen cauſa exiſtente,vt fuit declaratum per Regium Collaterale virtute prouiſionum, quarum tenorem hic inſero, v3. Philippus Dei gratia Rex,, &c. Magnifici viri Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Semo ſtati informati, che alli eſulati, e relegati di queſta Audientia ſi ſoleno dare dila-*
35 *tioni ad andare ad oſſeruare loro condennationi di tre,quattro,ò cinque meſi, non conuenendo alla buona adminiſtratione della giuſtitia, che ſe dia tanto tempo alli condennati ad andare à fare le loro condennationi,vi commandamo, che a ſimili exulati, e relegati non debbiate concedere più di vn meſe di tempo ad colligendum ſarcinulas, & vno altro meſe con giuſta cauſa trattandoſi e concludendoſi in plena banca del Tribunale di queſſa R. A. die 5. Apre*
36 *lis 1580. D. Io de Zuniga. Vidit Reuerterius Regens. Vidit Salernitanus Regens Vidit Salazar Regens. In Curia principatus, fol. 22.* concordat Capoblanc. tom. 2. cap. 34. n. 7. & ſequent.

Sed ſi fuerit data ſecunda dilatio, antequam prima labatur a quo die
37 incipit,vide Oltrad. conſ. 50. & Ann. ſing. 227. & durante hoc tempore an poſſit liberè diſcurrere per Ciuitatem, vide Reg.Lanar.conſ.38. D. Rouit.ad prag. 1. de relegat, n.3. & dicã infra n. 50. [vide ſi conferunt dicta per Caſtill. deciſ. Sicil. 1. n. 4.]

Pone, quòd condemnatus in exiliũ illud acceptauerit, & cautionem
38 de ſeruandis finibus præſtiterit, ſed non petijt dilationem ad colligendum ſarcinulas, & fuerit captus in loco ſibi interdicto, an poſſit contra eum incuſari pœna fideiuſſionis pręſtita de ſeruandis finibus, & illa exigi dicas, ꝙ non ex decreto per M. C. interpoſito, vt refert. de Franch. deciſ. 487. Ego autem cogitarẽ, ſi caſus oc-
39 curreret,nam in dicta deciſione fuit admiſſus recurſus Fiſco, & licet cõdemnatus fuerit liberatus, ex quo erat exterus, & in facto multa probauit, quæ eum excuſauerunt, tu cogita,quia dum Fiſco fuit datus recurſus, cenſetur M. C. eum grauaſſe.

Verùm ſi condemnatus non inuenerit fideiuſsionem ſeruandi fi-
40 nes,ſeruatur in practica,quòd ſtatur iuratoriæ cautioni, vt teſtatur de Franch.deciſ.317.n.8.& ſeruatur, quòd oblata petitione condemnatus aſſerat non inuenire fideiuſſores, interponitur decretum, quòd admittatur ad iuratoriam cautionem.

Sed hoc tempus, quòd datur,vt colligat ſarcinulas,& recedat,an mi-

41 nuat exiliũ, & in eo computetur; Amendol. inuoluit punctum, dũ in addit.ad Franch.deciſ.317. remittit ſe ad id,quòd dixit in alia addit. ad Franch. 487. n. 9. & in ead.deciſ.487.remittit ſe ad dictã additionẽ in dec.317.ſed Franch.
42 cit.deciſ. 317. loquitur in carcerato poſt ſentẽtiam, & tunc tempus carceris computatur in tempore exilij, ſed articulus per me motus eſt ſi terminus datus ad colligendum ſarcinulas computetur in tempore exilij, dum per ipſum exiliatum ſtetit, vt ad exilium non accedat, tu vide Capoblanc.tom.2.cap.94.n 7.[& nouiſsime Reg.Rouit.poſt hæc ſcripta viſũ deciſ.61.n 5.in quo computatur tempus datum ad colligendum ſarcinulas, ea ratione, quia & ſi pręſens eſt corpore, tamen abſens eſt mente, quia negotia intermiſit,quod nota, nullibi autem hoc reperies.]
Et ſi in exiliũ miſſus illud acceptauerit, & præſtiterit cautionẽ de ſeruandis finibus,quos non ſeruauit,
43 & fuerit captus, adeò, ꝙ exilium fractum dicatur,de duobus dubitatur.Primo,quæ ſit eius pęna.Secũdo,an poſſit exigi pęna fideiuſſionis præſtitę de ſeruandis finibus, ipſo iure vel declaratoria re-
44 quiratur, quo ad primum duplicatur exiliũ Damphouder. pract. crimin.cap.58.n.7. Peguer.deciſ. 41.Caualcan.de Bracch.Reg.par. 4.n.32.& in hoc Regno virtute Reg.Pragm.ſi fuerit præſtita cautio de ſeruandis finibus, & exiliũ
45 fuerit fractum, tempus exilij duplicatur ad tempus triremium, dummodo duplicatio non excedat decem annos,Baiard. ad Clar. quæſt.71.n.30. quo ad ſecundum pœna debita ex fracto exilio pro cautione pręſtita debetur ex Viu.
46 deciſ.505.nõ ipſo iure,ſed ſentẽtia declaratoria requirit, Peguer. dec.80. vide Petr.ad Gram.deciſ. 5.n. 3. & 5. verùm ſi in exilium condemnatus ſe gratijs curiæ re-
47 miſerit, & partis remiſſionẽ obtinuerit, an poſſit appellare, & petere, vt multa moderetur pro affirmatiuà concludit Rouit. in prag. 8. de compoſitionib. n. 9.
48 qui dicit, quòd ſi poſt habitam remiſſionem inquiſitus fuerit ingratus remittentibus, remiſſio facta non poterit reuocari propter ingratitudinẽ ſuperuenientẽ.
Sed quæſtio eſt ſi finito tẽpore exilij condemnatus poſſit redire ad locum interdictum ſine licentia, Amend. ad Franch.cit.deciſ.487.
49 n. 4. & ſeq. mouet quæſtionem, & concludit pro affirmatiua abſque licentia, ſi tamen tempus eſt finitum, vide Mar. Mut. deciſ. Sicil. 63.n 16. ſecus tamen eſt in
50 condemnato ad triremes, qui ſi intra tempus condẽnationis reperiretur abſque licẽtia receſſiſſe, ſic ego dicebam in cauſa Franciſci Cuculo, alias Cinquina Terrę Ieſualdi, contra quem fuit repertum decretum condemnationis
51 ad triremes per biennium, & ille

extra

extra triremes inuentus abſq; li-
centia, & fractor videtur, &
an exulatus, vel guidatus poſsit
52 permanere in Eccleſia ſita in lo-
co prohibito, Capoblanc. tom.2.
cap.34. Dian. par.4. tract.1. de
Immunit.Eccleſ.reſol.92.fol.29.
Materiam proſequendo queritur,
an Iudex poſsit relegare inquiſi-
53 tum,in locũ ſibi non ſubditum,
Ricc.collect.289. ex Peguer. in
deciſ.89.dicit,quòd non,nam de-
claratio Inſulæ,vel loci ſpectat ad
Proregem. Ego autem diſtinguẽ-
dum puto,quòd aut tractatur de
54 quem relegando in Inſulam, vel
alium locum, & tunc procedere
opinionem Peguer. affirmo, de-
claratio enim loci ſpectat ad Pro-
regem,aut verò tractatur de quẽ
exulando,vel de aſsignando locũ
non ſubditum, & tunc ſecus eſt,
& poteſt Iudex id facere, dũmo-
do locus ille ſit vnus, ex illis do-
55 minij Baronis,in quo licet Iudex
exulans iuriſdictionem non ha-
beat,tamẽ cum Baronem repre-
ſentet cõdemnatio, ſiue aſsigna-
tio valet, ex adduct. per Franch.
deciſ.526. quem ſequitur Capo-
blanc. prag.7.n.17. dũmodo ter-
ra illa, vel locus ille ſit in Prouin-
cia; ſequitur Nouar. de grauam.
vaſſall.tom.1.grauam.319.n. fin.
prout in ſimili dicimus poſſe
Epiſcopum relegare ſuum ſubdi-
56 tum extra Prouinciam cum con-
ſenſu,& licentia ordinarij loci in
quo ſita eſt Inſula, non poteſt
enim Epiſcopus prohibere, ne
Pontificalibus vtatur in aliena
dieceſe,cum tamẽ conſenſu illius
ordinarij, nec dicitur miniſtrare
iuriſdictionem extra territorium,
qui illã exercet conſentiente Iu-
dice illius loci, prout fuiſſe deci-
57 ſum per Archiepiſcopalem Cu-
riam,refert Ricc. deciſ. 28. par.2.
Eſt tamen ſciendum,quòd etiam
ex proceſſu informatiuo poterit
deueniri ad ſententiam exilij, D.
Franc.de Caſtill. deciſ.160. num.
7. par.2.

Sed an poſsit Iudex apponere in de-
creto,vt exulet per tot miliaria ab
58 illo loco circum circa, Caualcan.
de Bracch. Reg. part.4. n.29. ex
DD.ibi relatis pro affirmatiua cõ-
cludit,Gram.deciſ.17.ad fin.cuius
auctoritate bis ego ſic iudicaui.
Primo nempè in cauſa Io. Berar-
dini Lombardi Sanctæ Mariæ In-
griſonis quẽ condemnaui ad exu-
landum à dicta terra, & per octo
miliaria circum circa diſtantia.
Secundo in cauſa Franciſci Gola-
no Ceruinariæ inquiſiti de homi-
cidio mihi commiſſa ab Illuſtriſ-
ſimo Don Franciſco Caracciolo
59 Marchione Vulturariẽ Equite
optimæ conſcientiæ, prudentia,
ac valore ornato, quem inquiſitũ
condemnaui ad exulandum à
dicta Terra, & territorio per
octo miliaria longe circum cir-
ca, & iterum in cauſa Franciſci
Saccone Sancti Angeli de Scala
inquiſiti de Adulterio in perſonã
Duciſſæ Fortæ Terræ Tuſi, mihi
cõmiſſa per Scipionem del Tuſo
vtilem

60 vtilem dominum dictæ Terræ, benemeritũ, & ab omnibus laudatum quem inquiſitum condemnaui ad exulandum per triẽnium à Terra, & Territorio Terræ Tuſi, & per quatuor miliaria diſtantia, & motus fui, nedum doctrina Caualcan. & Grammat. verùm etiam, & alia ratione inquiſiti enim habebant in alijs Terris conuicinis affines, & commoditates, in quibus morari prætendebant, ex quo mihi videbatur oriri, nedum inconueniens cum partibus offenſis, cũ quibus aderat facilis aditus propter vicinita-
61 tem, quò caſu ad id euitandum poteſt Iudex aliquid prohibere, ex adductis per Capoblanc. cit. cap. 34. ad fin. verùm etiam videbatur iudicium contemnere exilium parui facere, & non erat eis
62 pœna, & cum exilium ſit introductum, vt ſcelerum ſit pœna, & debet dari illa, quę magis timetur, propterea illos per tot miliaria circum circa exulaui ſequitur Nouar. me citat. de grauã Vaſſallor. tom. 1. grauam. 313. n. 10.

Ponè, quòd exulatus remiſſionem à parte, vel veniam, ſiue gratiam à Barone obtinuerit de exilio cũ
63 clauſula, vt non accedat per tot annos, vel perpetuò ad Ciuitatẽ delicti, vel vbi partes offenſæ degunt, an valeat hoc pactum, dicas, quod nõ, continet enim pactũ à iure reprobatũ, & ſic fuiſſe deciſũ, refert Maſtrill. deciſ. 38.
64 n. 5. contra alios contrarium tenentes quod hoc pactũ eſt iniuriarum ſatisfactio.

Et ſi exulatus cęperit ſeruare exiliũ cũ conditione appoſita, vel gra-
65 tiam acceptauerit cũ dicto pacto ne ingrediatur locum ſibi interdictum, an poſsit de nullitate dicti pacti dicere, vide Maſtrill. ibidem.

Tenetur Iudex opponere tempus in ſententia exilij, ponè, quod nõ ſit appoſitum, ſed tantum dicat exulet ad arbitrium Iudicis, vel Baronis beneplacitum, dicas,
66 quod tenet, & hoc beneplacitũ, nedum ad ſucceſſorem tranſit, verùm etiã non extinguitur morte, & ratio eſt, quia hoc beneplacitum, ſiue arbitrium non ad ipsũ Iudicem refertur, ſed ad publicam perſonam, quam repręſentat, Caualcan. de bracch. Reg. par. 4. n. 31. fol. mihi 148. huiuſmodi enim decreta ſic arbitrio Iudicis collata in his Regijs, vel Baronalibus;
67 Tribunalibus toto vitæ meæ tẽpore ſeruari nõ vidi, ſed in Curijs Eccleſiaſticis decreti verba ſic concipi arbitrio, & beneplacito ipſorum Epiſcoporũ, & eſt contra Doctrinam Bartol. in l. centeſimis §. ita ſtipulatus ff. de verbor. obligat.

Et ſi conceſſo Caſtro cũ iuriſdictione, & pęna exilij illud verbum exilij debet intelligi de perpetuo,
68 vel temporali, latè, & morè ſuo exornat doctiſsimus Reg. Tap. deciſ. 10 conſ. Neapol.

D E

DE INSTRVMENTO
Caput I.

ARGVMENTVM.

Ciuitas Beneuenti,an ſit extra Regnum.
Inſtrum. confectũ extra Regnũ,an poſsit præſẽtari, & liquidari in Regno.
Quæ requirantur, vt inſtrumentũ extra Regnũ poſsit liquidari in Regno.

SVMMARIVM.

Ciuitas Beneuenti,an ſin extra Regnum, num. 1. 2. 3. 4. & 5.

Beneuenti Ciuitas fuit donata Eccleſiæ a Carolo Magno, num. 4.

Beneuenti Ciuitas a Roberto Guiſcardo fuit occupata, & a Leone Pontifice VIIII. recuperata, num. 5. & 6.

Beneuenti Ciuitas Sedi Apoſtolicæ ſubeſt, num. 3. 6. & 8.

Beneuenti laudes,& nobilitates, num. 7.

Beneuenti Ciuitas quamuis ſit extra Regnum,eſt intra fines Regni, num. 9.

Beneuenti Ciuitas an comprahendatur ſub bãno prohibente extractionem Regnum, num 10. ad 14.

Inſtrumentum extra Regnum confictum, an poßi præſentari in Regno, num. 15. ad 23.

Et de ratione, num 30. & 31.

Inſtrumentum extra Regnum celebratum poteſt præſentari in Regno quando non opponitur, num. 15.

Notarius creatus in Regno, ſi confecerit inſtrumentum, extra Regnum,an valeat, num. 16 & 27.

Inſtrumentum extra Regno conditum, vt in Regno fidem faciat,debet ſignari tribus ſignis aliorum Notariorum, nu. 18.

Inſtrumentum extra Regnum ſtipulatum valet in Regno ſi adſunt literæ teſtimoniales Officialis, vel communitatis loci, in quo eſt ſtipulatum, n. 21. 22. & 23.

Literæ teſtimoniales quomodo debent eße, ibidem, num. 22. 23. 28. 29. 40. 41. 42. & 43.

Inſtrumentum extra Regnum celebratum abſq; literis teſtimanialibus, an poſſit per teſtes, num. 24.

Teſtes quomodo deponant ſuper his requiſitis, num. 25. 26. 27. & 28.

Notariatus officium non prouenit ex natura. ſed ex facto, num. 30 & 31.

Vidua non præſumitur niſi probetur, n. 32.

Virgo præſumitur, quia eius qualitas naturalis eſt num. 32.

Paupertas naturalis eſt, & præſumitur, num. 33.

Mandatum factum, ſiuè procuratio extra Regnum, an faciat fidem in Regno, num. 34.

Teſtamentum conditum extra Regnum, an habeat locum in Regno, & quomodo aperiatur, num. 35. 36.

Contrahentes negantes Notarium Notarius debet probare de titulo, num 37.

Cõtrahentes negantes inſtrumentum manu Notarij ſcriptum, an requiratur alia probatio, & quæ, num. 38. ad 53.

Occa-

OCcaſio præceps eſt, ex quo Ciuitas Beneuenti Sūmo Pontifici ſubeſt, & à nobis per ſex miliaria diſtat, & in dies
1 ibi inſtrumenta conficiuntur, & hic in Regno exequi petitur, & controuerti contingit ſi inſtrumenta, & alij actus exequutiui ibi confecta poſſint in Regno exequutioni demandari, & ipſorum exequutio ad Tribunalia Regia ſpectat, vel ad Dominum Viceregem Regni, vel eius Collaterale. Vndè cum huiuſmodi materia frequens, & non inutilis ſit, congruum immò neceſſarium puto aliquid de ea diſſerere. Primo, nēpè, ſi Ciuitas Beneuenti extra Regnum ſit. Secundo, ſi inſtrumenta ibi confecta, & alij actus exequutiui, vti extra Regnum ſtipulata, in Regno exequutionē habēt.

Quo ad primum, ꝙ Ciuitas hæc ſit extra Regnum, itaut delinquen-
2 tes in ea ſub alieno territorio delinquere dicuntur, & delinquentes in Regno confugientes ad eā ſunt à Regia Iuriſdictione exempti, & ſub Summi Pontificis præſidio colligitur, nedùm, quia ſic ſe
3 habet hodie obſeruantia, vt Regij nullam habeant ibi Iuriſdictionem, verum etiam ex Frecc. de ſubfeud. lib. 2. quæſt. 15. nu. 2. qui teſtatur Ciuitatem iſtam fuiſſe à
4 Carolo Magno donatam Eccleſiæ Romanæ, vt per D. Tap. tom. 1. Iur. Regni tit. de nou. Codic. compon. n. 10. & ſemper in eius dominio fuiſſe, & eſſe quamuis poſita ſit intra Regnnm, & licèt à Roberto Guiſcardo fuiſſet occupata ſuorum Normandorum vi-
5 ribus, tamen à Leone Pontifice Nono fuit recuperata, & fuit prout eſt hodie Sedis Apoſtolicę, idē
6 Frecc. lib. 1. tit. de antiq. ſtat. Regn. n. 54. fol. mihi 69. in quo, & n. 19. enumerat laudes, Tēpla, Duces, Nobilitates, & plura alia notabilia eiuſdem Ciuitatis ad quem te
7 remitto, & ꝙ ſit extra Regnum teſtatur etiam Foller. in prag. 1. de exulib. n. 8. & nuper D. Rouit. in rubric. de exulib. n. 7. concordat Capoblanc. tom. 2. cap. 53. n. 5. in tantum, quòd indubitata concluſio redditur, ꝙ Ciuitas Beneuen-
8 tana ſub dominio Summi Pontificis ſubeſt, eſt bene verùm, quòd quamuis quo ad Iuriſdictionem
9 extra Regnum iudicetur, tamen intra Regnum eſt, tùm, quia intra fines Regni reperitur ſita, vt ſcribit Frecc. cit. quęſt. 15. n. 2. & facit
10 & illud, quòd adducit Fuſch. de viſitat. lib. 2. cap. 8. n. 10. ad fin. ꝙ Prouincia exempta à Iuriſdictione Regis dicitur eſſe de illius Regno, cum etiam, quia reſpectu bannorum prohibentium extractionem extra Regnum, Beneuenti Ciuitas nō eſt comprænhenſa, & cum tempore Domini Ducis Oſſunæ in hoc Regno Proregis eſſent emanata banna, vt non extrahantur bona extra Regnum, fuit hæc Ciuitas compræhenſa, & ſpatio ferè vnius menſis per Re-

gnicolas

11 gnicolas non fuerunt ad eandem Ciuitatem bona aſportata, prout per prius, & pro parte eiuſdem Ciuitatis ad eundem Dominum Proregem fuit recurſum, per quē, & Collaterale Conſilium fuit declaratum eius mētem nunquam fuiſſe, nec eſſe hanc Ciuitatem Beneuenti compræhendi ſub bā-
12 no extractionis extra Regnum, & fuerunt relaxatæ prouiſiones ſequentis tenoris. Philippus Dei gratia Rex, &c. Mag. viri Regij Conſiliarij fideles dilectiſſimi. *Hauemo inteſo, che ſotto colore d'ordine dato, perche non ſi faceſſero eſtrattioni di vittouaglie, eſtra Regno, ſia ſtato impedito, & prohibito il portare in Beneuento vittouaglie, e coſe comeſtibili, e*
13 *perche non è ſtato mai noſtra intentione che in tal prohibitione ſe ci comprendeſſe detta Città di Beneuento, ne hà parſo cō queſta ordinarue, come ve dicemo, & ordinamo per la preſente, che debbiate al riceuer di queſta dare ordine, che non ſe dia impedimento à neſſuno à chi vorrà introdurre ſimili coſe in detta Città, sì come è ſtato per il paſſato, & ve informarete con diligenza, ſenza però ponere penna in carta, di chi hà ordinato, ò dato tale impedimento à perſone, che andauano à portar robbe in detta Città, e ce ne farete relatione, acciò quella per noi inteſa, ſi poſſa proueder, & ordinare lo che più ci conuenga: così eſſequirete, che tale è noſtra volon-*
14 *tà. Dat. Neap. die* 28. *menſis Ianuarij* 1617. *El Duque. Vidit Conſtantius Regens. Vidit Montaluus Regens. Vidit Lopez Regens. Vidit Valenzuela Regens. Salazar Secret. In par.* 8. *fol.*

Hoc fundato deuenio ad ſecundum quæſitum, nempè, ſi inſtrumentū in eadem Ciuitate celebratum, vti extra Regnum habeat in Regno exequutionem paratā, Frecc. de liquidat. inſtrument. par. 3.
15 num. 28. teſtatur vidiſſe præſentari inſtrumentum extra Regnum confectum in Regno, licet non fuiſſet oppoſitū, Anton. Gabriel. tit. de fid. inſtrum. con-
16 cluſ. 1. n. 10. teſtatur nullā exequutionem mereri in Regno, ex quo non probant, & fidem non faciunt, & quamuis Notarius ſit
17 in Regno creatus, ſi conficiat inſtrumentum extra illud cum extra territorium illum creâtis dicatur, vt aduertit D. Rouit. prag. 1. de fid. inſtrum. n. 4. non facit fidem. Vrſill. verò ad afflict. deciſ. 251. pro illius cautela affert inſtrumentum prædictum, ad hoc in Regno fidem faciat ſi-
18 gnari debere tribus ſignis aliorū Notariorū, Franc. Ant. de Iudic. Robert. de liquid. inſtr. conſid. 1. n. 20. pro affirmatiua teſtatur, nempè, quòd poſſit præſentari, &
19 liquidari in Regno iuxta formā ritus, & aſſignat rationem, quia quo ad ſollemnitates inſtrumēti conſideraſ locus, in quo celebra-
20 tū eſt, & quo ad exequutionē attenditur locus iudicij, in quo ipſius exequutio petitur. tu verò cō-
21 cludēter teneas inſtrumentū confectum extra Regnum, minimè liquidari poſſe in regno nec fidē

22 facere niſi adſint literæ teſtimo-
niales loci in quo celebratum eſt
incalcè ipſius inſtrumenti,quam
legalitatem appellamus, nempè,
quòd Ciuitas, vel Officialis loci
23 cum literis eius ſigillo ſignatis te-
ſtetur illum Notarium, qui hoc
inſtrumentum confecit eſſe de
ipſo loco publicum Notarium,
fidelem legalem, & quòd omni-
bus eius ſcripturis adhibetur ple-
na fides,& quòd eſt bonæ famæ,
vt teſtatum reliquit Afflict. deciſ.
251.ſequitur Franc.Ant.de Iudic.
Robert.cit.loc.in Rit. 188. & ibi
Carauit. n. 1.Maſull. ad Capic.de-
ciſ. 201. n. 7. & poſt iſtos omnes
Galter. de liquidat. inſtrum. tit.
aduertat ad debita,& cauſas,n.23.
Verùm ſi præſentaretur inſtrumen-
um extra Regnum confectum,
24 abſq; iſtis literis teſtimonialibus,
poſſent per teſtes probari requi-
ſita prædicta,vide Afflict. in dicta
deciſ.251.n.1. Galter.citat.loc. &
poſt iſtos omnes D.Tap. in cõſt.
Regn. inſtrumentorum robur.
num. 160.
Sed quomodo teſtes debeant depo-
nere, vt huiuſmodi requiſita pro-
25 bentur,Afflict.cit.deciſ.251.n.2.
teſtatur fuiſſe cõcluſum in Sacro
Conſilio, quòd ſufficit probare,ꝙ
ille fecit plura inſtrumenta tan-
quam Notariuſ, & fuit in longa
26 poſſeſſione conficiendi inſtru-
menta, Carauit. verò rit. 188.n.11.
ex doctrinis ibi allegatis, dicit ſuf-
ficere,vt teſtes dicant,qualiter eſt
communis opinio,& fama publi-
ca,illum eſſe publicum Notariũ
publicè inſtrumenta, conficere,
& ab eo confecta pro publicis ha-
beri,vel ſi teſtes nõ adſunt,ſi exhi
berentur alia inſtrumẽta, ex qui-
bus eius Notariatus probaretur,
ꝙ ſufficit oritur enim pręſumptio
27 Notariatus, & ſuæ poſſeſſionis,
Carauit. citat. loc. tu autem non
recedas a propoſita concluſione,
28 nempè, ꝙ legalitas,ſiue teſtimo-
les literæ debent eſſe Ciuitatis,
vel Officialis loci cũ ipſius ſigil-
lo,ex quibus declaretur, & teſte-
tur in calce ipſius inſtrumenti, ꝙ
29 talis de tale Notarius, qui ſcripſit
hoc inſtrumentum de tali loco
eſt publicus Notarius, qui publi-
cè conficit inſtrumenta eſt lega-
lis,& fidelis,& omnibus eius ſcri-
pturis plena adhibet,vt dicti prę-
dicti aſſerunt, & poſt iſtos Nicol.
Gen.tract.de ſcript.priuat. tit. de
liter. teſtimon. fol. mihi 160.
[Aloyſ. de Leo in l. 1.C.de nouo
C. faciend. n. 7. qui ſic deciſum
per S. C. refert.]
Et ratio quare inſtrumentum extra
Regnum confectũ in Regno nõ
30 probat,quia officium Notariatus
non prouenit ex natura, cum ne-
mo Natarius naſcitur, ſed proue-
31 nit ex facto, cum debet creari à
Rege in Regno, Carauit. cit. rit.
188.n.8.& 9. prout in ſimili dici-
mus de vidua, quæ cum in facto
conſiſtat, non præſumitur, niſi
32 probetur, ſecus in virgine, cuius
qualitas naturalis eſt, Nouar. de
elect.for.quæſt.12.n.3.ſect.1.ꝙ
fallit

Digitized by Google

fallit in paupere, quia cum paupertas naturalis ſit, & diuitiæ ad-
33 uentitiæ ſemper in dubio præſumitur paupertas, idem Nouar. quæſt.17.n.8.Quam concluſionẽ
34 amplia procedere, etiam in mandato, ſiuè procuratione confecta extra Regnum abſq; literis teſtimonialibus,dicitur enim inſufficiens, Muſcatel.pract.ciuil.par.2. gloſ. veniens n. 45.

Quid autem in teſtamento extra Regnum confecto,an habeat lo-
35 cum in Regno,Marant. conſ.90. n.5. & 6.aſſerit requiri eadem requiſita, prout in inſtrumẽto quo-
36 modo autẽ aperiatur in Regno, vide Franch. deciſ. 530. & eius addentes,qui non citat Marant.

Sed ſi vnus ex contrahentibus negat illum eſſe Notarium,tunc,ne
37 dùm requiruntur literæ teſtimoniales,vt ſupra,verùm etiã eſt neceſſe, ꝙ Notarius probet de titulo ſuo, nempè, ꝙ eſt Notarius, Afflict.cit.deciſ.251.n.3.

Et ſi aſſerat Notarius eſſe inſtrumẽtum productum, non manu ip-
38 ſius Notarij ſcriptum,nũquid requiratur alia probatio, Carauit. cit. rit. 188. n. 11. mouet quęſtionem, & concludit, quòd tota vis cõſiſtit in literis teſtimonialibus,
39 nam aut literæ teſtãtur, quod talis Notarius eſt publicus Notarius,puplicè conficit inſtrumẽta, & ei fides plena abhibetur, & pars negaret manũ illius, non ſufficiunt, aut verò verba literarum
40 vltrò progrediuntur in calce inſtrumenti,nempè, quòd talis No-
41 tarius, publicè conficit inſtrumẽta, & ei plena fides adhibetur, tunc ſufficiunt literæ, & licèt Carauit. eod. loc. aſſerat ſufficere
42 ſi teſtimoniales tantum dicant qualiter ille talis Notarius, qui ſcripſit hoc inſtrumentũ eſt publicus Notarius, videtur enim fidem facere de vtroque. Tu autẽ non recedas à propoſita concluſione, & caueas à producendo huiuſmodi inſtrumẽta, niſi cũ literis teſtimonialibus iuxta formã quã ſupra poſui. [nouiſſime fuiſſe deciſũ per M.C.V.& Sac.Conſ. valeat inſtrumẽtum confectum in Ciuitate Beneuenti, etiam ſine legalitate, refert de Thor. compend. deciſ. tom. 3. par. 1. verbo Inſtrumentũ cõfectum fol. 561.]

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Notarij Apoſtolici, an poſsint conficere inſtrumeta in Regno.

SVMMARIVM.

Inſtrumentum confectum manu Notarij Apoſtolici extra Regnũ, an valeat in Regno,num. 1.2.3.4. *&* 5.

Inſtrumentum confectum per Notarium Apoſtolicum in Regno, an probet,num 45. *&* 6.

*Notarius Apoſtolicus de quibus poſſit conficere inſtrumentum in Regno, num.*6. 7. 8. *&* 9.

In contractu facto per Notarium Apoſtolicum, an requiratur ſubſcriptio teſtium, & Iudicis, num. 7. 8. *&* 9.

NOn incogruè immò oportunè queritur, an inſtrumetũ confectum per Notarium Apoſtolicũ faciat fidem, & poſſit præſentari
1 in Regno, Tartagl. pract. ciuil. cap. 1.n. 35. pro negatiua teſtatur. Marant. verò conſ. 3. cõcludit, ꝙ quamuis non valeat in vim contractus publici, valet tamen
2 in vim ſcripturæ, ego autem diſtinguo duos caſus aut inſtrumentũ confectũ p Notariũ Apoſt. eſt
3 celebratũ extra Regnũ, aut verò in Regno. Si primo caſu, & ſic ex-
4 tra Regnum, Aloyſ. de Leo in l. 1. Cod. de nou. codic. faciend. n. 7. in inſtrumẽto ſtipulato in Ciuitate Beneuenti per Notarium Apoſtolicum cum legalitate Vi-
5 carij eiſdem Ciuitatis, quem adducit. Thor. tom. 1. compend. deciſ. verb. inſtrumenta confecta extra Regnum fol. mihi 273. affirmat fuiſſe præſentatum in Re-
6 gno; aut verò ſecundo caſu, & ſic in hoc Regno eſt celebratum, & ſubdiſtinguè, atteſtatur de rebus Eccleſiæ, vel inter perſonas Eccleſiaſticas, aut verò de alijs rebus inter perſonas laicales, Si primo caſu, quamuis teſtiũ ſubſcriptio,
7 & Iudicis deficiat, valet, quia de rebus Eccleſiæ, vel inter perſonas Eccleſiaſticas agitur, vt fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium teſtatur Vrſill. ad Afflict. deciſ. 245. n. 1. quem ſequitur Ann. ſingul. 246. tu vide in hac materia adducta per Thor. tom. 2 compen. deciſ. verb. Inſtrumentum fol. mihi 288. aut verò ſecundo caſu tractatur de rebus alienis, & inter lai
8 cales perſonas, & hoc caſu non in vim publici contractus præſentari poteſt, ſed valet in vim ſcripturæ priuatæ, & in hoc procedit doctrina Marant. & Tartagl. ratio eſt, quia Notarius Apoſtolicus non poteſt in Regno exer-
9 cere officium Notariatus, vt per Iſern. in conſt. inſtrumentorum robur, quem ſequitur Marant. in alio conſ. 19. n. 3. ad fin. & n. 15. ad fin.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Inſtrumentum excedens viginti annos, an poſſit liquidari.

Inſtrumentorum ſpecies tres ſunt.

SVMMARIVM.

INſtrumentorum tres ſpecies ſunt, vna vitalitij, alia pro vna vice, tertia annui cenſus, num. 1. & 2.

Inſtrumentum cenſus vitalitij, an liquidetur poſt vigennium num. 3.

Inſtrumentum continens vnicam ſolutionẽ, vel plures, non autem annuas, an liquidetur poſt viginti annos, num. 4. ad 9.

Inſtrumentũ viginti annos excedens, quãtumuis liquidum perdit rigorem liquidationis, num 6.

Tempus viginti annorum à quo die currat, num. 62. ad 64.

Actio perſonalis vigennio præſcribitur, num. 7.

Inſtrumenti inliquiditas debet per Iudicẽ cognoſci, num. 9.

Inſtrumentum annui cenſus, an poſt viginti annos liquidari poſſit, nu. 10. ad 18.

Limi-

Limita niſi adſit pactum, num. 9. & 10.
Mulier poteſt renunciare velleiano, n. 21.
Limita in debito pro dote, num. 23. ad 30.
Limita parte non opponente, n. 31. & 32.
Contrarium, num. 33. ad 36.
Limita ſi vigennium eſſet interruptum, num. 37.
Interruptio quomodo debet eſſe, num. 38. & ſeq.
Præſcriptio interrupta quomodo iudicetur, num. 38. ad 42.
Citatio circunducta, citatio non dicitur, num. 39.
Inſtrumentum repertum in faſciculis, an poſſit reaſumi, num. 43. ad 46.
Inſtrumentum reaſumptum libram auri excedens, an trium teſtium ſubſcriptionem requirat. num. 45. ad 56. fallit, num 53. & ſeq.
Inſtrumentum abſq; teſtium ſubſcriptione præſentatum an pendente termino poſſit ſubſcribi facere, num. 57. ad 61.
Inſtrumentum vnum faciens mentionem de alio, an liquidetur, num 61.
Praambulum pendente peremptorio fieri poteſt, num. 60.
Obligatio decem annos excedens, an incuſetur, num. 65. 66. 67. 68. & 71.
Tempus decem annorum in obligatione à quo die currat, ibidem à num. 65. ad 68 72. & 73.
Inſtrumentum, & obligatio quomodo differant, num. 69. & 70.

MAteriam inſtrumenti proſequendo quęritur, an inſtrumentum viginti annos excedens poſsit virtute ritus liquidari quę-
1 ſtio hæc quotidiana eſt, & ferè confuſa à ſcriptoribus reperitur, vndè pro dilucidatione ſciendũ eſt, q͂ tres inſtrumentorum ſpecies reperiuntur, vna, & ſic pri-
2 ma eſt inſtrumenti vitalitij, altera, & ſic ſecunda, eſt inſtrumentum in quo certum quid ſolutionis pro vna vice, ſiuè pluribus, continet non autem annuas ſolutiones, ſiuè præſtationes, tertia eſt inſtrumenti annuum cẽſum, vel annuam ſolutionẽ, ſiuè prę-ſtationem habentis.

Quoad primã, & ſic quo ad inſtrumentum cenſus vitalitij, poſt vi-
3 genniũ nõ liquidatur, ſed reſcinditur propter tertias non ſolutas, vel propter alienationẽ, ſiue non exiſtentiam corporis cenſui vitalitio ſuppoſiti ne aperiatur via fraudibus, & in voluntate venditoris ſit fraudare emptores eorũ prætio, Molfeſ. conſ. 8. n. 19. Sed reſciſſio datur tantum pro tertijs, vel ad aſſignationẽ corpuris deficientis non autẽ pro ſorte principali, ex deciſ. Sac. Conſ. lata per D. Rouit. prag. 2. de cenſib. n. 4. quia ſors eſt inrepetibilis, Rouit. ibid. ſequitur nouiſſime de Tor. vot. 84. n. 258.

Quo ad Secũdam, & ſic inſtrumenti continentis vnicam ſolutionẽ, vel plures, & non tamen annuas
4 quotieſcumq; viginti annos excedit, non poteſt liquidari via ritus, ſed ordinariè procedendum eſt, ex diſpoſitione Ritus 167. &
5 ibid. Carauit. in princip. ea ratione, quia inſtrumentũ viginti annos excedens quantumuis iura-
6 tum, & liquidum perdit rigorem liqui-

liquidationis, & ordinariè procedendum eſt Franc. Ant. de Iudic. Robert. de liquid. inſtr. conſid. 2. n. 3. D. Rouit. rubric. de liquid. inſtrum. n. 38. Et ratio rationis eſt, quia pęnalis actio ſpatio viginti
7 annorũ præſcribitur, Franc. Ant. & Rouit. ibid. & Carauit. ibid. Rit. 167. n. 2. quod ampliatur procedere etiam ſi debitor citetur de
8 de perſona, & non comparet, nõ condemnatur ex eo, quia continet in ſe temporis defectum, & debet per Iudicem videri, illi-
9 quiditas enim inſtrumenti etiam parte non opponente, cognoſci debet cum tantæ conſiderationis ſit, D. Rouit. ad rubric. de liquid. inſtrument. n. 22.

Deuenio ad Tertiam ſpeciem, & ſic inſtrumenti cenſualis cuius no-
10 men equiuocum eſt, nam dicitur redditus reſeruatiuus, alias emphiteoticus, alias verò colonalis vt affert Rodoric. de Ann. redit. lib. 2. quæſt. 22. n. 66. & quæritur ſi inſtrumentum cenſuale viginti annos excedẽs poſſit liqui-
11 dari, Intriglol. de cenſib. (vt referam ſcribentiũ ſententias) quęſt. 13. n. 11. & ſeq. & ibi Marcell. Conuerſan. diſtinguit, quòd aut producitur per viam cedulæ condẽ-
12 natoriæ, & tunc præſentatur in modum probationis, & habet locum, aut verò in modum exequutionis, & ſecus, Carauit. rit. 167. n. 32. diſtinguit, quòd aut
13 producitur per viam liquidationis pro cenſibus decurſis, & ſi viginti annos excedit, liquidari, nõ poterit, aut verò citatur debitor ad dicendum cauſam quare non debet contra eum exequi virtute inſtrumenti cenſus, & tunc liquidari poterit, Foller. verò in pract. cenſual. tit. tanquam res iudicatas n. 37. & n. 60 dat formã huiuſmodi inſtrumentũ exequendi, Conſtantin. Pap. in addit. ad Carauit.
14 cit. Rit. 167. n. 32. diſtinguit, ꝙ ſi creditor vult liquidare pro cẽſibus de curſis ab annis viginti infra, poteſt licet vigennium ſic elapſum, quia ritus conſiderauit ſpatium viginti annorum quo ad natiuitatis actionem, non autem quo ad confectionem inſtrumenti cum tot ſint actiones, quot pręſtationes, & ſingulis annis naſcitur actio, tu autem teneas inſtrumentũ cẽſuale, & ſic
15 annuum cenſum continens, etiam ſi viginti annos excedat poſſe liquidari pro tertijs decurſis Grimald. ad Tartagl. cap. 1. pract. ciuil. verſ. iſta duodecima limitio, Galter. de liquid. inſtrum. tit. aduertat ad debita, & cauſas n. 35. qui granum ſalis ponit, nẽpè, ꝙ citandus ſit debitor ad dicen-
16 dum cauſam quare inſtrumentũ exequi non debet iuxta Regiam pragmaticam, & Bullam Nicolai de cẽſib. ſequitur Conſtant. Pap. citat. loc. & contra Galter. ego oppono fuiſſe ſui immemorẽ, dũ cit. practic. tit. aduertat inſuper ad debitorem n. 38. 39. & 40. nõ admiſit huiuſmodi citationẽ ad

17 dicen-

17 dicendum cauſâ quare niſi duo-
bus concurrentibus. Primo. ꝙ
debitor ſit hęres, ſiue poſſeſſor.
Secundo, ꝙ in inſtrumento ad-
18 ſint pacta, ꝙ poſſit exequi vir-
tute Bullæ Papę Nicolai,& Regię
Prag. de cenſib. & propterea di-
ctis per Galter. non inhęreo, pro-
ut latius Deo duce explicabo.
Quam concluſionem ſupra firma-
tam ego limito non procedere
infraſcriptis caſibus.
Primo, quotieſcumq; in inſtrumēto
adeſt ſpeciale pactum, ꝙ etiam
19 poſt viginti annos debitor virtu-
te ritus conueniatur, non obſtāte
ritu diſtante, ꝙ inſtrumentū ex-
cedens viginti annos liquidari
non poſſit, cuius ritus exceptio-
ni cum iuramēto renunciat, hoc
20 caſu ad ritus formā liquidabitur,
vt dicit Carau, rit. 167. n. 36. hęc
enim renūciatio ſic in ſpecie ope
ratur veluti renunciatio in ſpe-
cie facta per mulierem in cauſa
21 Velleiani, & per filium familias
in cauſa Macedoniani, vt per D.
22 Rouit. ad prag. primam ad Ma-
cedonian. n. 37. ſequitur opi-
nionem Carauit. Galter. citat.
loc. n. 29.
Secundo inſtrumentum, & ſi vigin-
ti annos excedat, etiam ꝙ non
23 adſit pactum, vt ſupra ſpeciale,
adhuc liquidari poterit, quando
tractatur de debito propter dotē,
& hoc propter eius priuilegium,
cuius virtute ſēper inſtrumentū
24 præſentari poteſt, opinio prima
fuit Marſil. in ſing. 442. inferē-
tis, ꝙ ſtatuto generaliter loquēte
25 inſtrumenta publica non pro-
bare, niſi ſint repoſita, & regi-
ſtrata in memorialibus, ꝙ huiuſ-
modi ſtatutum non habeat locū
in inſtrumentis dotalibus fauore
dotium, vndè auctoritate Marſil.
Paul. Fuſc. in addition. ad Frecc.
26 de pręſentat. inſtrumen. par. 10.
quæſt. 1. litera. B. fol. mihi 260.
teſtatur non habere locum in do
te propter eius priuilegium con-
27 cordat Galter. cit. loc. n. 30. qui
n. 31. auctoritate Camill. de
Curt. aſſignat rationem, ꝙ ſtatu-
tum aliquid generaliter mandās
non compręhendit dotes, ſequi-
28 tur hanc opinionem Fuſc. &
Galter. Viſcōt. in addit. ad Frāch.
deciſ. 341. ego autē aſſigno aliā
rationem, & eſt, quia actio de
& loro compagni da qualſiuoglia altro
Tribunale ne tampoco dalla detta R. A.
& l'hauera à gratia vt Deus, &c. Et
viſto per noi il detto memoriala, ci è par
ſo farui la preſente con la quale ve di=
cemo, & ordinamo, che dell'eſpoſto in
eſſo per detti ſupplicanti ce ne debbiate
fare particolare, & diſtinta relatione,
acciò quella hauuta, & viſta poſſiamo
ordinare quel tanto ci parerà conuenire,
e tra tanto non moleſtarete, ne farate
moleſtare li ſupplicanti per la cauſa
eſpreſſa in detto memoriale, e così eſe=
quirete, che tale è noſtra volontà. Datũ

Neapoli die 30. menſis Maij 1629. El Duque d'Alua. Vidit Carolus de Tapia Regens. Vidit Enriquez Regens. Vidit Lopez Regens. Vidit Brancia Regens. Barilius Secretarius. Locus Sigilli. In partium 113. fol. 36. Alla R. A. di Principato Vltra.

Quæ fuerunt per R.A. obſeruatæ, & vlterius in cauſa prædicta nõ progreſſum, ex quibus collitur quomodo dantes recattum bannitis excuſantur. [Comprobat Nouar. me citato, & tenorem huiuſmodi ordinis reportat tom. 1. de grauam vaſſallor. grauam. 379. n. 9.]

DE CAMPANA

Caput vnicum.

ARGVMENTVM.

Campana vnde ſit dicta.
Campanæ ſignum quotuplex ſit.
Campanæ qui ſint effectus.

SVMMARIVM.

Bonum nullum inremuneratum, neque malum impunitum, num. 1.

Campana vnde ſit dicta, & introducta, num. 2. & 6.

Campanæ ſignum triplex eſt, num. 3. 4. 5. 9. 10. 11. 12. 13. 23. & 25.

Campanæ effectus qui ſint, num. 7.

Campanæ ſigna dicuntur ſigna muta, n. 8.

Allegans neſcire bannum emanatum, vel non audiuiſſe ſignum campanæ, an excuſetur, num. 13. & 14.

Campanæ ſignum denotat noctem ficte, tenebre verò, & hora denotant noctem verè, num. 14.

Veritas praualet fictioni, quando concurrunt veritas, & fictio, num. 15.

Surdus à natiuitate excuſatur a banno, & campanæ ſigno, num. 16.

Signis omnibus campanæ completis dicitur campana pulſata, num. 17.

Campana ſi aliqua arte non fuerit pulſata hora ſolita, an præbeat excuſationem, num. 18. & 19.

Cãpana ſi fuerit pulſata ante horã, an præbeat excuſationem, n. 20. & 21.

Ambulantes de nocte poſt tertium campanæ ſignum, poſſunt per cuſtodes capi, ſed quomodo, & quam fidem faciant, n. 21. & 22.

Ambulantes de nocte poſt ſignum campanæ ſi à domo exeunt, non excuſantur, ſecus ſi ad domum redeunt, n. 23.

Campana ad arma pulſata, an omnes teneantur exire, & an exigatur pœna, num. 25. 26. & 27.

An Clerici teneantur exire ad ſonum cãpanæ ad arma, n. 38. ad 42.

Campanæ ſignum excludit abſentes exteros, & ſurdos, num. 28.

Campana non pulſatur in hebdomoda Sancta, & quare, n. 29. an poſſit aliud ſignum adhiberi, n. 30. & 31.

Campanam ad arma pulſans abſq; licentia, an puniatur, num. 32.

Campana pro exequijs mortuorũ quomodo pulſe=

pulſetur, & quid ſeruetur, n.33.& 34.

Campana tempore interdicti non pulſatur, num. 35.

Legatum factum pro Campanarum pulſatione, an debeatur, ſi non pulſantur ex cauſa interdicti, n.35.36.37.

Epiſcopus, vel Prælatus non incurrit in irregularitatem, ſi permittit exumari cadauer pro recognitione, & de ratione, num. 40.

Clerici tenẽtur pugnare contra bannitos, ſi laycorũ vires nõ ſufficiunt, n.41.& 42.

Figurant Hieroglyphici Baculum Ferreum cũ Filo, & hoc dicto adiũcto: HIS ARTIBVS, vndè verſus:

Con queſt'arti ſi vincono i perigli
Del mondo, e cõ queſt'arti lieue aſcende
L'huom, doue non preuaglion' i conſigli.

Hinc facinoroſi Deum parũ timẽtes
ſtudent ſumma cum arte, nedum
arma portare de nocte, verùm
etiam, & delicta committere, pu-
tantes verificari non poſſe, &
eorum arte impunitos à crimini-
bus euadere, quaſi dicant alia
Poetæ carmina:

Chi ſe confida nel fauor ſuo ſopra
Senza tema di Corte, ò di Fortuna
Può far ſicurament' ogni grand'opra.

Sed lex huiſumodi inuentionibus
prouidens, cum nullum malum
1 impunitum ſit, & bonum inre-
muneratum pro ipſorum puni-
tione prohibuit de nocte inceſ-
ſum, & introduxit Campanę pul-
ſationem, poſt cuius ſignum non
permittitur nocturnus tranſitus,
neque armorum delatio, vndè,
vt ſciatur modus de campanę ſi-
gno, ex quo quotidianę afferun-
tur quęſtiones propter delicta de
nocte commiſſa, diſſerere, neceſ-
ſarium puto, & antequam mate-
riam agrediar videndũ eſt cam-
pana, vndè ſit dicta, & introducta,
2 & qui ſint eius effectus, inde de
ipſius pulſatione tractabo, quæ
3 triplex eſt. Vna de nocte, quę dici-
tur Tertium campanę ſignum,
poſt cuius ſonitum, non permit-
titur, vt quis deambulet, nec ar-
ma portet, effectus eſt, quòd poſt
illud ſignum delinquens, acrius
puniatur. Secunda eſt illa, quę
4 pulſatur media nocte ad effugan-
dos dæmones. Tertia, quæ pro
perſequendis malefactoribus pul
ſatur, & denique videndum eſt,
5 an deficiente ſono campanæ ex
aliqua iuſta, & rationabili cauſa,
poſſit, loco ipſius aliud ſignum
introduci; & ego intelligo ſer-
monem facere, non de campana,
quam figurat Boccalin. in ditt.14.
fol. mihi 104 fuiſſe pulſatam, &
eius ſonitu, Mutium Iuſtinopoli-
tanũ dixiſſe Monarchias, & Re-
publicas ad arma deueniſſe, ſed
de verò campanæ ſonitu tractare
conabor, & ad primum deuenio.

Campana dicitur à cãpania, & eius
vſus fuit inuẽtus in Ciuitate No-
6 læ, Frecc. de feud. lib. 1. tit. de Pro-
uinc. & Ciuitat. Regn. fol. mihi
78. verbo Nuceria Campagn. in
cap. Regn. item Boues n.9. Fuſc.
de viſitat. cap. 14. n. 1. Rouit. in
prag. 1. de perſeq. malefact. n. 29.

[Sic refert Megal. in promptuar. in verb.Campana n.1. Santorell. in eius poſt prax.medic. cap.32.]

Effectus campanæ plures ſunt, nẽpè, congregandi populum, vel
7 cõcilium,eundi ad Bellum; Horarum gratiarũ actionis, vel electionis factæ, vel gaudij, extinguendi ignẽ, intrandi proceſſionis, adeentus Epiſcopi, vel gaudij alicuius perſonæ intrantis Ciuitatem, funeris excommunicationis,mortuos ſepeliendi,remouendi tẽpeſtates, feſta deſignandi, Miſſas,& alia officia imitandi, ſeditionem mouendi, poſſeſſionem,vel dominium alicuius loci capiendi, vel beneficij, leuandi corpus Chriſti, perſequendi malefactores, & peſtem delendi, vt affert Campagn. in dicto cap. Item Boues n. 8 Fuſc. de viſitat. cap. 14. n. 2. 3. 4. & 5. Rip. in tract. de noctur. tempor. cap. 5. n. 4. 5.& 6. Sed Rouit. compendioſe morè ſuo omnes iſtos effectus ſub bino carmine compræhendit in prag.1. de perſequend. malefact. n.28. nempe.

Laudo Deum verum, Plebem voco, Congrego Clerum.
Defunctos ploro, Peſtem fugo, & Feſta decoro.

Quidquid tamẽ ſit cuncta iſta campanæ ſigna dicuntur ſigna muta,
8 ex Bald. in rubric. C. de dedit. libert. tollend. n. 2. ſequitur Rip. eod.cap.n.7. tu autẽ ex Petr. Gregor. Toloſ. in comment. Syntax. art.mirab.tom.4.par.1.cap. 16.n. 19. fol. mihi 203. ſcias Sanctum Theodorũ Epiſcopum Sedimenſem quandam magnam campanam liberaliter per Leonem Põtificem ſibi donatam, Vrbæ Romæ,vſque ad Sedimenſem Eccleſiã,ſcilicet vſque ad Alpes Heluiticas ſimpliciter aſportari feciſſe.

Deuenio ad primã campanæ pulſationẽ promiſſam nempè tertium
9 cãpanæ ſignũ de noctæ, & ſciendum, quod duæ ſunt campanæ, prima quæ pulſatur de ſero, & vocatur tertia campana, ideſt tertiũ campanæ ſignũ, ex Bartol. conſ. 42. n.3. par. 2. & dicitur hoc tertium ſignum, quia eſt poſt illud
10 completorij, & poſt aliud ſalutationis Angelicæ. Alia, quæ pulſatur poſt noctem de mane ante or
11 tum ſolis,& dicitur ſalutatio Angelica, ſiuè matutinum, & inter iſta duarum campanarum ſigna nox intercluditur, & deferentes
12 arma iſto tẽpore, ideſt poſt tertium ſignum de ſero, & ante illud de mane, puniuntur vbi banno contrauenientes, nã poſt cam panæ ſignũ de die non ligat, Rip. cap. prædicto nu. 15. ſi verò quis allegaret neſcire bannum ema-
13 natum, quòd nemo poſſ tertium campanę ſignum de nocte deambulet, vel arma deferat, vel alleget non audiuiſſe ſonum campanæ,an hæc excuſatio proſit, Rip.
14 cit.cap.5.nu.18. & 19.tenet non excuſari, & puniri, ea ratione, quia quamuis campanæ ſignum denotet noctem, tamen hæc demon-

15 monſtratio eſt ficta, hora verò,&
tenebræ demonſtrant verè no-
ctem, & quando concurrunt ve-
16 ritas,& fictio,veritas prævalet, ex
Bart. Angel.& Aretin. ibi allegat.
limitat benè verùm n. 20. in ſurdo
à Natiuitate, & contrauentio
17 dicitur finitis, & completis omnibus
ſignis campanæ, Rip. ibid.
n.40. [Et Surdus non excuſatur
ab amiſſione armorum,Bouadill.
lib.1. politic.cap.13. n.55. ad fin.
fol.mihi 215.]

Sed ponè, quòd tertia campana nõ
fuerit pulſata hora ſolita,ex incu-
ria cuſtodis, vel negligentia eius
curam habentis,vel malitia delin
18 quentis,vt à pœna excuſetur, an
illam euitabat ſi fuerit de nocte
depræhenſus,& excuſabitur,Rip.
cit.cap.5.nu.29. mouet quæſtio-
nem, & pro negatiua primo ad-
ducit non eſſe imputandũ deam-
bulanti de nocte, iuſtus enim er-
19 ror ei fauet,nec campanarij, ſiuè
cuſtodis defectus non pulſantis
nocere debet, Tu autẽ dicas, ꝙ ſi
ſolitum eſt quolibet ſero hora
determinata campanam pulſari,
& occurrat negligentia, incuria,
vel defectu cuſtodis, aut malitia
alterius aliqua vice non pulſari,
deambulans non excuſatur, quia
cum ſolitum eſt ſignum, dicitur
ignorantia craſſa, quæ neminem
excuſat.

Et è contra ſi campanæ ſignum an-
te ſolitam horam datur, an con-
traueniens excuſabitur. Rip.citat.
cap.5.n.48.& ſeq.pro vtraq; par-
20 te adducit,quem vide [Bouadill.
verò cit.lib.1.cap.13.n.54 ad med.
dicit non ligare, ſi ante horam
pulſatur] tamen pulſans ante horã
punitur, Baiard. ad Clar.quæſt.
82.n.73.& Rip.cit.cap.5.n.52.Et
contra horam incedens poteſt ca
21 pi à cuſtode,vel militibus hac ta-
men diſtinctione, quod capiens,
aut accuſat, aut denunciat, ſi ac-
cuſat requiritur libellus, ſi tamen
22 denunciat, libellus non requiri-
tur, niſi denunciatus neget, Rip.
cit. cap. 5. n.37. & ſeq. ꝙ tamen
totum intellige cum hac diſtin-
ctione,quòd incedẽs poſt horam,
23 ſi à ſua domo exeat videtur con-
traueniſſe, tamẽ ſi ad domum re-
dit,nõ eſt culpa, & excuſatur, Fa-
rinacc.quæſt.29.n.53.

Secundùm campanæ ſignum eſt il-
lud, quando pulſatur media no-
24 cte ad effugandos dœmones ma-
leficos,& ea ratione campanæ be
nedicuntur, & exorcizantur, vt
per illarum ſonitum expellantur
hoſtes, & omnes inſidiæ inimici,
fragor grandinum, impetus tem-
peſtatum, fulgurum, & tonitrua,
& ventorum flumina ſuſpendan-
tur,ſpiritus procellarum, & æreæ
tempeſtates proſternantur, Rip.
ex Gulielm.cap.14 n.7. [Proſper
Rendell.in eius pulcro tractat.de
vindem. & vin. cap.7. verſ. nec.
omittendum fol. mihi 4. col. 2.]
De quibus videndus eſt Martin.
del Ryo tract. diſquiſit. magicar.
lib.6.cap.2.ſept.3. quæſt.3. lit.C.
fol. mihi 526. quo in loco ponit
mira-

Digitized by Google

mirabilem caſum in Fratre Petro Abbate Cluniacēſi, aduerſus quē Diabolus aſſumpta ſpecie Abbatis duobus Dęmonibus in ſpecie Monachorum ſe comitantibus obtulit, & ſono campanæ audito Dęmon ſe arripuit, & præcipiti curſu, ac maximo impetu ad latrinas, quæ proxime erant tendēs ſe demerxit, & teſtificatur, maleficas teſtatas fuiſſe quando à Dęmone conueniuntur, ſignum cāpanę audientes confeſtim Dęmones deijcere, & fuga trepidos dilabi, quē vide, quia pulchra dicit.

Tertia campana, ſeù tertiæ campanę ſignū eſt illud, quod pulſatur ad
25 arma, vulgo, detto à martello cū illo bellico tintinnito, ad cuius ſonū ciues tenētur exire cū armis ꝓ proſequēdis malefactorib⁹, vndè dubitatur, an omnes Ciues exire armati teneantur, & non exeūtes pœnam incidant, Rouit. in prag. 1. de perſeq. malefactorib. n.26. mouet quæſtionem, & dicit, ꝗ contra Ciues non exeuntes, nō eſt impoſita pœna, ſed tantū con-
26 tra Officiales; immò inſurgit cōtra Barones facientes banna pœnalia, vt Ciues proſilire teneātur armati ad ſonum campanæ, & nō exeuntes modica pœna pecuniaria mulctari poſſe, non autem alia pœna puniri, Capoblanc. tom. 1. prag. 19. n. 56. quod tamen ego
27 intelligo cū grano ſalis, nempè, quod probetur quem fuiſſe in loco, ſeù territorio, in quo campana pulſatur, & eius ſignum audire potuit, & quod nō fuit in loco, in quo cæteri Ciues ſe conuenerūt, nam dū ignorantia præſumitur, debet ſcientia probari, & debet conuinci fuiſſe præſentem, & audiuiſſe ſignum campanę, quod ab alijs fuit auditum, Oſaſch. deciſ. 176. n. 4. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 19. n. 22 Rouit. ibid. ſonitus enim campanæ compre-
28 hendit præſentes, & excludit abſentes, exteros, & ſurdos, Menoch. de abitr. Iudic. caſ. 121. n. 15. & nō obligat exiſtentes in loco, in quo non poteſt audiri, Rip. cit. cap. 5. n. 15 & ſeq.

Tu ſcis, quod in die Cœnæ Domini, & Paraſceue non pulſantur cam-
29 panæ ex præcepto Eccleſiæ. cum triduo ante Paſca campanæ ſilēt, Fuſc. de viſit. cap. 14. n. 10. [Bouadill. lib. 1. cit. cap. 13. n. 55. & nuper Iul. Lauor. var. lucubrat. tit. 2. cap. 3. n. 83.] & ipſarum prima pulſatio ad Eccleſiam matricem ſpectat in die Sabbati ſancti, cui obedientia pulſationis competit, ex Bulla Leoni X. quā refert Fuſc. cit. cap. 14. n. 6. ad fin. Et iterum lib. 2. cap. 15. n. 69. ad fin. Et poſt eum Gratian. diſcept. forenſ. cap. 578. n. 17. Et nouiſſimè ex Thor. de priu. cauſ. piæ in priuil. 69. [& eā cōmentat Nouar. in ſumm. bullar. tit. de Cāpana fol. mihi 603.] & propterea cū pulſatio cāpanarū ſit prohibita, quæritur ſi contin-
30 gerit aliqua neceſſitas conuocādi ciues, vt armati egrediantur pro bannitis perſequēdis, & loco

[cam-

31 campanę pulſatur tabella, vel tabula, an ad huiuſmodi ſignum, vel ſtrepitum ciues armati exire teneantur, Rip. citat. cap. 5. n. 26. tenet quod ſic, dummodo in vim tintinnabuli, & commonitorij pulſetur, cenſetur enim ſubrogatum illo tempore loco campanæ, & licèt plus ſit virtutis in viuo campanæ ſonitu, quam in muto tabellæ ſtrepitu, ac rumore, tamen cũ eo tempore ex vrgẽti neceſſitate ſic pulſetur ex natura rei, non mirum ſi tabulę ſignum obligat Ciues, vt armati exeant, & ex hoc ſigno poteſt fieri cõuocatio populi, vt ex multis affert Thor. de priuil. cauſ. piæ priuileg. 169. [Sayr. Caſ. conſcien. 5. cap 9. n. 3. fol. mihi 392. Lauor. tit. 2. cap. 3. n. 26. & ſeq. Lucubrat. Rom.]

Sed ſi quis abſq; licentia pulſauerit campanam ad arma, quòd punia-
32 tur pęna capitis, tenet Alberic. de Roſat. l. capitalium §. ſolent. ff. de pęn. Boſſ. tit. de Crimin. lęſ. Maieſt. n. 35. [Et quando pulſaſatur debet vti in grauibus delictis, aliàs ciues non tenentur proſilire, armati, nec poſſunt mulctari, Capoblanc. prag. 19. n. 58. Nouar. de grauamin. vaſſall. grauam. 330. n. 3. tom. 1. vbi me allegat.]

Inter alios effectus campanę ille eſt, per illud verbũ Defunctos ploro, nempè, quod pulſantur pro funere, & exequijs mortuorum, quòd varijs modis obſeruatur, & con-
33 ſuetudo loci attenditur, Rip. cit. loc. n. 8. ſed Thor. cit. priuil. 169. de priuileg. cauſæ piæ aſſert attendi legatum teſtatoris, eſt benè verùm, quòd debẽt pro funere mortuorũ campanę prolixius ſonari, vt populus pro ani-
34 ma defunctiorct, & idem in diebus feſtis, & dominicis, quam in alijs ferialibus, in quibus omnes ex præcepto miſſam audire tenentur, & clarum eſt, quòd per durabilem ſonitũ excitantur dormientes a ſomno.

Tu ſcis etiam, quòd tempore interdicti campanæ non pulſantur,
35 cum ingreſſus ſit prohibitus, & ſic effectus cãpanæ vocãndi gentes ad Eccleſiam non habet locũ, quæritur ſi fuerit factum legatũ, videlicet, quòd tempore mortis pro campanarum pulſatione, & cadauere ad Eccleſiam aſportan-
36 do tot illi Eccleſiæ debeantur, & contingerit defunctum præmori tempore interdicti, quo cãpanæ non pulſantur, an legatum debeatur, Thor. in tract. de priuil. cauſ. pię priuileg. 169. tenet, quòd le-
37 gatum debet præſtari fauore cauſæ piæ, & ex impoſſibilitate vrgenti tunc temporis, quam teſtator non cogitauit, quem vide.

Sed quæritur ſi tempore bannitorũ contingat campanam ad arma
38 pulſari, & illarum pulſationem Clerici tollerent, ſi aliquod malũ ſequatur, an tolerantes in irregularitatem incurrant, dicas, quòd non, cum tolerantia non ſit cauſa proxima pulſationis campanæ ad

39 ad arma, quidam Doctor hoc teſtatur, ex Abb. in cap. 1. de offic. cuſtod. [vel clericus pulſauerit ad arma incurrit irregularitatem, Horat. Perſ. con. 27. n. 17.] prout in ſimili dicimus Epiſcopum, vel aliũ permittentẽ exumari corpus
40 mortuũ pro cadaueris recognitione, & delicti probatione, non incurrere in irregularitatẽ, ea rationes, quia non eſt cauſa proxima hęc permiſſio. Immò hac neceſſitate bannitorũ, etiã Clerici armati exire tenentur pro defenſione Reipublicæ, ſi tamen illis non exeũtibus Ciuitas illa deſtruitur,
41 & nõ incurrunt in irregularitatẽ. Iure enim naturali pugnare pro Republica tenentur, Caietan. Secunda ſecundæ quæſt. 40. artic. 2. Molin. de Iuſtit. & Iur. tractat. 2 diſput. 108. Hinc dicitur, quod
42 ſi patria ſit à bannitis occupata, & obſeſſa qui minantur illam deſtruere, ciues interficere, & malum irreparabile committere, ſi laicorũ numerus, vel vires cõtra bannitos non ſufficiunt, poſſunt Clerici abſq; peccato, & irregularitate contra bannitos pugnare. Et ad illud, quod ſupra dixi, quod ad ſonũ campanæ tenentur omnes armati proſilire, limitatur nõ teneri, nec obligari minores ſenes, Doctores nobiles, infirmos, & fœminas Carauit. in prag. 2. de exulib. n. 34. Io. Grand. de bello exul. quęſt. 3. n. 7. fol. mihi 108. vt per ingenioſum virũ, qui plura opera compilauit, & valde tironibus proſunt Ioan. Mar. Nouar. queſt. forenſ. quæſtion. 112. qui ſublimitat, niſi Præſes Prouinciæ de perſona exiret, quo caſu omnes eum inſequi tenentur [Et licentia pulſandi campanã ſpectat ad officialem loci, & de regimine dicam infra tom. 2. tit. de armat. per campan. cap. 8.]

DE ADVLTERIO
Caput vnicum.
ARGVMENTVM.

Adulterium quid ſit. Quomodo probetur.
Maritus an poſſit occidere adulterum cum vxore in adulterio repertum, abſq; eo, quòd ſimul vxorem occidat.
Vxor an poſſit occidere maritum in adulterio repertum.
Maritus, an poſſit verberare vxorem, & quomodo.
Alimenta, an teneatur vir præſtare vxori, quæ ab eo receſſit.

SVMMARIVM.

Franciſcus Antonius Dauid Procurator Fiſcalis laudatur, num. 1.

D. Alonſus Agraz Auditor laudatur, num. 2.

Adulterium quid ſit, quomodo probetur quia

quibus inducatur, & cognoſcatur, n. 3.
Adulterium eſt omni iure prohibitum, n. 4
Maritus poteſt omni iure occidere vxorē, adulteram in adulterio repertam, num. 5. ad 24.
Aplia etiā ſi nō inuenerit copulātes ibid.
Declara dummodo inuenerit in actibus veneris, num. 11. 12. & 28.
Amplia etiam ſi aſſociantes pecunia præmiauerit ibid.
Amplia quòd poſſit conuocare amicos, & affines, etiam mediante pecunia, & id facere etiam ex poſt facto, num. 12.
Amplia, quòd poteſt fieri facere etiam eo abſente ibid. n. 13. Et de ratione, num. 14. 19. & 28.
Quid ſi adulter ſit nobilis, maritus verò plebeus, num. 68.
Maritus habet vxorem, non tamquam aliquod ſuum, ſeù infra, ſed tanquam ſociam, num. 15.
Pater habet filiam, non tanquam ſociam, ſed tanquam aliquid ſui, & infra ſe, num. 16.
Vxor committendo adulteriū, quam iniuriam inferat marito, num. 17.
Occidens adulterum ſacerdotem, an incurrat excommunicationem, nu. 19.
Maritus faciendo quicquid potuit pro occidenda vxore, an excuſetur, ſi eam non occidit n. 21. ad 24.
Eccleſia, an agat pro vindicta, num. 25.
Monaſterium an poſſit agere pro iniuria facta Monaco, num. 25. & ſeq.
Vxor, an poſſit impune occidere maritum repertum infraganti cum adultera, num. 29. ad 38.
Donna Victoria Columna relata per Boccalin. petijt ſeruari æqualitatem inter virum, & vxorem, num. 29. & 30.
Correlatiuorum eadem eſt diſpoſitiò, n. 34.
Maritus, & Vxor ſunt correlatiui, n. 34.
Adulteriū vxoris reputatur maius delictum, quam viri, & de ratione, num. 35. & ſeq.
Maritus occidendo vxorem in adulterio repertam, an dicatur proditor, num 39. 44. 45. & ſeq.
Iacobus Adinolfo de Ieſualdo laudatur, num. 40.
Laurentinus Ghezzius Vicarius Generalis ſtatus Venuſij laudatur, num. 41.
Maritus ſi occidat vxorem ex alia cauſa, quam adulterij vide, num. 48.
Maritus occidendo vxorem, an lucretur dotem, num. 49.
Maritus an poſſit querelare vxorem de adulterio, & è contra vxor accuſet maritum de adulterio, num. 50.
Querelando an poſſit peti debitum ab vno ex eis, num. 51.
Si non querelauerit, ſed diſſimulauerit adulterium, num. 5.
Maritus an poſſit vxorem corrigere, verberare, vel percutere, quomodo, & in quibus caſibus, num. 52. & ſeq.
Vxor verberata a marito, an poſſit ipſum accuſare, vel ex officio procedi poſſit, num. 53. & ſeq.
Franciſcus Antonius Ferigno laudatur, num. 54.
Mulier an poſſit petere alimenta à viro, & in quibus caſibus, num. 60. ad 67.
Maritus an teneatur præſtare alimenta vxori ſi ſua culpa, vel temeritate à viro, & domo diſcedat, num. 60. ad 66.
Quid ſi mulier offendit virum, vel mortem procurauit ferro, vel veneno, num. 65. & ſeq.

Cantaua vn giorno al mor=
morar de' venti
Il Paſſerin, che d'aria ſi nu=
triua,
Che d'altro cibo il Cielo lo
priua
Per l'onde de le neui rilucenti.

Et acceſſit tempore hyemali quidã narrans mihi factum, quòd N. in ſua regione à ſpiritu fornicationis ductus, in quandam pulcherrimam iuuenem proſpexit, quorum omnium nomina, honeſtatis cauſa taceo, & totis conabatur viribus illam cognoſcere, cõtinuò proſpiciendo eam inſequebatur, & in dies amore capiebat, fingendo eius amore perire, ſed miſerrimus vere perijt, cui conueniunt carmina.

Nelle due treccie, in cui legato moro,
Quando l'empio deſtin, con cieco ſcorno,
Mi diè d'vn tanto Sol l'vltimo giorno,
Viddi ſcritto in bei giri à lettre d'oro.

Et denique poſt multa marito abſẽte, N. domũ vxoris de nocte ingreſſus eſt, & in camera ſuperiori iuuenem in lecto inuenit, maritus ſuperuenit armatus, & acerbũ ſic dolorem temperare non valens, conatus fuit vtrumq; occidere, nam ſtatim N. interemit, inde vxorem vulnerauit, quæ ſub tus cubile ſe præcipitans, finxit ſe mortuam, credens pauperrimus vir etiam vxoris mortem. Curiam loci adiuit, dicẽs vtrumque occidiſſe, officialis ipſum arreſtauit, & cũ eo ad eius domum acceſſit cum quo ad ſpectaculum acceſſit cum aliorum numero, & inuenerunt N. mortuum, puellã verò ſubtus lectulum orantem, & clamantem ad tot hominum numerum: *Agiutatime, agiutatime*. Maiori dedignatione maritus accenſus, videns illam ex tot vulneribus illatis, non mortuam, ſed viuere, quærebat eam interficere, fuit impeditus ab illo officiali, & arreſtatus, & data per illum officialem notitia huic R. A. fuit deſtinatus Doctor Franciſcus An-
1 tonius Dauid Procurator Fiſcalis, cui cuncta negotia confidentiæ committuntur ex eius integritate, qui in partibus accerſitus fuit de veritate facti informatus, carceratum maritum ad huius Audientiæ carceres tranſportari iuſſit, aderat tunc temporis Auditor D. Alonſus Agraz acuti ingenij,
2 virtute integerrimus, & ab omnibus laudatus, mundas manus habens, qui propter eius merita, nedum fuit aſſumptus ad manus Aſſeſſoris Domini Don Ferdinandi de Riuera in hoc Regno Vicarij Generalis, verùm etiam promotus ad Iudicatum M. C. V. in criminalibus, qui audiens factum, nempè cum vxore fuiſſe repertũ, illumque occiſum, & vxorem tãtum vulneratam, credebat colluſionem à marito factam, dimittẽdo vxorem; magno cum rigore in hac cauſa procedebat, ego, qui Aduocatus pro huius cauſæ tutela fui vocatus, in dies nouis rationibus, & auctoritatibus dicebam

ma-

Digitized by Google

maritum impunem eſſe, dum inuenit in lectulo, & in actu venereo exiſtentem, quę tunc temporis allegabã, placet hic nunc deſcribere, ne labores deperdantur.

Dicebam inquam ommiſſa diſputatione, quid ſit adulterium quomodo probetur, ex quibus inducatur, & cognoſcatur cũ ſit quæ-
3 ſtio potius in ſcolis, quam in palatijs de quibus remitto te ad pulcherrimum tractatum de adulterio, nedum per Iul. Clar. & addent. in tit. de adult. verùm etiam, & ad Iacobum Gagliard. tract. de delict. tit. de crim. adulter. lib. 2. n. 37. per tot. quòd adulterium eſt
4 omni iure prohibitum, & licitum eſt marito vxorem, & adulterum in adulterio repertos occidere. Primo, l. Athenienſium, quam primo Dragho protulit inde Solon approbauit, licitum eſſe marito vxorem, & adulterum occidere, vt refert Plutarc. in vita Solonis. Secundo, l. Duodecim Tabularum in illis verbis: Mechum in adulterio depræhenſum necato. Tertio, Iure authenticor. & conſtitut. nouell. permittitur ma-
5 rito occidere adulterum, nedum in adulterio depræhenſum, verùm etiam in loco ſuſpecto cum vxore alloquentem in ſecreto, Authentic. vt liceat matri, & auiæ §. his quoque collat. 8. Petr. ad Gram. dec 31. n. 4. Quarto, de Iure Digeſtorum, vt in l. ſi adulterium cum inceſtu §. Imperatores ff. ad l. Iuliam de adulter. in qua hæc verba regiſtrata leguntur: Si maritus vxorem in adulterio depræhenſam, impetu tactus doloris, interfecerit, nõ vtique l. Corneliæ de ſicar. pęnam accipiet. Quinto, Iure Codicis ex vulgata l. Gracchus Cod. de adulter. Sexto
6 ex conſt. Regn. ſi maritus. Septimo, de Iure Canonico, ex cap. interfectores 33. queſt. 2. vbi ma-
7 ritus adulteram vxorem occidẽs homicida non iudicatur.

Quod etiam de iure diuino toleratur, habentur enim in Sacra pagina, ex Exod. cap. 29. hęc verba: Si mechatus quis fuerit cum vxo-
8 re alterius, & adulterium perpetrauerit cũ coniuge proximi ſui, morte moriatur, & mæchus, & adultera. Ex Geneſ. cap. 26. dicitur: Si quis tetigerit hominis vxorem morte moriatur. Et ex Deu-
9 teron. cap. 22. legitur: Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, ideſt adulter, & adultera, & auferes malũ de terra.

Et ex Theologorũ ſententia quoq; permittitur marito eius vxorem
10 infraganti repertam, & adulterũ occidere, ex Sayr. claui. Reg. tom. 1. lib. 7. cap. 10. n. 10. [An peccet mortaliter occidens adulteros in adulterio repertos, & ſic an poſ-
11 ſint in foro conſcientię agere id, quod lege ciuili permittitur, inde Clar. §. Homicidium n. 50. verſ. Ceterum in foro Conſcientię & ibid. Baiard. n. 180. & ſeq.]

Et adeò hoc verùm eſt, quod poteſt maritus vxorem cum aliquo de-

Digitized by Google

prehenſam occidere, etiam ſi nõ inuenerit copulantes, ſed tantũ domi paratos in actibus venereis, veluti deoſculantes, vel alios actus inhoneſtos facientes, etiam ſi cum alijs fuerit aſſociatus, etiã
12 ſi cum aſſociantes pretio in pecunia, vel alio modo præmiauerit, & poteſt conuocare amicos, & affines, vt ipſum aſſociant, etiã ſi cum alijs fuerit aſſociatus, etiã mediante pecunia, & etiam ſi nõ incontinenti, ſed ex poſt facto id facere curauerit, & poteſt hoc ab
13 alijs fieri facere, etiam eo abſẽte, etiã mediãte pecunia, vt perbellè declarat, & declarãdo cõcludit, & concludendo, dictum reliquit, Caball. reſol. crimin. cent. 2. caſ. 300. & ex noſtris Afflict. in conſt. ſi maritus n. 3. & 4. & ratio potiſ-
14 ſima eſt, quia impetus iuſti doloris tẽperari, nec refrenari poteſt, & etiam patri hoc permittitur,
15 ommiſſa diſputatione ſi vxor eſt ſocia mariti, quia maritus nõ habet vxorem, tanquã aliquid ſuum
16 ſeu infra ſe, ſed tanquam ſociam, pater verò habet filiam, non tanquam ſociam, ſed tanquã aliquid ſui, & infra ſe, vt docet Sayr. cit. loc. num. 7.

Nec oportet cõſiderare quam iniuriam inferat vxor marito ſuo, vel
17 patri committendo adulterium, cum ad caſum noſtrum non attineat, nec etiam inſiſtendum eſt, ſi maritus iſte, ex quo monachũ ſacerdotem interemit, ſit excom-
18 municatus, nã Canones decidunt maritum, vel patrem occidentem clericum in adulterio repertum, excommunicationem nõ incurrere, cap. ſi verò de ſent. excommun. in fin. ea ratione, quia iuſtum dolorem cõpeſcere non
19 poteſt, vt gloſ. ibid. declarat in verb. turpiter. Ergo cum omni iure permittatur, maritus iſte impunis eſt, nullam penã meretur, & dimittendus eſt; replicabant Auditor, & Fiſcus, omnia iura id permittentia loqui, vt vterque
20 occidatur, ſcilicet adulter, & vxor, & inferebant, quòd cũ maritus vxorem non interemit, ſed tantum vulnerauit, delictũ com-
21 miſiſſe dicitur, & puniendus venit. Replicabam ego, quòd hoc nõ indiſtinctè ſic intelligitur, ſed Sayr. cit. loc. n. 7. ad med. ponit granum ſalis, nempè, ſi potuerit maritus occidere vxorẽ. Vlterius, dum maritus, eam grauiter vul-
22 nerauit, credens mortuam, cognoſcitur animum ſuum fuiſſe vtrumq; occidere, & nõ punitur, & Iureconſultus in l. nihil intereſt ff. de adulter. hæc verba profert, licèt interempto adultero, mulier ſuperuixerit, poſt tã grauia vulnera ei inlata, magis fato, quã
23 volũtate eius ſeruata eſt, & viuit, ſequitur Damphoud. pract. crim. c. 80. n. 15. & ex hoc tex. in gloſ.
24 in ver. grauia colligitur, ꝙ maiora vulnera ſubſtinet fęmina, quã maſculus.

Vndè ſubſtinebam maritũ liberari debere, & pendente deciſione com-

comparuit Aduocatus Baronis illius Terræ, & petijt cauſæ remiſſionem ad eius Curiam; Aduocatus Monaſterij eligendo hanc R. A. in forum petebat cauſã remanere. Replicabam electionem fori Monaſterio non competere, rationibus, quæ alias adduxi ſupra in tit. Monacus quando agat, & addebam, quòd quamuis iniuria
25 facta Monacho, cenſetur facta Monaſterio, tamen Eccleſia ad vindictam agere non poteſt, cap. ſententiam ſanguinis, ne Cleric. vel Monac. etiam ſi accuſet cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis, per cap. Prælatis de homi-
26 cid. in 6. nam illa proteſtatio eſt contraria actui in ſententia proferenda, & proinde non compe-
27 petit Monaſterio ius vendicãdi ſuper nece defuncti Monaci, Guazzin. tract. de pac. quæſt. 13. n. 7. Boer. deciſ. 121. n. 9. Farinacc. tom. 1. de accuſat. quæſt. 13. n. 26. Rouit ad prag. 8. de compoſit. n. 41. & ſeq. Et allegabam priuilegia, quibus illa Curia gaudet cum clauſula contra Eccleſiaſticas perſonas, & poſſeſſionem in qua reperitur huiuſmodi delicta cognoſcendi, fuit hæc cauſa diù ventilata, tamen fuit introducta in M. C. V. per quem viſis actis ab hac Regia Audientia tráſmiſſis, fuit pauperimus maritus ſtatim liberatus, & ad eius patriam dimiſſus, habuit M. C. pro vera meam opinionem poſſe maritum, ex allegatis adulterum interimere etiã aſſociatum, licèt vxorem non interfecit, ſed tantum vulnerauit.

Ex quibus omnibus colligitur marito licere vxorem occidere, &
28 adulterum infraganti depræhenſos, etiam ſi copulantes non inuenerit, ſed tantum in actibus venereis, & etiam ſi fuerit ab alijs aſſociatus, poteſt enim conuocare amicos, & affines, etiã mediãte pecunia, etiam ex interuallo.

Quæri poteſt ſi vir ſit adulter, & mulier inueniet cũ adultera, an poſ-
29 ſit vtrumq; occidere, Boccalin. in eius ditt. 70. affert fuiſſe hoc petitum in illo Tribunali Apollinis per D. Victoriam Columna, quæ nomine totius fęminei ſexus conqueſta fuit de licentia data à lege marito occidendi vxorem adulterã, nulla data facultate vxori cõtra maritũ in adulterio depręhenſum in his verbis, quæ placet hic inſerere, cum hic libet de facili præmanibus haberi non poſſit.

L'eccellentiſſima Signora Donna Vit-
30 *toria Colonna Principeſſa di eſemplar. caſtità, tre giorni ſono cõparue nell' Audienza de Sua Maeſtà, & à nome di tutto il ſeſſo femenile diſſe, che le donne tutte in tãto amauano l'eccellenza della pudicitia, la quale per particolariſſima virtù era ſtata data loro, che punto non inuidiauano la fortezza, virtù*
31 *attribuita al ſeſſo virile, perche beniſſimo conoſceuano, che vna ſignora ſenza l'anima della caſtità, che la rende odorifera al mondo era vn fetente cadauero. Ma che ſolo pareua loro di poterſe con molta ragione dolere della grandiſ-*
32 *ſima.*

32 *ſima diſugualanza, che tra il marito, e
la moglie ſi vedeua nel particolare del-
la pena dell'adulterio: non potendo le
donne quietarſi, che gli huomini marita-
ti talmente ſe ne ſtimaſſero liberi, che ne
meno la pena della vergogna, che à gli
huomini honorati ſuol'eſſer di tanto ſpa-
uento poteſſe rafrenarli dal commetter
verſo le mogli loro i bruttiſſimi manca-
menti de ſceleratiſſime libidini, ne qua-
li diſordini diſſe, che eglino tant'oltre
erano paſſati, che molti mariti non ſolo
non ſe vergognauano di publicamente
tener le concubine in caſa, ma che alcu-
ne volte fino haueuano ardito d'am-
metterle con la medeſma moglie nel ſa-
cro ſanto letto coniugale. Tutti eceſſi,
che ſe commetteuano, perche dalle leggi
con quelle ſteſſe ſeuere pene non era ſtato
proueduto all'impudicitia de mariti, le
quali erano ſtate fulminate, e ſe vede-
uano pratticate contro le moglie adulte-
re, & che in queſto particolare di modo
le leggi ſi erano moſtrate fauoreuoli a*
33 *gli huomini ammogliati, che all'hora,
che trouauano le moglie loro in adulte-
rio, fino s'erano contentate, che con le
mani loro ſi foſſero vẽdicati di quell'in-
giuria. Per li quali molto notorij agra-
uij il ſeſſo feminile era ſtato violentato
ricorrere al fonte chiariſſimo della retta
giuſtitia, à fine, che nella parità del me-
deſmo delitto, publicandoſe pene vgua-
li competente rimedio ſe ſi deſſe all'op-
preſſion loro. Et che ciò à Sua Maeſtà
non piaceua, che rimaneſſe almeno ſerui-
ta di cõcedere nel particolare dell'adul-
terio la ſteſſa licenza al ſeſſo feminile,
che pretendeuano di goder l'huomini. E
che ſimil licenza chiedeua, non già per-
che haueſſero le donne animo di ſeruir-
ſene, ma per ſolo poter con lo ſpauento di
lei tenere à freno i libidinoſi mariti loro.*

Cuius petitio à iure communi regu-
latur. Primo correlatiuorum eadẽ
34 eſt diſpoſitio, & diſpoſitum in
vno, habet locum in alio, ſed vir,
& vxor ſunt correlatiui, ergo di-
ſpoſitum in marito habet locum
in vxore ratione correlationis,
qui non debent ad imparia iudi-
cari, de Iur. ciuil. in l. final. C. de
repud. De Iur. canonic. ex tex. in
cap. ſi quis vxorem 33. quæſt. 1. ſe-
quitur Gram. deciſ. 234. n. 5. d'A-
pont. deciſ. 24. n. 6. Nouar. in tract.
de elect. for. ſept. 1. quæſt. 47. n. 15
tamẽ quicquid dictum ſit, in hoc
diuerſa ratio militat, & regula ſu-
35 pra allegata non ſic ſe habet, nã
maius delictum reputatur adul-
terium vxoris, quam viri multi-
plici ratione. Prima maioris ſcan
dali. Secunda, quia vir eſt caput
36 vxoris vulgatis iuribus. Tertio,
ex quo facit prolem incertam,
Caiet. ad D. Thom. ſecunda ſe-
cundæ quæſt. 154. artic. 8. Quarta,
quia maius decet eſſe caſtas mu-
lieres, quam viros. Petr. ad Capic.
deciſ. 44. n. 3. ad med. Idem Petr.
37 ad Gram. deciſ. 31. n. 7. Quinta,
quia maritus plus dolore afficitur
ex adulterio vxoris, quam morte
filij, l. codicillis, §. matre ff. de le-
gat. ſecundo ibi filium interfecit,
& alia deteriora fecit. Quarum
auctoritate ab Appolline ſic fuit
eidem Victoriæ Columnæ reſpõ-
38 ſum, vt per Boccalin. in cit. dit. 70
in

in his verbis. *Alla domanda della Signora Vittoria riſpoſe Apollo, che la legge della fedeltà trà il marito, e la moglie doueua eſſere vguale, & che il difetto di chi la violaua, non meno meritaua d'eſſer punito nell'vna, che nell'altra, mà che nelle mogli ſi deſideraua più perfetta pudicitia, per lo riſpetto grande di quella certezza de' figliuoli, per lo quale al ſeſſo feminile fù data la preſtante virtù della pudicitia, mercè, che nella procreatione del genere humano così à mariti era neceſſaria la certezza della prole, che ſenza la virtù della caſtità delle madri i figliuoli loro non meno perdeuano l'hereditadi, che l'affettione de padri loro, coſa tanto vera, che la ſteſſa ſapientiſſima natura à tutti gl'animali della terra, doue il maſchio concorre alla fatica de couar l'vuoua, ò di nutricare i piccoli figliuoli, haueua data la moglie pudica, tutto à fine che li ſtenti de' Padri impiegati per la ſalute de figliuoli loro foſſero dolci i diſpendij, conſolationi, & guadagni grandi. A queſta riſpoſta di honorato roſſore ſi tinſero le belliſſime gote della Signora Donna Vittoria, la quale con Romana ingenuità à Sua Maeſtà confeſſò la ſemplicità della ſua domanda, & diſſe, che al ſeſſo femenile ſcorno troppo grande ſarebbe ſtato, ſe nel pregiato dono della caſtità ſi foſſe laſciato vincere da gli animali bruti, i quali ancorche niuna altra coſa più propenſatamẽte ſeguono, che il diletto, per non togliere nondimeno con le libidini loro il pretioſo padre à i loro figliuoli, religioſiſſimamente oſſeruauano loro caſtità, & che per l'impotenza della cagione, perche i mariti deſiderauano le moglie loro pudiche, la legge dell'adulterio verſo le maritate laſciue troppo era ſtata piaceuole, perchè la ferita dell'impudicitia de' mariti alle moglie ſolo foraua la pelle, mà che le maritate con l'adulterij loro con'l pugnale d'vna eterna infamia vccideuano i mariti, & vituperauano i proprij figlioli.*

Vlterius, & oportunè quæri poteſt, an maritus occidendo vxorẽ ſic
39 in adulterio depræhenſam, dicatur proditor, vtilitas eſt, quòd ſi proditorium delictũ huiuſmodi iudicatur, non gaudet generali indultu, nec Eccleſiæ immunitate, occurrit in cauſa Petri Panza Sanctæ Paulinæ, qui inquirebatur, quòd vxorẽ euntem ad quãdam vineam certa die ſolam occidit, abſq; quòd eam in adulterio, inueniſſet, ſed dicebatur illã depræhendiſſe in adulterio per triennium ante, & per Gubernatorem huius Regionis Iacobum
40 Adinolfo Ieſualdi, conſcientiatum, & integerrimum, qui pluribus officijs fuit decoratus, nedũ ab Excellentiſſimo Principe Venuſij, de cuius Auditoratu Generali fuit inueſtitus, verùm etiam in Ciuitate Foggiæ, & alijs Ciuitatibus Regni, & maiora meretur fuit nouis inditijs liberatus, & quamuis decretũ obtinuiſſet noluit propriam patriam properare, ſed per annum poſt repatriauit, ſucceſſit in hoc eodem officio Doctor Philippus Claua Hydrũtinus, qui dictum inquiſitum carcera

cerauit,& ab eo confeſſionem recepit occidiſſe eius vxorem,& ſeruatis ſeruandis illum ad triremes perpetuò condemnauit; introducta cauſa in ſecunda inſtantia per appellationem coram Henrico Vico modeſtiſſimo viro, optimæ
41 indolis, & ſtudioſo,fuit reformata ſentẽtia ad triremes per decennium. Peuperrimus inquiſitus recurſum habuit ad Dominum Vicarium Generalem Status Excellentiſſimi Domini Principis, Laurentium Ghezzium diligentiſſimum, proprio ſudori, & vigilan-
42 tiæ non parcentem mundas manus, mundamq; linguam habentem, benemeritum, & ab omnibus laudatum, & amatum, pro electione Iudicis à quo fuit mihi cauſa commiſsa,& trãſmiſſo mihi proceſſu, ſeruatis ſeruandis eum condemnaui ad exulandum à ter-
43 ra, & territ. Sanctæ Paulinæ eius patriæ per quinquennium. Motus inſuper ex famoſa,& pulcra deciſ. Mar. Mut. Sicil. 61. qui pulchros caſus adducit,& pendente termino dato ad colligendum ſarcinulas ſuperuenit de mẽſe Maij 1630.
44 Generalis indultus ab inuictiſſimo Rege noſtro Hyſpaniarum conceſſus, & petijt gaudere eius beneficio: fuit dubitatum, an dicatur hoc delictum proditorium, Bouadill. to. 2. politic. lib. 2. cap. 14. n. 36. dicit proditorem fuiſſe
45 iudicatum virum illum, qui in illo tempore ſuo occidit vxorem de nocte,& eam ſuffocauit, Thor. verò compend. deciſ. tom. 1. verb. proditorium fol. mihi 429. teſtatur per Sacrum Conſiliũ in cauſa
46 Catharinellæ Mazziottæ fuiſſe iudicatum delictum proditoriũ commiſſum per Catharinam in perſonam Flaminij Protoſpataro cum interuentu illorum de Maleno inteſecti, & licèt ipſi de Maleno interueniſſent, reſpectu ipſius vxoris fuit diuiſa qualitas proditionis, & delictum proditoriũ reputatum, ea ratione, quia vir, & vxor, ſunt vna eademque caro.
47 Hac doctrina tuebantur aliqui, Thor.& Bouadill. ſequentes. Ego verò, ex Maſtrill. in tract. de indult. cap. 29. nu. 6. diſtinguebam, aut vxor eſt honeſta, & dicitur proditor vir,& eſt excluſus ab indultu, aut verò eſt inhoneſta, & ſecus eſt, & in vtroque caſu fuiſſe iudicatum refert, & decidi, quòd gaudeat indultu.

Ex his habet reſolutam quæſtionem, ſi vir occidendo vxorem dicitur proditor.

Si verò vxor non fuit adultera, ſed vir alia cauſa, nempè, propter eius
48 laſciuiam, vel lucrum dotis, colore tamen adulterij eam interemit, an ſit puniẽdus, & qua pęna, vide pulchram deciſion. Regent. d'Apont. 24.

Sed ſi occidat, vt dotem lucretur, an dotem lucrifaciat, vel antefatum, vide Gram. deciſ. 234. Thor. to. 1. compend. deciſ. in verb. maritus, Peregrin. de Iure Fiſc. lib. 2. tit. 3. n. 7. & 8. & nouiſſimè Viſcont. in

ſin-

ſingul. ſuis, verb. maritus fol. 171.

Et ſi aderit aliquis vir pauci furoris, qui vxorem non occidat, ſed eam
50 de adulterio quærelauerit, qua pœna venit punienda, & è contra poſſit maritum de adulterio quærelare, vid. eund. Thor. in verb. adultera fol. mihi 20. & iterum in verſ. vxor. fol. mihi 584. & in cauſa querelæ vnus non poteſt pe-
51 tere debitum ab altero. Petr. ad Gram. deciſ. 31. n. 6. Et ſi nõ querelauerit, vel diſſimulauerit adulterium, vide Capoblanc. tom. 2. c. 29. n. 5. & Mari ad Gram. dec. 31.

Et dum de querelæ materia ſermonem ſum agreſſus, quæro vnum, quòd in facto occurrit, nũc dum hæc ſcribo ſi vir maletractauerit vxorem, vel ex furore, vel ex alia
52 cauſa, non tamen turpi, an poſſit illa eum accuſare Ioannes Marrone Terrę Paduli fuit inquiſitus de percuſſionibus in perſonam Catharinæ Turpianæ eius vxoris, & per Curiam Terræ Paduli fuit citatus ad informandum, & ad capitula, & interpoſita appellatione coram me, fuit dubitatum ſi poterat in hoc procedi ad querelam vxoris querelantis maritum de percuſſionibus, patrocinãte pro eo Franciſco Antonio Ferigno,
53 nedùm in legali ſcientia; verùm etiam, & Poetica erudito, cum quo ſermonẽ habebã, & quęrebã; qua pęna debet puniri vir verberans vxorem, ego dicedam, quòd etiam ſi vir vxorem baculo ver-
54 berauerit, & ſanguis exiuit, non poteſt procedi ex officio, quia nõ præſumitur doloſa percuſſio, nec mulier poteſt virum accuſare ex tali percuſſione, etiam ſi vulnera-
55 ta fuerit cum gladio, & adducebam in vtroq; caſu Foller. pract. crim. tit. dentur capitula n. 72. & 75. & poſt eum Petr. ad Gramatic. deciſ. 34. n. 12. Maritus enim poteſt eius vxorem verberare, &
56 corrigere, Mari ad Gramatic. dec. 34. n. 45. dummodo correctio ſit leuis, & non atrox, Ricc. ex alijs quos adducit deciſ. 121. n. 1. par. 1. qui ponit differentiam inter percuſſiones, verberationes, &
57 correttiones, Tolet. in Summ. lib. 5. cap. 2. n. 2. Percuſſio eſt illa, qua infertur cum cingulo, & nõ eſt atrox. Correttio eſt cum fune, ferula, ſeù corrigia. Verberatio eſt percuſſio cum baculo cũ ſanguine; & dicitur atrox, & grauis, quem vide quia pulchra dicit. Sed quicquid ſit, ſiuè maritus corrigat,
58 ſiuè percutiat, ſiuè verberet, debet eſſe moderatè ad bonum finẽ correctionis cauſa, & non vultionis, aut odij, nam ſi excederet modum, teneretur, de exceſſu,
59 Ricc. qui multos adducit deciſ. 8. n. 10. par. 2. Quomodo autem cognoſcatur fuiſſe factum grauiter, vel moderatè, aut leuiter, vid eund. Ricc. deciſ. 249. par. 3. & iterum in deciſ. 121. n. 8. par. 1.

[Si maritus ſit luſor, diſsipator, vel blaſfemator, an dicatur probata ſeuitia, vide Mari ad Gram. deciſ. 34. n. 51.]

Et dato (vt ad maiora quęſita deueniam) quod mulier accuſet virũ
60 de adulterio, vel è contra, an lucra dotis vxor obtineat, vel alimenta petere poſſit, hæc quæſtio dependet ab ea; an maritus teneatur præſtare alimenta vxori, accidit in occurrenti caſu in perſonam Lidiæ Fioretta Caſali Sanctæ Paulinæ, quæ matrimonio fuit collocata, licèt contra eius voluntatem cum Gratiano de Feulo eiuſdem Caſalis, quæ poſt contractum matrimonium ferè bidui ſpatio, carnali copula non ſequuta propter diaboli tentationem ex ligamine porrecto, in eorum vinea maritum in capite per cuſsit, à Dęmone ducta, animo illum interficiendi, fuit capta, & ſtatim confeſſa eſt delictum, & intus carceres detinebatur, quærebat alimenta à viro ſuo penden te carceratione, & accuſatione, & fuit dubitatum ſi debebant ei ali menta præſtari à dicto eius viro,
61 multi dicebant, quòd ſic, ex auctoritate Belamer. deciſ. 88. ex quo vxore accuſata ſub nomine viri, ei alimenta præſtari debentur, quē ſequitur Nouar. collect. 154. n. 5. Ricc. deciſ. Archiepiſc. Neap. 191. n. 2. par. 1. Carminius Centrella Aduocatus Charitatis
62 diſtinguebat tres caſus. Primo, aut dos non eſt conſtituta. Secundo, aut eſt conſtituta, & non ſoluta. Aut verò tertio eſt conſtituta, & ſoluta, in primis duobus caſibus virum non teneri affirmabat; in tertiò verò caſu teneri, ex Guid. Pap. deciſ. 439. & ibi addent. Ego verò licèt ex Coſt. in tract. de ſcient. & ignorant. Iur. cent. 1. diſtin. 53. nu. 9. & cent. 2. diſtin. 25. n. 16. poteram affirmare maritum cogi vxorem accuſatam de adulterio alere pendente lite, ex Federic. de Sen. conſ. 176.
63 Parid. Ceſal. Riminald. & alijs ibi citatis, tamen huiuſmodi doctrinæ caſui noſtro adaptari non poterant, loquuntur enim doctrinæ allegatæ ſi vxor accuſata fuerit de adulterio, vel nomine mariti, vel ſi eſſet inter coniuges quæſtio de ſeparatione Thori, vel vxor à vi-
64 ro diſceſſerit propter eius nimiã ſeuitiam, & atrocitatem, ſed magnum chaos firmatum eſt inter doctrinas allegatas, & caſum noſtrum, nam in hoc mulier receſſit à viro eius temeritate, & culpa, ex eo, quia maritum vulnerauit animo occidendi, & quando mulier offendit virum, vel mortem pro-
65 curauit ferro, vel veneno à ſua domo eius memeritate receſſit, nulla culpa viro imputanda venit, ſed animi prauitati ipſius vxoris, cuius defectui omnia applicari poſſunt, & perconſequens ma-
66 ritus alimenta ei præſtare non tenetur, & adduxi nedum Bart. Soccin. conſ. 186. vol. 1. verum etiam & in terminis punctualem doctrinam, Paul. de Caſtr. conſ. 65. ad fin. vol. 1. qui ponit exemplum in vxore, quæ inquirebatur, quòd
67 marito venenum propinaſſet, ſequitur

quitur Surd. in tract. de aliment. tit. 1. quæſt. 31. n. 33. prout in ſimili ſi mulier ſua culpa ſe à viro ſeparauerit, & ſuper ſeparatione matrimonij litem intentauerit, non ſunt alimenta ei concedenda, allego vnum pro multis, nempè, Ricc. deciſ. Archiep. Neapol. par. 4. deciſ. 35. n. fin. Et iter. deciſ. 191. n. 2. par. 1. & iter. deciſ. 8. n. 14. par. 2. Quo per dictam inquiſitam audito, vlterius in cauſa nō eſt progreſſum.

Et manum in hac materia imponēs, quæritur, an hoc procedat ſi maritus plebeus occidat adulterum nobilem, ſi fuerit de nocte, vide
68 Rip. in tract. de noct. temp. cap. 32. n. 14. & iter. in cap. 36. n. 57. [Mulier grauida torqueri non poteſt, nec infra quadraginta dies poſt partum l. prægnantis ff. de pœn. Mauſon. de cauſ. exequutiu. limit. 10. n. 20.]

DE FACVLTATE DOCTORVM

Caput I.

ARGVMENTVM.

Doctores vndè dicantur.
Quot nomina habeant.
Quæ deſiderentur, vt dicantur Doctores.
Quibus priuilegijs gaudere debent.

SVMMARIVM.

Verbum Doctores, quibus literis deſcribatur, num. 1.
Ex eius literis deriuantur octo nomina, ibid.
Quæ requiſita debent adhiberi, vt dicantur Doctores, num. 2. ad 8.
Eloquentia quid ſit, num. 3.
Periti, & imperiti qui dicantur, n. 4. 7. & limita, num. 46.
Peritia Doctorū mundus illuminatur, n. 6.
Doctores, an oporteat habere multos libros, vel paucis eſſe contentus, num. 9. ad 17.
Plato libros Pithagorici, Philoſoſi emit, n. 12
Ariſtotiles libros Platonis emit, num. 13.
Talentum quid ſit, & quare dicatur Atticum, num. 14. & 15.
Admiratio an differat à murmuratione, num. 17.
Doctores Gaudent octo Priuilegijs, num. 18. ad 34.
An poſſint mercaturam exercere, num. 19. limitatur, num. 35.
An ſint immunes ab Hoſpitio, n. 21. 22. 23. & 24. limitatur, n. 36. 37. & 38.
An teneantur ad cuſtodiam, & quid tempore peſtis, n. 25. & 26. Limitatur, n. 39. 40. & 41.
An poſſint donare concubinis, num. 28.
Dicuntur ſapientes, num. 26. & 33.
An teneantur proſilire armati ad ſonum campanæ ad Arma, n. 30. Limitatur num. 42. & 43.

An poſſint arma portare, n. 31. Limitatur, num. 44. & 45.

IO. Berardinus muſcatellus magnus practicus, qui poſt practicã de appellationibus, de doctoratus dignitate, decore, & auctoritate titulum poſuit ſuper quibus diffuſè, & abundè tractat, vndè non eſſet opus vltra me elaborare, tamen, cum occaſio in ſequenti caſu fuit mihi pręſtita, neceſſarium puto aliqua de doctoribus, ipſorum facultate, requiſitis, & priuilegijs diſſerere, & ad illorum ingreſſum,
1 eſt pręmittendum, quòd hoc verbum Doctores deſcribitur octo literis, vndè ex illis dẽpta D, quæ eſt prima, reſultat Anagrãmatica expoſitio octo, res, quaſi dicere velit, quòd octo res expoſtulant, octo requiſita deſiderantur, vt Doctores gaudeant octo priuilegijs ſcaturientibus ex hoc nomine, & quodlibet ex qualibet litera, nimirũ, ſi ex octo literis oriantur octo nomina, quæ Doctores habent, & ſunt. Ex prima litera D, vocantur Domini legum. Ex ſecunda litera O, Ordinati Anteceſſores. Ex Tertia litera C, Celſiores. Ex Quarta litera T, Tutores, & patres iuris. Ex quinta litera O, Orantes præceptores. Ex ſexta litera R, Reales Magiſtri. Ex ſeptima litera E, Experti docẽtes. Ex vltima litera S, Sacerdotes. Vndè Iureconſultus dixit meritò nos Sacerdotes appellat, vt hæc omnia perbellè cõgerit, Marant. conſ. 25. n. 22. quẽ rogo, vt videas, vt cognoſcas, ſi rectè perpendi.

Ex quibus reſultant octo requiſita, q̃ habere debent ex ipſius nominis
2 literis deriuantia. Et primum, ex litera D, Deum timentes. Secundum, ex litera O, Odioſi auaritiæ. Tertium, ex litera C, Cuſtodes veritatis. Quartum, ex litera T, Tutores iuſtitiæ. Quintum ex litera O, Oculati, nè obcęcati iuſtitiam peruertant. Sextum, ex litera R, Reſiſtant iniuſtis petitionibus, & ſint fortes, & potentes. Septimum, ex litera E, Eloquentes. Octauum, & vltimum, ex litera S, Sapientes, & periti. De alijs requiſitis vide Viu. deciſ. 123. n. n. 55. & 56.

De 1. 2. 3. 4. 5 & 6. latè dixi ad pragmaticam pro examine Officialiũ conſiderat. 6. n. 30. & ſeq. cui te remitto, ne exemplare videar.

Nunc addo Septimum requiſitum, quòd eſt Eloquẽtia, oportet enim
3 eſſe Doctorem eloquentem, & eloquentia conſiſtit, vt quæ mente concepit, verbo valeat explicare, honeſta enim abundantia verborum declarat loquentis intentionem, Boet. de conſolat. tit. de diſciplin. ſcolar. cap. 5. lit. B. fol. mihi 117.

Addo Octauũ, debent eſſe ſapiẽtes, & periti, imperiti enim non obti
4 nẽt munus iudicãdi, Grat. diſcep. forenſ. cap. 186. n. 47. qui n. 48. & 58. affert quis dicatur imperitus,

tus, & n.35. ponit ſubſcriptionẽ,
Bald. contrà Doctorem imperi-
5 tum, & licèt Farinacc. quæſt. 42.
n. 42. aſſerat, quòd quamuis im-
peritus ſit, gaudet priuilegijs, di-
ctum Farinacc. impugno, & cum
Gratian.. reſideo, vt ſint periti, nã
peritia eorum mundus illumi-
6 natur, Marant. conſ. 25. n. 24. &
25. ea ratione, quia docti, & peri-
ti, propter doctrinam, & ſcientiã
eliguntur in officiales, Pariſ. de
beneficior. reſignat. lib. 9. quęſt.
22. n. 10. & cum eliguntur ad ad-
miniſtrationem iuſtitię debent
7 eſſe periti, & cunctis his requiſitis
muniti. Verùm, quia peritia ex li-
brorum reuolutione oritur, opor-
tet habere multos libros, & diù,
noctuq; legere, & legendi ſitim
nunquam extinguere, Viu. deciſ.
8 178. n. 15. & præſertim de mane,
cum acutius ſit ingenium in pri-
mis horis diei, vndè Poeta:
Leggo la ſera, e ſtudio la matina.
Sed hoc requiſitum multitudinis li-
brorum non omnes admittunt,
9 nam licèt Viu. citat. loc. conclu-
dat illorũ copiã neceſſariam eſſe,
tamẽ Senec. in tract. de tranquil-
lit. animi cap. 1. n. 181. fol. mihi
682. conſulit paucos libros ſuffi-
cere, multitudo enim laxitudinẽ,
& nauſeã inducit, itaut vix vnus
perfectè legi poſsit, & neque in-
dices conſiderari in illis verbis:
Quo mihi innumerabiles libros,
& bibliotecas, quarum Dominus
vix tota vita ſua indices perlegit,
onerat diſcentem, turba non in-
ſtruit multoq; ſatius eſt, paucis te
auctoritatibus tradere, quàm er-
rare per multos. Hec ille. Et ha-
bere librorum multitudinẽ, nul-
lus eſt finis, dant aliqui exemplũ
in peregrinis, qui multa habent
hoſpitia, amicitias nullas, vel in
infirmo, cui plura adhibẽtur prę-
ſidia, ſed nullum prodeſt, vel ſto-
maco debili, cui multa deguſtare
licet, ſed non alunt, vbi enim
varia, & diuerſa ſunt, inquinant,
& non proficiunt. In tantum,
quòd inhęrentes huic opinioni,
10 concludunt paucis libris indige-
re, nam numerus illorum, nõ in
ſtudium, neque vtilitatẽ, ſed po-
tius in admirationem apparatũ, &
ornatũ conſideratur.
Ego verò in multis expertus, cõtra-
rium affirmo, & cuilibet ſtudioſo,
11 & ingenioſo virtutem quærenti,
& ſcientiã profitenti expedit mul-
tos habere libros ex quorum le-
ctione, cum memoria hominum
ſit fragilis, nedum peritus, ſed pe-
ritiſſimus euadit, impoſſibile eſt
enim ſine ſtudio, & librorum re-
uolutione poſſe hominem litera-
tum eſſe, habemus exemplum, q;
12 licet Plato egenus eſſet, tres li-
bros Pythagorici Philoſofi decẽ-
millibus denariorũ emit, & qui-
libet denarius nummus argẽteus,
ideſt pretium decem nummorũ
vſualium indicat, Landulf. de vit.
Chriſt. part. 1. cap. 9. fol. mihi 19.
litera K, & nos habemus cap. Ie-
13 iunium de conſecrat. diſtin. 5. &
& Ariſtotiles libros Platonis poſt
ſuam

Digitized by Google

ſuam mortem emit talentis Atti-
cis tribus, quod eſt ſecundū no-
ſtrum compotum ſextertia: &
duomilia, ſed Nicol. Faber ad Se-
nec: lib. 5. controuerſ. 34. verſ. in
14 quo fol. mihi. 218. dicit, ꝙ quodli
bet talenum Atticum, ſeù Ma-
gnũ vigintiquatuor ſextertijs con
ſtant, & alia exempla, ponit Ol-
drad, à quo hoc didici conſ. 84.
[apud Hebrços aderat Siclus, qui
ſemuncia erat ſtatera quoque
Semunciam appellabãt Hebrçi,
Rip. de mort. artic. titul. de iuſt.
funebrib. c. 90. n. 47.] & cũ mate-
ria talentorum ſit, amplexa, eſt
ſciendum, quòd talentum ſumi-
15 tur pro dono alicui à Deo tradi-
to, ſcilicet naturalis ingenij, &
cognitionis, ſed ad effectum pa-
rabolæ Euangeliſtæ de tribus ſer-
uis, vni quorum fuerunt tradita
quinque talenta, alij duo, alteri
vnum, per illa quinq; intelligitur
donum quinque ſenſuum, & ex-
terior ſcientia quinque ſenſibus
acquiſita, & qui operatus eſt in
eis alia quinque, ideſt, quia meri-
ta ſua multiplicauit ex creaturis
creatorem, ex corporalibus ſpiri-
tualia, & ex temporalibus æterna
cognoſcens, & de eo, qui duo ac-
ceperat, ſumitur pro intellectu
ſcripturarum, & operationum, &
operatus eſt alia duo, ſcilicet bo-
num ſapientiæ, & bonum opera-
tionis, & de tertio, qui vnum ac-
ceperat, ſcilicet ſolam intelligen-
tiam ſcripturarum, & cum fodit
in terra, & abſcondit, cenſetur in-
genium terrenis actibus impli-
care, & non quærere lucrum ſpi-
rituale, Landulf. qui hæc omnia
differendo teſtatur de vit. Chriſt.
par. 2. cap. 49. fol. mihi 284. litera
D. Et hæc quoad talentorum co-
gnitionem ſufficiant.

Redeundo ad librorum neceſſitatẽ,
concludo Doctorem oportere
16 multos libros habere, etiam ſi
bonam ſuorum partem pro illis
emendis expenderet, vt nuper
concludit Molfeſ. in conſuetud.
Neap. tom. 2. in procem. n. 22.
& Gratian. diſcept. forenſ. tom.
1. cap. 186. n. 89. nam ſine mul-
tis libris ſtudere, eſt aquã haurire
cribro, ex vulgari dicto, & verifi-
catur illud adagiũ, multa in ma-
nũ recipio, vt à multis multa co-
gnoſcam. Miratus fui, immò mur-
muratus de aliquibus libros ha-
bere non curantibus, & munus
iudicandi, & aduocandi ſubſtine-
re volentibus: & ne miretur le-
ctor de verbis miratus, & murmu-
ratus, licèt admiratio differat à
17 murmuratione, tamen murmu-
ratio duplex eſt, ſcilicet conque-
ſtionis, & admirationis, vt diſtin-
guit, idem Landulf. de vit. Chriſt.
par. 2. cap. 14. fol. mihi 226. litera
E, meritò murmuratus, ideſt con-
queſtus fui, concitando ad libro-
rum multitudinẽ acquirendam
[adſunt aliqui Doctores, qui allu-
cinantur, quando ll. & DD. ſen-
tẽtias, & opiniones in repertorijs
tumltuariè legunt, vellent .n. ex
principijs dilucidare, atque eas
enu-

Digitized by Google

enucleare Scacc. de ſentent. & re
iudicat.gloſ.14.q.23.n.54. verſ.
ex his fol. mihi 580. Adſunt alij
Doctores, quorum libris puluere
copertis digito ſcribi poteſt, Mau
ſon.de cauſ.exequutiu.lib.9.n.10.]

Quo verò ad octo Piuilegia, quibus
gaudent, vltra illa poſita per Ma-
18 rant.conſ.25.Marſcard. concluſ.
528.n.16.Gratian.diſcept.forenſ.
cap.186.n.69.tom. 1.& nouiſſi-
mè Ricc. collect. 611. Ego addo
alia octo particularia, & quodli-
libet Priuilegium, cuilibet litera
attribuendu venit.

Quoad primam literam D, ſe offert
primum priuilegium, nempè, de-
19 ſiſtentia à mercatura, quaſi, quòd
mercaturam non exerceant, nā ſi
illi ſe immiſcent, aduocatione di-
miſſa, priuilegijs Doctorum non
potiuntur Dignitas enim Docto-
ralis mercaturam impertinētem
ſibi comparat, prout in ſimili di-
citur de milite negotiatore, Gra-
tian.diſcept.forenſ.cit. cap. 186.
n. 23. & 24.

Sequitur ſecundum priuilegium, ex
ſecunda litera O, Oſpitijs non
20 aſtricti. Doctores enim ſunt im-
munes ab hoſpitio, & impoſitio-
nibus ipſorum occaſione facien-
dis, Marant.conſ.25.n.26. ad fin.
Radij Solis appellantur, & per
eos, quaſi candelas luminoſas vni
uerſum corpus Orbis errorum te
nebris profugatis, velut ſydus ra-
diat matutinum, & velut Stellæ
in perpetuas ęternitates manent,
21 Par.de Put.de ſyndicat.verb.Do-
ctor cap.1.num.6. & licèt diſtin-
guendum eſſet in hoſpitij munus
ſit perſonale, patrimoniale, reale,
vel mixtum, vt diſtinguit Rol. à
22 Vall.conſ.66.n.36. vol.1. tamen
trifariam, & hęc ponuntur cōprę-
henduntur vna ſignificatione, &
& ſunt immunes expreſſo iure,
per tex. in l. medicos C. de pro-
feſſ. & medic. in illis verbis: Re-
ceptio hoſpitij remittitur, ſequi-
tur Marant conſ.25.n.6.& Cam-
pagn.ad cap. Regn. Item, ſtatui-
mus, quod domus n. 10. aſſerens
ore putei, Officialem quamdam
fuiſſe in ſyndicatu moleſtatum,
ex eo, quia hoſpitium Doctori
23 impoſuit.& Viu.deciſ.162.n.11.
teſtatur Audiētia Terræ Bari de-
creuiſſe Doctores Ciuitatis Trani
non teneri ad hoſpitandum; ſe-
quitur Theſaur.quæſt. forenſ.lib.
1.quæſt. 93.nu.1.& ſeq Nouar.
24 quæſt.forenſ.par.1.quæſt.90.n.1.
& 2.& nouiſſimè idem Nouar.in
practic. priuileg.miſerab.perſon.
priuil 103.n.6.qui ampliat, etiam
ad fratres Doctorum ſimul habi-
tantes [concordat Mauſon. de
cauſis exequutiu.ampliat.29. nu.
118.vbi teſtatur in Ciuitate Aqui
læ DD. eſſe exemptos.]

Tertium, ſe offert priuilegium, ex
tertia litera C, licèt enim Cuſto-
des Iuſtitiæ ſint, vt ſupra dixi ta-
men Cuſtodes eſſe, non poſſunt,
ita, vt non tenētur ad cuſtodiam,
25 ſeù guardiam aliqua rationabili
cauſa, & publica imponendam.
Et cum occurriſſet in cuſtodia

impo-

impoſita ex cauſa peſtis, Auditor
D. Andreas de Zuniga Doctores
compræhendere volebat. Ego fre
tus auctoritate Marij Mut. in cap.
Sicil. tom. 5. cap. 474. tom. 2. tue-
bar Doctores non teneri ad cu-
ſtodiam, ſiuè guardiam, quam in
Regno Siciliæ poſitam appellãt,
ille verò replicabat doctrinam
intelligendam eſſe de cuſtodia
Ciuitatis, ex alia cauſa, quam ſalu
tis impoſita, ſecus verò pro peſte
26 euadenda, quo caſu omnes inclu
debantur. Ego verò dicebam, ꝙ
quamuis cuſtodes pro ſanitate
tuenda eligantur, & peſte euaden
da aſſignentur, tamen Nobiles, &
Doctores ſunt exempti, & Ripa
non me decipit, qui hoc aſſirmat
in tract. de peſt. tit. de remed. pręſ-
ſeru. contr. peſtem n. 110. & ſeq.
Et licèt Senec. epiſt. 25. n. 5. aſſe-
rat ſine dubio prodeſſe Cuſtodẽ
27 imponere, & habere quem reſpi-
ciat, quem ingreſſus intereſſe co-
gitet, tamen ſufficit alios cuſto-
des habere.
Quarta litera legitur, quæ eſt T, ex
qua quartum Priuilegium depen
det, & eſt Templum alienum à
28 donationibus habent, quia prohi
bentur donare concubinis, & me
retricibus, ea ratione, quia cum
Milites vocantur, militare dicun
tur, & prouident ne generi huma
no, quam ſi patriam armis defen
derent, Peguer. deciſ. 212. n. 16.
Ricc. collect. 611. & vide additio-
nes ad Guid. Pap. 88.
Quinta litera O, ſuccedit, & quintũ
Priuilegiũ prouenit, ex qua litera
O, dicunt Otioſi, quia ſapiẽtes sũt
29 & Senec. in tit. de breuit. vit. lib.
vnic. n. 160. aſſerit, ꝙ ſapiẽtes ſunt
otioſi, quia ſapientiæ vacant, &
nullis ſtudijs amoueri debere, ex
quo, quamuis in loco campana
ad arma pulſetur pro malefacto-
rum perſecutione, armati proſili-
30 re nõ tenẽtur, prout dixi ego ſu-
pra in tit. de campan. n. 25. & ſeq.
Sextum priuilegium dependet à ſe-
ſta litera R, Refouent arma, vt
31 vtar verbis Senec. lib. vnic. de
breuit. vit. n. 47. fol. mihi 730. &
eſt, ꝙ Doctoralis dignitas com-
patitur, & permittit, ꝙ doctores
poſſint arma portare, vt adducit
Farinacc. de reo confeſſ. & con-
uict. quæſt. 108. n. 95. & Marant.
conſ. 25. n. 26.
Septima litera E, concurrit, & ſepti-
mum priuilegium dignoſcitur,
32 Elementa mundi iudicantur, cũ
ex eorum ſcientia mundus illu-
minatur, vt ſup. dixi.
Et claudit nomen Doctoris vltima
litera S, Sapientes ſunt, quia cum
ſapiẽtia concurrit vſus pro bono
33 publico ad aliorum ſubleuamen,
patrocinium, & tutelam, vndè
Senec. in epiſt. 117. n. 8. dicit: Ego
volo ſapiens eſſe, vt ſapiam; ſapiẽ-
tia enim ſine vſu accipienda non
34 eſt, ꝙ alij dicunt, vt alteri proſit,
quo detracto ſuper vacua ſit ſciẽ-
tia, & ſapientia eſt habitus perfe-
ctæ mentis, vndè ſapientia, & vſus
concurere debent. [Doctores in
domibus Officialium quantũ vis
ſupre-

ſupremorum ſedent, & coope-
riuntur Capoblanc. tom. 2. cap.
56. n. 20.]

Sunt cognitæ omnes octo literæ de-
ſcribentes nomen Doctoris, ſunt
explanata octo priuilegia ex eis
ſcaturientia, reſtat pro comple-
mento, vt octo limitationes, ex
illis prouenientes ponam.

Primò non poſſunt facere mercatu-
ram, neque negotiationem; limi-
35 tatur, niſi negotiatio ſit de pro-
prio frumẽto, vino, oleo, ſeù alio
citra victum exiſtenti, Gratian. di-
ſcept. forenſ. tom. 1. cap. 186 n. 25.
alias limitationes vide ſup. in tit.
de Officialib. gener. cap. 8. n. 7. &
ſeq. vide quæ dixi ſupra tit. de Of-
ficial. in gener. cap. 8. n. 7.

Secundò, illa immunitas ab hoſpi-
tio, intelligitur, dummodo Do-
ctores actu poſtulent. Aduocãti
36 enim, & legenti non debet aliud
onus adiungi, niſi aduocandi, cõ-
ſulendi, & iudicandi, l. ſancimus
C. de aduoc. diuerſ. iudic. ex qua
limitatione oritur alia dummo-
do tantum munus Aduocationis
37 exerceant, ſi enim procurationi,
vel alio ſe immiſcent, priuilegio
non gaudent, Roland. citat. conſ.
66. n. 36. vol. 1. licet Nouar. in
prax. priuileg. miſerabil. perſonar.
priuil. 103. n 6. diſcedat ab hac li-
mitatione, & ſiuè actu legant, ſiuè
non dummodo cauſis incumbãt,
38 gaudent, & hoc caſu tenentur
contribuere in pecunia, ex The-
ſaur. cit. loc. n. 8. & 9. & Nouar ci-
tat. loc. etiam limitat, niſi eſſemus
in Villis, vel paruis Caſtris.

Tertiò, ſi à cuſtodia Ciuitatis ſunt
exempti, & Rip. cit. loc. ampliat,
etiam ab expenſis, quæ in cuſto-
39 diendo fiunt. Ego limitando di-
ctum Rip. impugno non eſſe im-
munes ab expenſis, ſed teneri ad
contributionem in pecunia, &
affirmo cum paritate rationis, nã
40 ſi Doctores, à Militum hoſpitio
ſunt immunes, ſed tenentur con-
tribuere in pecunia, tenentur etiã
ratam tangentem in pecunia ſol-
uere, quæ pro ſanitate impendi-
tur, cum maius periculum vigeat,
nec poſſit aſſignari diuerſa ratio.

Quarta ſe offert limitatio, dummo-
do per quinquennium ſtuduerint
41 iuxta Reg. prag. addit. ad Guid.
Pap. deciſ. 88.

Quinta limitatio, quod tenentur exi-
re armati, quando perſona Præſi-
dis, vel Auditoris exiret, & quod
42 ita obſeruatur, dictum reliquit
Io: Grand. de bell. exul. de prædi-
cament. ſitus 3. quæſit. n. 7. fol. mi
hi 108. Nouar. tom. 1. quæſt. fo-
renſ. quæſt. 112. vt dixi in tit. de
campana ad fin. & idem dici poſ-
ſet in alijs regionibus, quandò of-
43 ficiales loci cum armis exirent,
& ad illorũ perſecutionem alios
concitarent.

Sexta eſt limitatio circa armorum
aſportationem, niſi adeſſent Ban-
na prohibitiua continentia illa
verba generalia: Omnes, & qua-
ſcumq; perſonas cuiuſuis ſtatus,
44 gradus, & conditionis, tunc Do-
ctores comprehendit, & arma de

Digitized by Google

ferre nō valent, vt Farinacc limitat de reo confeſſ. & conuict. qu. 108. n. 96. Bouadill. lib. 1. politic. cap. 13. n. 81. fol. mihi 221. dicit hoc priuilegium non ſeruari.

Septima ſequitur limitatio, dummodo ſint idonei, & gloriosè, &
45 vtiliter exerceant, vt per addenad Guid. Pap. deciſ. 88. ad fin.

Poſtrema, & vltima limitatio eſt, quam ponit Farinacc. q. 42. n. 42. ꝙ licèt imperiti ſint, gaudēt priuilegio Doctoratus, vt ſupra dixi.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Doctores pro Doctoribus ſe gerentes, cum verè non ſint an puniantur, & qua pœna.

Vſurpans ſibi nomen aliquod, titulum, vel dignitatem, quā non habet, an puniatur, & qua pœna.

SVMMARIVM.

Doctor libros componens eſt dignus laude, & honore, & tanquam dignior præferendus, num. 2.

Doctor qui vſurpat ſibi nomen Doctoris, cum non ſit, an puniatur, num. 4. 11. 21. & 22.

Si patitur ab alio Doctorem vocari, an puniatur, num. 5. 15. & 16.

Subſcripſit ſcripturam, in qua Doctor nuncupatur, an puniatur, n 5. 6. 19. & 20.

Comes ſe Comitem faciens, cum non ſit, an puniatur, num. 4. 13. 14. & 18.

Notarium ſe faciens, cum non ſit, an puniatur, num. 4.

Aſſeſſores, & conſultores in Regno, an debeant eſſe Doctores, vel ſufficit, quod ſint periti, num. 7.

Barones, an poſſint eligere conſultorem non Doctorem, num. 8.

Aduocati, & aſſeſſores lauream Doctoratus non habentes, an admittantur in regno, num. 9.

Doctor tranſcribens de ſuo nil addens, laude dignus non eſt, num. 10.

Subſcriptio quomodo debet eſſe, generelis, vel particularis, num. 19. & 20.

Doctor per decennium talis reputatus, an dicatur vere Doctor, num. 23. & 26.

Doctor ſi amiſit priuilegium, quomodo Doctoratum probare debet, num. 23. 24. & 26.

Doctoratus eſt facti, & poteſt per teſtes probari, num. 25.

Doctores non approbati iudicantes, an puniantur, num. 27. & 28.

Aſſeſſores, & Conſultores, an debeāt eſſe licentiati, num. 28. 29. 30. & 31.

Licentiati in Regno Hyſpaniarum habentur pro Doctoribus, & poſſunt iudicare & eliguntur Offi. tales, n 32. & 33.

Doctor, qui ingreſſum Doctoratus non fecit, nec feſtiuitates, nec conuiuia, an ſibi in aliquo detrahat, num. 34. & 35.

EXplanatis requiſitis, priuilegijs, & limitationibus, cum concluſio ſupra firmata, vt debeant eſſe periti, quæritur ſi periti non ſint, & exercent, vel ſi Doctores
1 nō ſunt, & ſe pro Doctoribus gerunt, an puniantur, & qua pœna. Accidit hęc quæſtio in terra Cluſani, cuius Capitaneus Ioannes de Leone Ariani, ſtudioſiſſimus vir, & acuti ingenij, cuius fructus citò expectamus, & cum li-
2 bros componit, dignus laude, & honore eſt, & tanquam dignior

præ-

Digitized by Google

præferendus, Viu.deciſ.455.n.9. proceſſauit Io. Camillum Iannutio ſenilis ætatis, Gregorium de Ruſſo. & Marcum de Petrolũgo, ex eo, quia cum Doctores non eſſent, neque priuilegium à Collegio Neapolitano habeant, ſe pro Doctoribus geſſerunt, faciendo pro preterito multos actus Doctor congruentes, tam in ſententiando vti Iudices ſecundarũ cauſarum, quam in votando vti Aſſeſſores in eorum Terra Cluſani, cumulauit inquiſitionem Curiæ Coadiutore inſtante contra eundem Io. Camillum de vſuraria prauitate, duplici de cauſa. Prima, quia impartitus fuit nonnulla animalia ciuibus ad ſaluam capitaniam, q. nos ad caput ſaluum vocamus. Secunda, quia annuos cenſus ad rationem nouem, & decem pro centenario emit, francos ab omni onere fiſcalium, & aliorum onerum. Adeò, q. cum iſti cõtractus decimam excedãt, vſurarij iudicari debeant, & eos citauit ad informandum de falſo, & interpoſita appellatione, & mihi cõmiſſa per D. Tiberium Carrafa Principem Cluſani optimæ indolis, & conſcientiæ, & laude dignum tranſmiſſis actis fuit dubitatum qua pœna debebant puniri iſti Doctores, qui cũ non ſint

3 ſe pro talibus geſſerunt. Capitaneus per allegationes per ipſum accuratè mihi tranſmiſſas ſubſtinebat falſi pena plectendos eſſe, & adduxit Viu.deciſ.162.n.5. Menoch.de arbitr. Iudic. cap. 320. n.7. Maſtrill.de Magiſtrat.tom.1. lib.3.cap.10.nu.93. Nicol. Ant. Palm. in diuerſ. iur. comm. gloſ. 18.n.20. qui omnes concludunt Doctorem, qui nomen Doctoris vſurpat, cum non ſit, pœna falſi

4 teneri, corroborabat eius opinionem nonnullis exemplis de Comite ſe talem faciente, de Notario, de Clerico, de Milite, & alijs, qui cum tales non ſint, pro talibus ſe reputarunt, & ad verificationem ſuorum fundamentorum oſtendebat per informationem captam ipſos inquiſitos in nõnullis parlamentis Vniuerſitatis, & in omnibus actis publicis Doctores fuiſſe deſcriptos, & in quorum calce ipſos ſe ſubſcripſiſſe quo caſu, nedùm vſurparunt ſibi tale no

5 men, quandò ab alijs permiſerũt ſe Doctores appellari, verùm etiã ſe ſubſcripſerũt, & cum eiuſdem naturæ ſit ſubſcriptio, cuius, & ſcriptio, cenſetur per ſubſcriptionem approbaſſe ſcripturam.

Adducebat inſuper nonnulla decreta, tam diffinitiua, quam interlocutoria de retroactis temporibus, quam Iudices primarum, & ſecundarum cauſarum dictæ Terræ per eos pro lata.

Vndè de primo ad vltimum cõcludebat ad pœnam falſi condemnandos eſſe.

Econtra proceſſati opponebãt, nullã pœnam mereri, & in nihilo deliquiſſe, & dum per titulum ab alijs datum eos nomināndo Doctores,

neque per ſubſcriptionẽ ab ipſis factam, neque per decreta per ipſos prolatá.

Pro primo verificãdo, dicebant Curiam inquirentem non releuari, ex eo, quia ipſi ab alijs in parlamentis, & cunctis vniuerſalibus actibus fuerunt vocati Doctores, quia eſt titulus ſcriptus per alios abſque eorum conſenſu, opera, vel laborare, vt Doctores vocarẽtur, ſed titulum Doctores ciues impoſuerunt, vt honorificè ipſos tractarent, adducebant exemplũ petitionis factę per perfidos Iudęos penes Prȩſidentem Pilatum de noſtro Redemptore, cui fuit inſcriptus titulus: Ieſus Nazarenus Rex Iudeorum; cui dixerunt: Noli ſcribere Rex Iudeorũ, ſed quòd ipſe ſe Regem fecit, vndè Poeta:

Non conuiene ò Rettor far ſimil atto,
Che Rè d'Ebrei ſe deſcriua nel foglio;
Ma è caſtigato, perche Rè s'è fatto.

Quibus Pilatus reſpondit: Quòd ſcripſi ſcripſi. Vndè Poeta:

Quel che ſcriſſi ſia ſcritto, e più non voglio
Riuocar quanto hò fatto per ſentenza;
E Dio sà quanto de coſtui me doglio.

Nõ per ſubſcriptionem, ſe ſubſcripſerunt enim in parlamentis Vni-
6 uerſitatum, & alijs pronomina propria, nec nomen Doctoris addiderunt, & quandò quis ſimpliciter in ſcriptura ſe ſubſcripſit, non cenſetur illam approbare.

Non per decreta interpoſita, ea ratione, ꝙ quamuis Doctores non
7 ſint, cum ſint iure periti, poſſunt eſſe Aſſeſſores, Conſultores, & Iudices, & ſufficit, ꝙ ſint verſati, & allegabant Borrell. de Magiſtr. edict. lib. 1. cap. 8. n. 39. qui aſſerit, quòd etiam nõ Doctores admittuntur in Aſſeſſores. Corroborabãt ex doctrina Capoblanc. tom. 1. de auct. Baron. prag. 3. n. 213. & 214. affirmantis, quod Barones
8 in Regno Neapolitano poſſunt eligere conſultorem, etiam, quòd non ſit Doctor, ſed ſatis eſt, quòd ſit in iure verſatus, nec Vniuerſitas poteſt conqueri, & nouiſſimè Franciſc. de Petr. lib. feſtiuar. lection. cap. 8. vbi inquit in Regno Neapolit. admitti Aduocatos, &
9 Aſſeſſores laurea Doctoratus carentes, & proinde omni capite liberationem, & tituli cancellationem petebant.

Vndè ego in medio poſitus, affirmatiuè Capitanei, & negatiuè inquiſitorum, vtrique cogor reſpondere, quid de iure ſit diſſerere, cum Doctor tranſcribens, nihil de ſuo
10 addẽs, nulla laude dignus eſt, Maſcard. concluſ. 6. n. 18.

Et licèt vſurpans ſibi nomen, vel dignitatem, ſeù dignitatis titulum, quã non habet, puniri debet pœ-
11 na, l. Corneliæ, vt per Petr. Greg. Toloſ. ſyntag. iur. Vniuerſ. lib. 36. cap. 4. tit. mutatione nominis n. 6. Tamen hæc quæſtio dependet ab illa, ſi Clericus, qui verè non
12 eſt, Clericum ſe facit, ſi Comes Palatinus, qui non eſt, talem ſe gerit, vel qui non ſit Miles, pro tali reputari vult, an puniri debet,

& qua

13 & qua pœna. De Clerico diſtin-
guit Bald.in l qui ſub prætexto n.
9.C.de Sacroſ.Eccleſ.quem ſequi
tur Diaz in pract. Canonic. cap.
12. n. 2. de Comite Palatino, &
14 & de Milite, de quibus omnibus
Caball.reſolut.crimin.cent.2.caſ.
176.n.7.& 8.
Sed quãquam Viu.Maſtrill & Palm.
per Capitaneum allegati falſi,pę-
nam imponant ſic ſegerenti, cui
ego addo Ricc.dec.130.par.3. &
Petr.ad Capicium deciſ.27.n.20.
ad fin. cum Viuio ſe concordan-
tes, vide Maſtrill. de Magiſtrat.
lib.4.cap.10. n.93. Actamen pu-
15 to diſtinguendum,q̃,aut Doctor
nomen Doctoratus aſſumit, cũ
non ſit, & vltro nõ progreditur,
ſed Doctorem tantum ſe nomi-
nare fecit,& tunc, non pœna fal-
ſi;ſed arbitraria puniri debet. Aut
verò cum nominatione concur-
rit alia qualitas, vt gerat alios a-
16 ctus nõ congruẽtes Doctori, &
tũc punitur pęna falſi, Farinacc.
17 qui multos allegat tom. 5. de
falſit.& ſimulat.quæſt. 150.par.3.
n.37.vt in Clerico idem dico,q̃ ſi
ſolum habitum Clericalem gerit
cum non ſit,non punitur,ſi tamẽ
actus Clericales peragit,pœna fal
18 ſi tenetur,ex doctrina Diaz ſupra
citata,idem de Milite, ſecus autẽ
de Comite Palatino, qui cum in
Principem delinquat, à quo au-
19 ctoritatem habere aſſerat, nedũ
pęna falſi, ſed pęna mortis puni-
tur, vt Caball. citat. caſ.176. n.
Vndè non ex ſola nominatione
puniri debent, vt per nonnulla
exẽpla poſita per Caball.cit.caſ.
Quo ad ſecundum, an cenſeantur
incurſi per ſubſcriptionem, licèt
eiuſdem naturę eſſet ſubſcriptio
cuius, & ſcriptio.
Actamen eſt diſtinguendum,q̃, aut
ſubſcriptio eſt generaliter, vel
20 ſimpliciter facta,aut verò ſpecia-
liter. Si primo caſu eſt generalis,
non officit, & non cenſentur ap-
probaſſe ſcripturam. Si verò ſe-
cundo caſu eſt ſubſcriptio ſpecia-
lis,lædit, & approbaſſe cenſetur,
exemplum habemus in teſtatore
ſubſcribente manu propria fidei-
commiſſum, vel legatum, vt per
Farinacc.com.5.de falſit.& ſimul.
quæſt.150.n.201.& 202. Quæ di-
catur autem ſubſcriptio genera-
lis,& quæ ſpecialis,vide ibid.
Quo ad Tertium, circa decreta in-
terpoſita,ad hoc,vt Doctor, cum
21 non ſit, ſe pro doctore gerens in
actibus Iudiciarijs,& decretorum
interpoſitione, eſt vidẽdum quæ
Officialis Doctor facere poſſit, &
quæ non, pro quo recurrendum
22 eſt ad conſiderationes per me
impreſſas ſuper noua prag. de
examin. Official. conſiderat. 20.
n.95.ad num 115.qui te remitto.
Et reſponſis datis per reos, ex Viu.
citat.deciſ.162.inferentis,q̃ tem-
pus decennij præceſſit, pro Do-
ctore habetur,intelligendum eſt,
quandò verè Doctoratus fuit, &
23 priuilegium amiſit, & per decẽ-
nium fuit pro Doctore reputatus,
non eſt opus alia priuilegij exhibi-

24 tione,

24 tione,Paul.de Caſtr.in l.ſi ſolem-
nibus, C.de fid. inſtrument. Do-
ctoratus autem eſt facti, & talem
ſe aſſerenti eſt onus probandi ,
25 Maſcard.concluſ.1253.n.23.&
poteſt , probari per teſtes qui in-
terfuerunt Doctoratui,Bald.in di-
cta l.ſi ſolemnibus,Maſcard.con-
cluſ 528. n.11. Verall.deciſ. 277.
par.1.Vrſill.ad Affliſt.deciſ. 274.
n. 6. quod totum debet intelligi
ad probationem Doctoratus , &
priuilegij amiſſionem,nó autem,
26 vt ſi decennium pręceſſerit, mu-
nus iudicandi conſequatur, cum
in Regno habemus tot, & tantas
Prag.de ſcolarib. doctorand.qui-
bus cauetur , quem non poſſe ad-
mitti ad exercitium gradus Do-
ctoratus , abſq; approbatione à
Collegio Neapolitano , ergo iu-
dicantes,vel actus doctoratui ex-
traneos facientes,etiam ſi per de-
cennium cótinuum fuerint repu-
27 tati Doctores pœna falſi tenen-
tur, ex doctrinis ſupra relatis. Et
licèt Capoblanc. per reos addu-
ctus in to.1. de auct. Baron. prag.
3.n.213. & 214. afferat Aſſeſſorē,
ſiuè Conſultorem ſufficere eſſe
peritum , & in iure verſatum , &
proinde ipſi non iudicarunt tan-
28 quam Doctores, cū nullus actus
reperiatur firmatus ab ipſis cum
nomine Doctoris , ſed vti periti,
& in iure verſati,& percóſequens
nullam pęnam meretur : quibus
facilis eſt reſpóſio, & pręmitto,ꝙ
in Doctoribus tria tempora cóſi-
29 derantur. Primum, quinquennij
ad ſtudium, ſeruata forma Regiæ
pragmaticæ. Secūdum, licētiatu-
ræ, ideſt quādo per illos de Colle
gio fuit licentiatus. Tertium,Do-
ctoratus , & ſic quādò à Collegio
fuit approbatus, Doctoratus, Di-
gnitatibus , & Cingulo Doctorali
munitus . Vndè conſiderandum
eſt, ꝙ ſi quis iudicauit , vel ſe pro
30 Doctore geſſit finito quinquen-
nio,quo caſu peritus iudicatur,&
in iure verſatus,non ſufficit,ſi per
quinquēnium ſtuduit , ſed opor-
tet,ꝙ ſit licētiatus,& cum licētia-
tus habetur pro Doctore , vt dixi
ad prag.de exam.offic. cóſiderat.
9.n. 43.tunc dici poteſt, ꝙ ſit pe-
ritus, & in iure verſatus, Capobl.
31 ſi granum ſalis addit citat. loco,
nempè,ꝙ ſit licentiatus, quod in
caſu noſtro,cum exulet,& inqui-
ſiti non docent de licentiatura,&
apparet eos iudicaſſe tāquam Do
ctores,interlocutorias, & diffini-
tiuas proferendo ſententias,cum
Doctores non ſint , pœnam falſi
merētur,& ſic doctrinæ ab vtraq;
parte adductæ diſtinctionem ad-
32 mittit. Immò in Regno Hyſpa-
niæ, eo ipſo, quo ſtudentes ſunt
licētiati , habentur pro Doctori-
bus,poſsūt iudicare, & eliguntur
in Officiales,vt experiētia docet,
33 & quamuis Doctoratus Priuile-
gium non obtineant, vocantur
Doctores,& gaudent cunctis Pri-
uilegiis potiuntur Nobilitatibus,
ac fruuntur alijs pręrogatiuis , vt
per Bouadill lib. 3.politic.cap.15.
n.29.fol. mihi 360. & iterū lib. 5.

Digitized by Google

cap. 5. n. 51. fol. mihi 778. Sed in
34 Regno noſtro Neapolitano requiritur licentiatura, & poſt illam Doctoratus, & eſt notandum, q. ſi Doctor ingreſſum ſui Doctoratus non facit, feſtiuitates non peragat, conuiuia non preparet, etiam ſi ſolitum, vel ſtatutum ſit in lo-
35 co, non amittit Priuilegium, & in nihilo Doctoratus dignitati detrahit, Gratian. diſcept. forenſ. tom. 2. cap. 154. n. 17.

Et nota, quòd Aduocati habent tres facies, Mauſon. de cauſ. exequut. ampliat. 32. n. 34.

DE VAGABVNDIS

Caput vnicum.

ARGVMENTVM.

Vagabundi, ſiuè inutiles, vnde dicantur.
Quomodo vocentur.
Contra eos quomodo procedatur.
Vagabundi, vt dicantur, quæ ſint verificanda.
An poſſint vbique conueniri.
Eorum pœna quæ ſit.
Mendicantes validi, qui ſint.
Quæ ſit eorum pœna.

SVMMARIVM.

Contraria ſunt in multiplici differentia, num. 1. ad. 8.
Otium, & negotium ſunt contraria, n. 8.
Otium non poteſt ſtare cum negotio, num. 8.
Quæ mala producat, num. 12.
Eſt nouerca omnium virtutum, num. 13.
Otioſus quid cogitat, num. 14.
Otioſus dicitur criminoſus, & reus, n. 15.
Negotium dicitur non otium, num. 8.
Negotiator quis dicatur, num. 8.
Negotium, an à ſtudijs deuiet, n 8. & 9.
Negotium ſuſcipi debet circumſpectè, & cum cognitione, num. 10.
Vagabundi vnde ortum habeant, num. 16.
Vagabundi, ſiuè inutiles cibo panis ſunt immeriti, num. 16.
Clericus ſuum locum relinquens, an dicatur vagabundus, num. 17.
Vagabundi qui dicantur, num. 17. ad 44.
Luſor dicitur criminoſus, num. 35.
Ex ludo quæ mala proueniāt, n 35. & 36
Teſtimonium ludi, cum taxillis falſis quomodo probetur, num. 36.
Luſorū peccata tot ſunt quot puncta taxilorum, num. 37.
Luſor conſuetus quomodo dicatur, num. 38.
Contra vagabundos quomodo procedatur, num 44. ad 48. & num. 57 & 58.
Quot teſtes requirantur ad probandam vagantiam, & an requirantur omni exceptione maiores, num. 48. ad 51. & 53. 54. & 55.
Qualitas, quæ prouenit ex facto, debet pro-

probari, num. 52.

Si vagabundus eſt extra carceres, quomodo procedatur, num 56.

Vxor an teneatur ſequi virum vagabundum, num 58.

Iudex debet ſe informare de qualitate teſtium deponentium contra vagabundum, num. 59.

Frater an admittatur ad defenſam fratris vagabundi, num. 59. *&* 60.

Semel vagabundus, an talis ſemper præſumatur, num. 61. *ad.* 65.

Mala fama de præterito an purgetur per bonam famam continuatam per triennium, num. 62. *ad* 64.

Vagabundus an poſſit eſſe teſtis, num. 65.

Pertinacia, & perſeuerantia quomodo differant, num. 66. *ad* 69.

Vagabundus an poſſit vbiq; conueniri, n. 70 *ad* 78. *Et in quibus caſibus, n.* 79.

Vagabundi an declinent forum, num. 78.

Vagabundi qua pœna puniantur, num. 80. *ad* 81.

Verba decreti contra vagabundos quomodo concipiantur, num. 91.

Pœnæ duæ ſi ſunt impoſitæ, vna per legem veterem, altera per nouam, quæ ſit attendenda, num. 87. *ad* 91.

Mendicantes validi qui ſint, & qua pœna puniantur, n. 92. *ad.* 100.

Mẽdicantes validi sũt duplici modo, ibid.

Mendicantes validi quare prohibeantur, num. 95 *&* 96.

Eleemoſyna debet dari pauperibus ciuibus, & quare, num. 97.

AD illud vulgatum dictum, quod duo contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto, Po
1 lidor. Rip. in tract. de noctur. temp. cap. 3. n. 53. & 54. infert, ꝙ contraria ſunt in duplici differentia, primò poſitiuè, ſecundò priuatiuè. Contraria poſitiuè ſunt illa, quæ admittunt mixturã, nempè, album, & nigrum ſunt contraria: ſed ipſis miſtis fit mixtum: dulce, & amarum ſunt contraria: ſed ſi miſcentur, fit acre: calidum, & frigidum ſunt contraria: ſed contrarietas eſt poſitiuè; nàm ipſis mixtum fit tepidum.

Contraria priuatiuè ſunt illa, quæ non admittittunt mixturam; cũ priuatio formaliter fit, & excludit qualemcumque habitum contrarium, nempè, lux, & tenebræ; dies & nox ſunt contraria, nec poteſt dari mixtum, nec medium: vt in ſimili, inter mortem, & vitam, cũ ſint contraria priuatiuè, non poteſt confici mixtum. Hæc ille.

Ego autẽ dico, adeſſe cõtraria multis alijs modis. Primò relatiuè;
3 ſecundò negatiuè; tertiò cumulatiuè; quartò obiectiuè; quintò obſtatiuè.

Contraria relatiuè ſunt magnum, &
4 paruum.

Contraria negatiuè sũt virtus, & vi-
5 tium: ſimul enim ſtare, nõ poſsũt.

Contraria cumulatiuè ſunt ſanguis,
6 & mores; cor, & facies, lingua, & opus; licèt iſta differant, dicuntur contraria cumulatiuè; quia concurrunt in actione.

Contraria obiectiuè ſunt, inuidia, &
7 amor; inſimul enim eſſe nequeũt.

Contraria obſtatiuè, ſunt: [Bonum contra malum, vita contra mortem,

tem, & peccator contra virum iuſtum Eccleſiaſtic. c. 33. n. 15. inſuper] otium, & negotium, quæ
8 ad inuicem obſtant; nam negotium non poteſt ſtare cum otio, & è contra; nam negotium dicitur quaſi non otium, & ſuccedit negotiatio, & negotiator, & dicere intendo de eo negotiatore, in quo quis ſe exercet, vel occupat, ꝙ qualecumque graue ſit, nõ impedit animi magnitudinẽ, & pręſertim à ſtudijs non deuiat, ſic teſtatur Senec. in epiſt. 62. ad Lucil. cuius tenorem placuit inſerere, cum liber iſte de facili haberi non poſſit.

Mentiuntur, in quamd (icit ille) qui ſibi obſtare turbam negotiorum
9 videri volunt, ſimulant occupationes, & augent, & ipſi ſe occupant. Vaco, mi Lucili, vaco, & vbicumque ſum, meus ſum; rebus enim nõ me trado, ſed commodo. nec confector perdendi temporis cauſas, & quocumque conſtiti loco, ibi cogitationes meas tracto, & aliquid in animo ſalutare verſo; cum me amicis dedi, non tamẽ mihi abduco, nec cum illis moror. Hæc ille.

Et verum dixit; nam multoties vidi me magna negotiorum cõgerie inuolutum, legalibus curis oneratum, oneribus publicis grauatum, adeò illa ſuſtuli animo vehementi, & tamen à ſtudio nun-
10 quam abſui, quilibet enim debet eſſe cautus in negotio, & circumſpectus, & negotium non ſuſcipere, niſi perſpecta ratione, qua poſſit ſe explicare, exemplo labyrinthum ingredientis, quem nõ oportet ingredi ſine filo, quò ſecurius poſſit redire. [Vndè cõueniunt verba Poetæ:

Ne la confuſa, & intrigata ſtanza
Del Laberinto, onde perdè la vita
Più d'vn, che p ſciocchezza, & ignorãza
Non ſeppe far, come douea, partita.

Et Thæſeum filo Prudentiæ ſibi Duce dato à Phaſiſæ occidit Minotaurum, & acceſſit à Liberinto, refert Ferrett. de re militar. tit. de tuto exercitꝰ meatu n 5. ad med]

Et è contra non de otio, quod pro
11 literarum ſtudio aliquando ſumitur, vel aliquando pro quiete capitur, loquor, ſed de otio, quod obſtat negotio, ꝙ propriè dicitur vagatio à labore, quòd in nihilo cum negotio ſe concordat, & fuit cauſa deſtructionis Sodomæ, vt ex Ezech. cap. 16. & habetur ex Geneſ. cap. 3. Adam fuiſſe poſitũ
12 in Paradiſo voluptatis, vt operaretur, & cum non operatus eſt, recepit maledictionem, vndè de otio, de quo per Senec. tit. de breuit. vit. lib. 1. cap. 1. oritur otioſitas, quæ multam malitiã docuit, ex Eccleſ. cap. 33. dicitur nouerca
13 omnium virtutum, & virum fortem fortiſſimè præcipitare facit, & ſuffocare virtutem, & viam cõſtruere ad gehennam, ex B. Bernard. Et emollit vires, ſicut rubigo ferrum, ex ſententia Philoſophi: & incertus Author infert:
14 Quòd mens otioſa in mille facinorum

norum furias diſcurrit,& nil aliud cogitare nouit,quam de eſcis,&
15 de ventre. Otioſus enim, non ſibi uiuit: ſed quod turpiſſimum eſt ventri,& ſomno, ex Senec. epiſt. 82. & non otioſi verbi tenetur,
16 ſed criminoſi, & rei; immò ſine vtilitate, ex quo colligitur, quòd otioſus eſt criminoſus reus,& inutilis. Vndè ſi tanta pernicies Reypublicæ ex otio cauſatur, ſi tot pec cata ab otioſis committũtur, ſi tantauè ſcelera, facinora, & crimina ab inutilibus patrantur,meritò iſti otioſi, omni lège, & diuina,& humana reprobantur,& ſępè,ſæpius Principes,quorum corda in manu Dei ſunt,eorum motu iſtos otioſos, inutiles, immò damnoſos expellunt, & diuerſis artibus, ac modis expellere quærunt, ad bellicam tùm artem illos exercendam mittunt, cum etiam ad triremes, ſiuè alijs Regijs ſeruitijs occupari iubent,& nimirũ, ſi Excellentiſſimus Regni Prorex literas pro inutilibus, ſiuè vagabundis extirpandis direxit Dño Don Petro Bazan Hyſpano Ord. Calatrauę,prudentiæ,& aliarũ virtutum genere ornato, huius Prouinciæ Præſidi, quarũ tenorẽ placuit inſerere, videlicet. A tergo. *Al muy magnifico Señor Don Pedro Bazan Gouernador,y Capitan à Guerra de la Audiençia de Principato Vltra Monteſuſco*. Intus verò. *Muy Magnifico Señor. Haſemo hcho relaçion que en eſſa Prouinçia ay mucha cantidad de vagabundos que nò tienen offiçio,ni exerçiçio alguno, y conueniendo mucho, que ſe ponga en eſto remedio con todo cuydado, para que ſe limpie el Reyno de gente oçioſa,y de mala vida,que ſuolen perturbar la quietud de los ſubditos de Su Mageſtad, hè queriendo encargaros,y mandaros, que proçedais con todo rigor contra ellos,haçiendo renouar lueogo los bãdos,que por lo paſſado ſe han hecho, para lo qual en virtud deſta os doy toda la authoridad, y poder neceſſario, y paraque en ſemejantes ocaſiones ſe han reconoçido incombenientes,y deſordenes, que por vengança de algunos,que no ſon vagabundos, los han moleſtado,vnos per interes de dinero, y otros per otras cauſas,me hà pareçido aduertiroslo paraque en eſte particular ſe tenga la attençion y cuydado, que eſpero de vueſtro zelo,y che los Miniſtros en eſſa Prouinçia procedan con eſta juſtificaçion procurando vueſtra diligençia en eſta parte reſulte, ſalgan muchos à ſeruir à Su Mageſtad en eſta guerra, en conformidad de las ordenes, quo teneis mias, poniendo en eſto particular cuydado por lo mucho que importa al ſeruiçio de Su Mageſtad. N.S. os guarde. Napoles à 6. Deçiembre 1631. A lo que Señor mandaredes. El Conde de Monte Rey. A Don Pedro Bazan.*

Proindè ipſarum occaſione, de vagabundis, qui ruſticorum more inutiles vocantur, ſermonem facere per neceſſe putaui. Mate ria enim eſt periculoſa, & occaſio præceps ad malos perdendum, vt Ciuitas hominibus otioſis, & inutilibus purgata efficiatur; nam de ea pauci tetigerunt, pauciſſimi tracta-

tractarunt, & vt à cunctis plenior cognitio habeatur, planius, & plenius illam diſſerere intendo, ne contingat vtilem damnari, & inutilem Reipublicæ ſeruari, vt ſæpè viſum fuit, & licèt adſit prag. de vagabundis, tamen diſtinctè plu-
17 ra porrigam. Primò, vnde iſti vagabundi inutiles vulgò appellati ortum habeant. Secundò, quomodo vocentur. Tertiò, quomodo contra eos procedatur. Quartò, an vbiq; conueniri poſſint. Quintò, quæ ſit eorum pœna.

Quò ad primum, ex allegatis etiam in Sacra pagina iſtos vagabũdos deſcendere originemq; habere ex otio, & otioſitate, non eſt tam veterum, quàm modernorum Patrum, qui ignoret

[Et Traianum Imperatorē deſiderantem deſiderio ſcire eos, qui Romæ deſidiosè viuebãt, omnes habitatores in ea adnumerare feciſſe, & reperto, quòd gens odioſa in numero erat, præcepit ſe velle in aliquo occupate, & in eis negotijs ſe implicare, aliàs à Ciuitate eijcierentur, vt refert Bouadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap. 13. n. 27. fol. mihi 508. cuius verba placet inſerere, cum ſic de facili præmanibus haberi non poſſit. *Y con eſte fin ſe lee del Emperador Trajano en ſu vida, que mando regiſtrar todos los vezinos de Roma, y hallaron dozientas y ochenta y cinco mil caſas de hombres caſados, y quarenta y dos mil mancebos por caſar, y ſiete mil Sacerdotes de templo, y treynta y dos mil mugeres publicas, y doze mil caſas de meſones, y ſeſenta y cinco mil negociantes eſtrangeros. Vedò Trajano que ningun pobre anduuieſſe de puerta en puerta, ſino que a todos los que no lo pudieſſen ganar, los mantuuieſſen del erario publico, y a los que podian trabajar los ocupaſſen en las obras del Senado. A todos los juglares, farſantes, y truhanes mandò que aprendieſſen oficios, y ſe mantuuieſſen en ſus caſas, ſo pena de ſer deſterrados de Roma. Mandò reformar todos los eſtados. Hizo examinar todos los que eſtudiauan, y ſin comparacion fueron mas los que deſterraron por inhabiles y viciosos, que los que quedaron per doctos y virtuoſos.*]

Quò ad ſecundum Boccalin. in dict. 16. vagabundos vocat inutiles, & cibo panis immeritos.

Paul. Fuſc. in tractat. de viſitat. lib. 2. cap. 22. nu. 16. vagabundos dicit eſſe Clericos, qui ſi poſt monitiones factas, nō reſipiſcunt perdunt beneficium; nam locũ ſuum dereliquunt, contra quos ex diſpoſitione Pij V. grauiter inſurgit, & laycum illum vagabũdum eſſe aſſerit, qui aſſiduus debet eſſe in loco, & non inuenitur.

Thom. Sanchez in tract. de Matrimon. tom. 1. lib. 3. diſp. 25. ex innumeris DD. & Theologis ibi relatis, vagabundos eos eſſe dicit, qui domicilio habitationis carēt,
18 & ibi adducit, an Parochus poſſit illos confiteri, vel in matrimoniũ coniungere, & iterum in Summa lib. 1. cap. 12. vbi diſputat, an iſti vagi teneantur legibus, & conſue

norum furias diſcurrit, & nil aliud
cogitare nouit, quam de eſcis, &
15 de ventre. Otioſus enim, non ſibi
uiuit: ſed quod turpiſſimum eſt
ventri, & ſomno, ex Senec. epiſt.
82. & non otioſi verbi tenetur,
16 ſed criminoſi, & rei; immò ſine
vtilitate, ex quo colligitur, quòd
otioſus eſt criminoſus reus, & inu
tilis. Vndè ſi tanta pernicies Rey-
publicæ ex otio cauſatur, ſi tot
pec cata ab otioſis committũtur,
ſi tantauè ſcelera, facinora, & cri-
mina ab inutilibus patrantur, me-
ritò iſti otioſi, omni lège, & diui-
na, & humana reprobantur, & ſę-
pè, ſæpius Principes, quorum cor-
da in manu Dei ſunt, eorum mo-
tu iſtos otioſos, inutiles, immò
damnoſos expellunt, & diuerſis
artibus, ac modis expellere quæ-
runt, ad bellicam tùm artem illos
exercendam mittunt, cum etiam
ad triremes, ſiuè alijs Regijs ſer-
uitijs occupari iubent, & nimirũ,
ſi Excellentiſſimus Regni Prorex
literas pro inutilibus, ſiuè vaga-
bundis extirpandis dirèxit Dño
Don Petro Bazan Hyſpano Ord.
Calatrauę, prudentiæ, & aliarũ vir
tutum genere ornato, huius Pro-
uinciæ Præſidi, quarũ tenorẽ pla-
cuit inſerere, videlicet. A tergo.
*Al muy magnifico Señor Don Pedro
Bazan Gouernador, y Capitan à Guer-
ra de la Audiençia de Principato Vl-
tra Montefuſco*. Intus verò. *Muy
Magnifico Señor. Haſeme hebo rela-
çion que en eßa Prouinçia ay mucha
cantidad de vagabundos que nò tienen
offiçio, ni exerçiçio alguno, y conuenien-
do mucho, que ſe ponga en eſto remedio
con todo cuydado, para que ſe limpie
el Reyno de gente oçioſa, y de mala vi-
da, que ſuolen perturbar la quietud de
los ſubditos de Su Mageſtad, hè queri-
do encargaros, y mandaros, que proçe-
dais con todo rigor contra ellos, haçiendo
renouar lueogo los bãdos, que por lo paſa
ſado ſe han hecho, para lo qual en vir-
tud deſta os doy toda la authoridad, y
poder neceßario, y paraque en ſemejan-
tes ocaſiones ſe han reconoçido incombe-
nientes, y deſordenes, que por vengança
de algunos, que no ſon vagabundos, los
han moleſtado, vnos per interes de dine-
ro, y otros per otras cauſas, me hà pare-
çido aduertiroslo paraque en eſte parti-
cular ſe tenga la attençion y cuydado,
que eſpero de vueſtro zelo, y che los Mi
niſtros en eſſa Prouinçia procedan con
eſta juſtificaçion procurando vueſtra di-
ligençia en eſta parte reſulte, ſalgan
muchos à ſeruir à Su Mageſtad en eſta
guerra, en conformidad de las ordenes,
quo teneis mias., poniendo en eſto parti-
cular cuydado por lo mucho que impor-
ta al ſeruiçio de Su Mageſtad. N.S. os
guarde. Napoles à 6. Deçiembre 1631.
A lo que Señor mandaredes. El Conde
de Monte Rey. A Don Pedro Bazan.*
Proindè ipſarum occaſione, de va-
gabundis, qui ruſticorum more
inutiles vocantur, ſermonem fa-
cere per neceſſe putaui. Materia
enim eſt periculoſa, & occaſio
præceps ad malos perdendum, vt
Ciuitas hominibus otioſis, & inu
tilibus purgata efficiatur; nam de
ea pauci tetigerunt, pauciſſimi
tracta-

tractarunt, & vt à cunctis plenior
cognitio habeatur, planius, & ple
nius illam diſſerere intendo, ne
contingat vtilem damnari, & inu
tilem Reipublicæ ſeruari, vt ſæpè
viſum fuit, & licèt adſit prag. de
vagabundis, tamen diſtinctè plu-
17 ra porrigam. Primò, vnde iſti va-
gabundi inutiles vulgò appellati
ortum habeant. Secundò, quomo
do vocentur. Tertiò, quomodo
contra eos procedatur. Quartò, an
vbiq; conueniri poſſint. Quintò,
quæ ſit eorum pœna.

Quò ad primum, ex allegatis etiam
in Sacra pagina iſtos vagabūdos
deſcendere originemq́; habere
ex otio, & otioſitate, non eſt tam
veterum, quàm modernorum Pa
trum, qui ignoret

[Et Traianum Imperatorē deſide-
rantem deſiderio ſcire eos, qui
Romæ deſidioſè viuebāt, omnes
habitatores in ea adnumerare fe-
ciſſe, & reperto, quòd gens odioſa
in numero erat, præcepit ſe velle
in aliquo occupare, & in eis ne-
gotijs ſe implicare, aliàs à Ciuita-
te eijcierentur, vt refert Bouadill.
tom. 1. politic. lib. 2. cap. 13. n. 27.
fol. mihi 508. cuius verba pla-
cet inſerere, cum ſic de facili
præmanibus haberi non poſſit.
*Y con eſte fin ſe lee del Emperador Tra-
jano en ſu vida, que mando regiſtrar to-
dos los vezinos de Roma, y hallaron do-
zientas y ochenta y cinco mil caſas de
hombres caſados, y quarenta y dos mil
mancebos por caſar, y ſiete mil Sacer-
dotes de templo, y treynta y dos mil
mugeres publicas, y doze mil caſas de
meſones, y ſeſenta y cinco mil negocian-
tes eſtrangeros. Vedò Trajano que nin-
gun pobre anduuieſſe de puerta en puer-
ta, ſino que a todos los que no lo pudieſ-
ſen ganar, los mantuuieſſen del erario
publico, y a los que podian trabajar los
ocupaſſen en las obras del Senado. A to-
dos los juglares, farſantes, y truhanes
mandò que aprendieſſen oficios, y ſe
mantuuieſſen en ſus caſas, ſo pena de ſer
deſterrados de Roma. Mandò reformar
todos los eſtados. Hizo examinar todos
los que eſtudiauan, y ſin comparacion
fueron mas los que deſterraron por in-
habiles y viciosos, que los que quedaron
per doctos y virtuoſos.*]

Quò ad ſecundum Boccalin. in dict.
16. vagabundos vocat inutiles, &
cibo panis immeritos.

Paul. Fuſc. in tractat. de viſitat. lib. 2.
cap. 22. nu. 16. vagabundos dicit
eſſe Clericos, qui ſi poſt moni-
tiones factas, nō reſipiſcunt per-
dunt beneficium; nam locū ſuum
derelinquunt, contra quos ex di-
ſpoſitione Pij V. grauiter inſur-
git, & laycum illum vagabūdum
eſſe aſſerit, qui aſſiduus debet eſſe
in loco, & non inuenitur.

Thom. Sanchez in tract. de Matri-
mon. tom. 1. lib. 3. diſp. 25. ex in-
numeris DD. & Theologis ibi re-
latis, vagabundos eos eſſe dicit,
qui domicilio habitationis carēt,
18 & ibi adducit, an Parochus poſſit
illos confiteri, vel in matrimoniū
coniungere, & iterum in Summa
lib. 1. cap. 12. vbi diſputat, an iſti
vagi teneantur legibus, & conſue

tudinibus domicilij, à quo abſũt,
an verò loci,per quem tranſeunt,
aut in quo ad tempus tanquam
vagi commorantur,& iterum in
Summa lib.4.cap.37.n.31.vbi di-
ſputat, an Epiſcopi poſſint cum
vagis diſpenſare, cui te remitto.

Frecc.de feud.lib.2.quæſt.10.n.3.di-
cit, vagabũdum eum eſſe, qui per
19 mundum vagari videtur, qui nõ
habet domicilium certũ,neque
quotidianam habitationem, &
fugitiuo ęquiparatur.

Damphouder.pract.crim.cap.33.n.
15.aſſerit vagabundum eum eſſe,
qui non habet certam ſedem,&
20 per varias Ciuitates vagus aber-
rat,ex gloſ.ab omnibus amplexa,
in l.eius,qui manumiſit §.final.ff.
ad municipal.ſequitur Peguer de
ciſ.Catalon.3. n.6.& idem Dam-
phoud.pract.crim.cap.153.n.35.
miſerrimam vitam, & omnibus
odioſam; immò Sardanapalicam
21 horum vagabũdorum exiſtimat,
narrans caſum ſibi occurſum, de
quodam iuuene, qui magnã par-
tem florentis ſuæ ętatis habens in
miſerrimã,atq; calamitoſam men
dicitatem ſe reduxit, ex eo; quia
inordinatam vitam duxit, & bo-
na conſumpſit, quem vide.

Caball.reſolut. criminal. cent.1.caſ.
178. eos appellat errones, bibo-
22 nes, ganeones, nebulones, otio-
ſos, & vitioſos homines, & in eis
includit mendicantes validos, &
alios ſine pudore viuentes.

Bouadill.tom.1.politicor.lib. 2.cap.
13.n.33.& ſeq. eos errones deſcri
bit, & alijs encomijs ditat, & va-
23 gabundum dici,quaſi quod mun
dum vagus aberrat, & propriè vo
cari vagamundum, quem hodie
corrupto verbo dicimus vaga-
bundum.

Borrell.ad Belluc. in ſpeculum Prin
cip.rubr.11.§. ex quo prediximus
in verbo remiſſiones, limit.5.fol.
mihi 47. & iterum in rubr. 23.
verſ. & ſcias n.3.concludit, illum
24 eſſe vagabundum, qui licèt ha-
beat domicilium in aliquo loco,
tamẽ illud relinquẽdo,propriam,
ac firmam habitationem non ha-
bet, & vagus aberrat.

Et licèt aliqui aſſerant ad hoc, vt va-
gabundus dicatur, requiri, quòd
neque domicilium originis ha-
beat, reprobatur, vt docet Clar.
queſt.39.verſ. ſed hic quæro Me-
25 noch. in tract.de recuper. poſſeſſ.
remed. 20. n.52. dicit vagabun-
dum eum eſſe,qui non trahit mo-
rem in vno loco, ſed modo huc,
modo illuc vagatur, quem ſequi-
tur add. ad Peguer. cit. deciſ. 3.
num. 11.

Maſcard. concluſ. 1397. dicit, va-
gabundum eum eſſe,qui firmũm
domicilium non habet, & man-
26 ſionem nullibi poſſidet, ſed per
mundũ vagando tranſgreditur.

Et denique vagabundus etiam vo-
catur quilibet,qui ſciens,vel ſcire
debens,quid agit,vel agere debet,
27 & quod cum cauſa agere tenetur,
tamen ad ſui libitum agens; ne-
dum peccatum committit; verũ
etiam amare periculũ videtur.

Et

Et ex noſtris Regen. Conſtant in l. vnica Cod. de mendicant. valid. lib. 11. n.5 qui errones eos ab Apont. tranſcribit, Conſtitutio Regni incipiens ij qui, vocat illos frequentes rixatores delato-
28 res armorum prohibitorum, publicos taxillorum luſores, aut tabernarũ frequentatores, qui vltra facultatem ſuorum prouentuum, non ex mercationibus, ſeù artificijs, largiorem quàm debent vitam ducunt; contra quos Afflict. ibid. infraſcriptos verſus deſcribit

Qui plus expendit, quàm ſua poſſeſſio reddit.

Non admiretur ſi ſua paupertate grauetur.

D. Regen. Rouit. in rub. de vagabund. n. 22. vagabundum excla-
29 mat, eum eſſe, qui in loco, in quo aſſiduus eſſe debet, aberrat, & venenum Ciuitatis eſſe teſtatur.

Reg de Pont. in tract. de poteſt. Proreg. tit. de regalib. impoſit. §. 4.
30 n. 56. vagabundos, & inutiles eos deſcribit, qui non habent modũ viuendi, & nec laborare, nec alijs inſeruire queunt.

Et ſi Catrab. dicto inhærere velimus in ſing. 132. vagabundos eos de-
31 ſignat, qui ſine arte ludẽtes, blaſphematores, & diſſutiles ſunt.

Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 2. n. 233. & iterum tom. 2. cap. 53. n. 9.
32 & 10. & Ricc. deciſ. 241. n. 1. par. 3. concludunt, vagabundum eum eſſe, qui qui per diuerſa loca aufugit, & qui nullum certũ domicilium habet.

Io Bapt. Thor. Iureconſultus Neapolitanus, qui in noſtra ætate inter primarios iudicatur ſpriptores propter nimiam doctrinam, plures enim libros cõpoſuit; in additionibus ſuis ad Regent. de Pont. in tract. de poteſtat. Proreg.
33 tit. de regalib. impoſit. §. 4. n. 56. dicit, quòd vagabundi dicuntur frequenter rixantes, portantes arma, deambulantes per vicos, & plateas, frequentantes tabernas, ludis prohibitis ludentes, ſine arte, ſine redditibus, & nõ laborantes, cõtra quos omne malũ præſumitur, & viuere ex furtis, & rapinis

Vndè, in tanto DD. ſermone, ſcribẽtium facundia, & opinionum cõ-
34 curſu, ſi cuilibet attendere velimus, ſub hoc nomine vagabũdorum includerentur ex tribus duæ partes hominum, quilibet in genere ſuo,

Ego verò hilari fronte dictis per Thor. inhæreo, & ex Caualcan. per Thor. non citato, in tract. de brach. Reg. par. 3. n. 97. aſſero, vagabũdos eſſe ſolitos delinquere, pauperes nullam artem exercentes, taberni, ac proſtibuli, dilapidantes alienam ſubſtantiam, ac ludis blaphematores, & luxurioſos, qui à communiter accidentibus conſiderantur ſurripientes,
35 fraudatores, ac de furto viuentes. Luſor enim dicitur criminoſus, & ludendo dicitur turpem vitam agere; nam ex ludo inſurgit dilapidatio bonorum, blaſphemia, & omne malum præſumitur, Maſcard.

ſcard.concluſ.998.n.2.3.& 4.Pari nacc.quęſt.59. n. 417.& ad probationem ludi cum taxillis falſis
36 admittitur teſtimonium per barros,& luſores,tanquam peritos in eo,Farinacc.& Maſcard.ibid.ille, n.427. & 433. hic n.7. immò Fa-
37 rinacc.dicit: tot eſſe in luſoribus peccata,quot ſunt in taxillis puncta, & ad hoc, vt habeat locum pœna impoſita, debet probari, ꝙ luſor ſit cõſuetus ludere; nempè, quòd diuerſis temporibus luſerit, & ludo prohibito.Nõ enim dici-
38 tur luſor, ſi fuerit vna die probatum, aliquem continuatè luſiſſe, etiam diuerſis ludis, ac cũ diuerſis perſonis, ex quo nõ inducitur fre quẽtia ludendi, Farinacc. ibid.

Verum, quia in Regno habemus Reg.Prag. eodẽ tit.de Vagabund. verbis apertis declarantem, v3. *Quali non tengono robbe, ne eſſercitio, ne officio, nè modo alcuno di viuere, e ſoſtentare la ſpeſa, e viuono diſſolutamente ſenza fare eſſercitio, ne arte alcuna*. Inde ſubdit: *Ancorche teneſſero,ò veramente haueſſero moglie, e non tengono robba, & intrada, con le quali ſi poſſano viuere, ne fanno arte, ne officio, ne eſſercitio in modo alcuno, con il quale ſi poſſano ſoſtentare.* Vndè cum ſumus in ſtatuto, & de materia odioſa agitur, in qua nõ poteſt fieri extenſio, verba Pragm. ſunt attendenda, & tria requirũtur, vt quis vagabundus dicatur. Primum,& aliorum potiſſimum,
39 quòd facultate careat.ſecundum, quod non habeat penitus exercitium,nec officiũ,neque viuendi modum; tertium, quòd diſſolutè viuat,quæ omnia verificanda ſunt,vt eius pœna locum habeat: nam vno ipſorum deficiente, nõ dicitur quis vagabundus, quotieſcumq; enim quis habet vnũ ex tribus,nempè bona,aut exercitiũ, vel officium, ſiuè viuendi modum, non comprehenditur.

Quòd ego confirmo, dummodo cũ iſtis tribus concurrat leuitas vitæ:
40 nam licèt quis habeat exercitiũ, vel officium, vel bona poſſideat, ex quibus viuendi lares habeat,& eſt rixoſus, Reipublicæ pernicioſus, & inutilis, vel luxurioſus, frequentator tabernarum, & ludorum, & blaſphemator, dicitur vagabundus, & de iſtis eſt intelligenda opinio Apont.Carrab. Thor. & aliorum ſupra citatorũ, qui ſunt cauſa libidinis, ſcandali,
41 & peccati; & tanquam venenũ Ciuitatis ſunt reijciendi,& expellendi,& habet locum pęna Conſtitutionis hij qui.

Et è contra,licèt quis non habeat penitus officium, neque exercitiũ, nec modum, ex quo victum ſibi quærere poſſit, & quietè viuens,
42 neminem lædat, nec rixoſus appareat, neque perturbator, aut Reipublicæ pernicioſus, non dicitur vagabundus,& non comprehenditur in pragm.ex illis verbis: *Et viueno diſolutamente*. Videntur enim in dies aliqui licèt pauperrimi, neque per horam victum habentes, tamen ſic morigerati,

& quie-

& quietam vitam ducentes, vt ab omnibus eis ſubueniatur, & ſubminiſtretur.

Deueniendum fore puto ad tertiũ, nempè, contra vagabundos, quomodo procedatur, & eſt ſciendũ, quòd Cõſtitutio Regni citat, quæ incipit: Hij, qui ſtatuit poſſe procedi contra huiuſmodi viuentes ex officio, & ſic per inquiſitionẽ, & requiri numerũ decem teſtiũ teſtificantium requiſita, & quòd
43 poſſit procedi ex officio more Athenienſium, qui perquirebãt, quomodo quilibet ſibi, & familiæ victum quærebat, teſtatur D. Rouit. Thor. Carrab. citatis locis, & par. de Put. in tract. de ſyndicat. verbo inquiſitio n. 1. cap. 1.

Verùm, quia in prag. adſunt. verba, quòd fiant banna pro ipſorũ ex-
44 tirpatione in illis verbis: *Tutte quelle perſone extere, e foraſtiere di qual ſiuoglia ſtato, grado, e cõditione ſi ſiano, che al preſente ſi ritrouano nelle Città, Terre, e Caſtella del preſente Regno, quali nõ ſãno arte, officio, ò eſſercitio alcuno, debbiano, e ciaſcun d'eſſi debbia frà termine di trè dì sfrattare da dette Città, Terre, e Caſtella, altramẽte paſſato detto termine, eſſendo trouati, ſaranno preſi, come vagabondi, & delinquenti, e s'intendano condennati: ſi come ex nũc pro tunc ſi condannano per anni cinque in Galera, ò più, ò meno, ò altra pena à noſtro arbitrio.* Inde in alijs verbis magis apertis declarantur, qui sũt in illis: *Ancorche teneſſero, ò veramente haueſſero moglie, e non tengono robbe, & entrade, con le quali poſſano viuere, ne ſanno arte, ne eſſercitio in modo alcuno, cõ il quale ſi poſſano ſoſtẽtare.* Sed nullum verbum in prag. quo modo hęc requiſita verificari debent, ſi ad denuntiam alterius, vel ex officio tales inquirendi ſunt, ſed in conſilio, & manu ipſorum, ad quos verba prag. dirigũtur, eſt in illis verbis: *Tutte quelle perſone, quali non ſanno arte, officio, ò eſſercitio alcuno*. Et cum quilibet iactat ſe bonum, videtur hic modus incertus ad illos extirpãdum. Illi enim fingunt Pragmaticam non audiuiſſe, iactant ſe bonos, & ſunt mali, gloriantur ſe vtiles, & ſunt inutiles, fingunt ſe diuites, & sũt pauperes: aſſerunt manus ad laborandum habere, & potius promptas ad furandum, teſtantur ſe caſtos, & ſunt impudici, & luxurioſi: Deũ timere confitentur, & illius præceptorum tranſgreſſores, & blaſphematores ſunt. Vndè audacter concludunt prag. contra eos non eſſe emanatam, & quilibet proteſtatur: cõtra me hæc lex non eſt conſtituta. Et proinde hic modus mihi non arridet.

Alio modo vidi quandoque procedit, nempè, quòd ordinationes fiunt
45 officialibus locorum, qui cõſideratis hominibus huius qualitatis, & conditionis, eorum nomina, & cognomina, qualitates deſcribãt, & Superiori mandãti conſignẽt, qui virtute huius relationis informationẽ capit, & ſi oppoſita per Officiales locorum, ſunt vera, denunciati capiuntur, & condemnantur,

Digitized by Google

nātur, ſi autem à veritate diſtant, Officiales calumniātes tanquàm calumniatores puniūtur, hic modus videtur certior, nam ex ore, & relatione officialium in locis, tanquam de cunctis informatorū deuenitur ad informationem, capturam, & condemnationem talium inutilium, ſed periculoſus apparet. Nam poteſt eſſe, quòd in Officialibus locorū cadat timor, amor, & odium. Timor denūciatorum, qui vti prōptiores ad malum, vindictam ſumerent de Officialibus, eos in notitiam dātibus. Amor non denunciandi amicos, affines, vicinos, & alios ſibi obedientes, odium denunciandi eos inimicos, & priuatū cōmodum, nempè, cupiditas extorquendi ab eis pecuniam, & hoc eſt illud, ꝙ Excellent. Dominus Prorex memorando aduertit in ſuis literis, in illis verbis. *Y porque en ſemejantes occaſiones ſe han reconocido incombinientes, y deſordines, que por venganza de algunos, que no ſon vagabundos, los han moleſtado, vnos por interes de dinero, y otros por otras cauſas, me hà pareçido auertirolo, para que en eſte particular ſe tenga la attençion, y cuidado, que eſpero de vueſtro Zelo.* Opti-

46 ma ratione hoc ſtatuit; nam ex Senecæ dicto tria deſtruunt mūdum: Indigeſtum conſilium, priuatum cōmodum, & odiū latens.

Alter ſe offert modus, & eſt procedēdi per inquiſitionem, nempè,

47 vt mittātur Commiſſarij, in partibus qui perquirant de talibus hominibus, eorum vita, moribus, & requiſitis à Reg. Prag. & debet etiam admitti denunciator.

Verùm quolibet in modo, quo proceditur, requiritur numerus decē

48 teſtimoniū pro verificādis ocioſitate, inutilitate, & requiſitis à Reg. Prag. diſpoſitis, vt ex conſtitutione Regni citata ij qui, quam ſequitur Afflict. ibid. & Thor. cit. loc. licèt Carrab. citat. ſingul. 132. non declaret per quot teſtes probari debet, ſed tātum Officialem conſuluit, vt informationem capiat, & traſmittat ad M. C. vna cum carcerato.

Ego verò affirmo, numerum decem teſtium eſſe limitatum, & coar-

49 ctatum, & reductum ad numerū quatuor teſtium; fundo ex cap. Regn. incip. ſubiungendo n. 3. & ibi Sebaſt. de Neap. n. 7.

Tamen iſti teſtes deſiderantur omni exceptione maiores, prout in alijs criminibus vulgatis iuribus.

Et capta informatione, & conſtito de requiſitis à Reg. pragm. quomodo procedendum eſt opportunè quæri poteſt, & ego diſtinguo duos caſus: aut reus eſt in fortijs Curiæ, prout ſtatim conſtito,

50 capiendi ſunt, tales homines, ne contingat metu pœnę aberrare, & maior delinquendi materia præbeatur, & tunc eo exiſtente in fortijs examinatur, dantur de-

51 fenſiones, & compilato proceſſu proceditur ordinariè, ſicut in alijs delictis, niſi in literis Patentalibus Domini Proregis adeſſent aliqua

aliqua verba alterantia modum. Iſta enim qualitas non eſt naturalis, & otioſitas ex facto prouenit, & verificari debet; quotieſcumque
52 enim tractatur de qualitate, quæ fundat Iuriſdictionem auget pœnam, qualificat, vel quantificat delictum, debet probari, Foller. in Conſtit. Capitaniorum n. 13. & 17. ex vulgat. tex. in l. Fulcinius §. ait prætor ff. ne quid in loc. public. ſequitur Gram. conſ. 1. de foriudic. n. 51. 52. & 53. Carauit. tit. 275. n. 20. Bouadill. tom. 1. politic. lib. 2. cap. 18. n. 96. Vndè etiã ſi decem teſtes contra eum depoſuerint, debet dari terminus ad defendendum, Sebaſt. de Neap. cit. cap. Regn. ſubiungendo n. 6. poſſet enim eſſe, quòd ex ęmulorum, & odioſorum myniſterio eſſent inculpati: multa enim crimina hodie imputantur, quæ poſtea non verificantur, & delentur, vt aſſerit D. Reg. Rouit. in prag. 1. de cuſtod. reor. n. 4. Et ſi inquiſitus copiam repertorum petierit, debet concedi, prout in alijs criminibus practica docet, & licèt aliqui, ex Afflict. in cit. conſt. ij. qui n. 12. perſuaſum habent in homine leuis vitæ, & malè cõuerſatio-
53 nis, nõ dari copiam repertorum: ſed tãtum nomina teſtiũ, tamen ego affirmo, quòd hodie nulla habetur diſtinctio, an ſit leuis vitæ, vel nè, ſed datur copia repertorũ, prout in cæteris criminibus, ex cit. cap. Regni ſubiungendo. n. 2 & Campagn. ibid. n. 19. ipſemet Afflict. paulò infra cit. loc. non deſinit teſtari, & ſic aſſerere. Et ſi reus noluerit habere teſtes pro
54 repetitis iuxta practicam, Iudex repetere faciat, inquiſito citato ad vidẽdum iuramenta teſtium, vt ipſe Afflict. cit. loc. aſſerit. Et ſi ex defenſionibus factis apparuerit contrarium, Iudex, prout ſibi videtur iudicabit, in hoc enim procedẽdum eſt, prout in cęteris
55 ordinariè, & non admittitur minor numerus quatuor teſtium, vt Campagn. & Afflict. ibid. ꝙ omne intelligendum eſſe declaro, niſi in literis patentanlibus, & bannis, vel ſtatuto adeſſent alia verba abdicantia, alterantia, ſiuè modum dantia, vt ſupra dixi.

Si verò ſecundo caſu reus non eſt in fortijs, quomodo citari debet, punctus ſtat in eo, quomodo citari debent, ſi vt ſupra dixi domicilium non habet, Paul. Fuſc. in tract. de viſitat. lib. 2. cap. 22. n. 21. ad fin. dicit, quod debent citari in domicilio, ꝙ magis frequentabãt, vel citare agnatos, & amicos Clar.
56 verò quæſt. 31. n. 21. aſſerit citari ſimpliciter, ideſt, ꝙ nũcius dicat, citaſſe ſe talem ſimpliciter, non dicendo, vbi citauit. Baiard. verò ad Clar. cit. loc. n. 66. dicit, ꝙ debet citari per edictũ, quẽ ſequitur Petr. ad Gram. deciſ. 26. n. 12.

Ego verò recedendo ab opinione Paul. Fuſc. & aliorum affirmantiũ, non poſſe citari, quia certum domicilium non habent, cum illud intelligatur de vagabundis, qui

57 per mundũ vagantur, & hic tractatur de otioſis,& inutilibus,& ex verbis in Reg. Prag. etiam *ſi hanno moglie*, addo granum ſalis, nempè,perſuaderi poſſe,vagabũdũ poſſe eſſe vxoratũ, & etiã eſſe vagabundum, ex quo præſumitur eius domicilium cum vxore,licèt
58 vxor non teneatur ſequi virum vagabũdum,Peguer.deciſ.3. n.8. Menoch.caſ.531.n.4.& ſeq.Petr. ad Gram. deciſ. 26. n. 15. diſtinguo, quòd aut vagabundus vxorẽ habet,& ex hac præſumptione debet citari in domo vxoris,aut verò non habet, & citandus eſt per edictum, & ſequor opinionem Baiard. & Petr.cit.loc.

Verùm,quia poteſt dari caſus, quòd odio inimicorum, & eorum miniſterio, vel propter paupertatẽ inquiſitus defenſiones ſibi facere non valet, Iudex debet eſſe cir-
59 cumſpectus, & ſecretè ſe informare de conditione teſtium, ex Parid.de Put.de ſyndic. verb. inquiſitio n.2.qui cit.cap.n.1.dicit, ꝙ frater admittitur pro altero fratre ad defenſam, in hoc non videtur Fiſco nocumentum inferre, quia ſumus in lucro odioſo, ꝙ
60 ego intelligo, dummodo cũ fratre deponente adſint alij teſtes, nàm per alios teſtes purgatur defectus alicuius conteſtis.

Inſuper ſciẽdum, quòd ſi fuerit probatum,quem fuiſſe vagabũdum, ſemper talis præſumitur, addit.ad
61 Peguer. deciſ.3. n.11. fundat hãc opinionem,ex tex.in l.in bello §. facta ff.de capt. & poſt lumin. re: uerſ.quem ſequitur Maſcard. cõcluſ.1401. n. fin. cuius dictũ ego impugno,duplici ratione.Primò, quia tex.hoc non dicit. Secundò, quia non ſequitur conſequentia. fuit Titius annis elapſis vagabundus nunc præſumitur idem: fuit
62 Sempronius alias malus, inquiſitus,vel cõdemnatus, ergo nunc talis præſumitur, & reputari debet,dummodo non continuauerit,ſeù pertinax fuerit in mala vita,vel in illo delicto. Nam ſi poſt crimen patratum, vitam ordinatam duxerit,& bona oriatur fama per trienium, illa mala fama acquiſita,vel mala opinio ſuborta à præterito delicto cẽſetur purgata per bonam famam, & ordinatam vitam ſequentem per triennium,
63 cum in opinionis materia attendi debeat bona fama pro præſẽti, & non dicitur amplius criminoſus,nec talis præſumi debet,Corſ. in ſingul.ſuis, in verb.præſũptio, Viu.deciſ.98.n.7.Farinacc.quæſt. 23. n. 26. & ſeq. per triennnium enim lapſum præſumitur quis de malò effectus bonus,purgatus, &
64 emẽ datus [prout in ſimili periurus emendatus, & per acta pœnitentia non eſt amplius periurus, Farinacc.tom. 5. de falſit. 9.160. n.174.] quòd ampliatur procedere, etiam ſi in ipſo triennio non feciſſet magnam pœnitentiam, ac etiam ſi non probaſſet,quòd ſe abſtinuit ab illo delicto, quando ſibi occaſio prçceps fuit, & iſtud

tempus

tēpus triennij currit à die delicti,
non autem à die habitæ gratiæ,
ſeù condemnationis, prout affir-
matiuè hoc procedere concludit,
Farinacc. nonnullorum auctorũ
fretus,citat.quæſt.23.n. 28. Vndè
taceat ille additionator ad deciſ.
Peguer. 3. Nullo iure enim ſuſti-
nere valet, quod aſſerit: eſt benè
verum,quòd vagabundus non eſt
65 idoneus teſtis, neque in ciuili-
bus, neque in criminalibus, Ma-
ſcard.concluſ.1401, n.1.
Verum ad illud verbum pertinax,
ꝙ ſupra poſui, neceſſarium puta-
66 ui illo vti, vt proprio ſignificatu
explicem; nam magna differentia
eſt inter pertinaciam, & perſeue-
rantiam, & per conſequens inter
pertinacem, & perſeuerantem;
nam perſeuerãtia opponitur per-
67 tinaciæ, ex Beat. Thom. ſecunda,
ſecundæ, quæſt. 138. art. 2. ad ter-
tium verſus finem Perſeuerantia
enim eſt in bono, & dicitur per-
māſio benè conſiderata in ratio-
ne, & appellatur filia ſingularis
ſummi Regis virtutum, & totius
boni repoſitorium, & virtus, Per-
tinacia eſt, quandò quis pertinax
68 eſt in modo, ideſt, obſtinatè in
malo, & nequitia perſiſtit; vndè
dicitur pertinax, quaſi impruden-
ter tenax, ex eod. Beat. Thom. cit.
loc. verſ. dicendum. Vndè benè
dixi, ſi pertinax fuerit per trien-
69 nium, ideſt, ſi non pœnituit, ꝙ
tamen arbitrio Iudicis relinquē-
dum conſiderata qualitate perſo-
næ, delicti, temporis, & alijs cir-
cumſtantijs agrauantibus, vel re-
leuantibus, teſtatur, Menoc. de
arbit. Iud. caſ. 600.
Deueniēdum puto ad quartũ, nem-
pè, an vagabundus poſſit vbique
70 conueniri, multi concludunt pro
affirmatiua ea ratione: quia certũ
domicilium non habent; ego ve-
rò diſtinguo duos caſus. primò
aut tractatur de debito ciuili, aut
verò de cauſa criminali, ſi ſumus
in primò caſu, & ſic pro debito
ciuili, dicas, quod poteſt vbique
conueniri, ne creditores indebitè
fraudentur, Damphoud. practic.
71 ciuil. cap. 13. n. 17. cum quo con-
cordat Berardin. de Plot in conſ.
133. n. 13. inter conſ. crimin. di-
uerſ. tom. 1. Si verò ſumus in ſe-
cundò caſu, & ſic in cauſa crimi-
nali, duæ afferuntur opiniones.
Prima, quòd poſſit vbiquè cōue-
niri; quia habet totum mundum
pro territorio, verum DD. hanc.
tenētes granum ſalis adducunt, nem-
pè ſi inquiſitus vellet cauere de
ſtando iuri in proprio domicilio,
non poteſt vti vagabundus puni-
ri, nec conueniri, Belluc. in ſpec.
Princip. rubric. 23. verſ. & ſcias n.
3. Farinncc. quæſt. 7. n. 17. verſ.
ſublimita. Primo, qui dicit, quòd
hoc caſu non poteſt per Iudicem
capientem puniri, cōcordat Co-
uarr. pract. quæſt. cap. 11. n. 7.
Damphoud. pract. crim. cap. 33.
n. 9. & 10.
Alia affirmatiua ſimpliciter, quòd
poſſit vbiq; locorum puniri, te-
72 nent Tartall. pract. crim. cap. 8.

n. 1. verſ. vagabūdos, Franc. Marc. deciſ. 1059. n. 1. Clar. quæ. 39. verſ. cæterum ſi reus. Baiard. ad Clar. quæſt. 38. n. 54. Peguer. deciſ. 3. n. 7. Capoblanc. tom. 1. Prag. 8. par. 2. n. 22. Ricc. deciſ. 241. n. 2. par. 3.

Ego ſequēdo opinionem Bouadill. tom. 1. politicor. lib. 2. c. 13. n. 34.
73 concludo, vagabundum poſſe vbique locorū puniri, quia aberrat, & vagando otioſus offendit quamlibet ciuitatem, ideò in eius
74 odium poteſt vbicumque puniri. Si hoc non eſſet, magnum inconueniens ſequeretur, ſi enim non poſſet vbiq; puniri, ferè impunitus euaderet, modo enim huc, modo illuc vagandò nunquam caperetur.

Sed opportunè quęro, pone, quòd in vno loco commiſerit delictum, & in alio fuerit captus, an debeat
75 remitti ad locum delicti, Belluc. in ſpec. Princ. rubr. 11. §. ex quo prædiximus verſ. 5. limita, contra opinionem Couarr. & aliorū ibi relatorum concludit, vagabundū non remitti debere, ea ratione, quia non habet domicilium, & contra illos limitat illa emanata regula, vbi te inuenero, vbi te iudicabo, & dicit, quòd multi ribaldi ſuſpenduntur in Ciuitatibus, & Caſtris, in quibus inueniuntur; concordat Peguer. deciſ. 3. n. 12. Petr. ad Gram. deciſ. 26. n. 12. Mari ad Gram. deciſ. 26. n. 16. Berard. de Plot. conſ. 133. n. 14. inter cōſ. crim. diuerſ. tom. 1. dicit, quòd po
76 teſt vbicumque puniri, etiam ſi nō fuerit cum re furata repertus, etiam ſi delinquerit in alieno territorio, vel in alio loco alteri Regi ſubiecto, D. Reg. Tap. in prag. 1. vbi de delicto n. 18. in tom. 3. cōpend. Iur. Regn. teſtatur, vagabūdum non remitti, ſed contrarium ſeruari. Ego verò diſtinguo: aut vti vagabundus ſimpliciter fuit
77 captus: aut verò vltra vagantiam, otioſitatem, inutilemq; vitā aliud delictum in alio loco commiſerit. Si ſumus in primo caſu, non debet remitti, & procedit opinio affirmatiua DD. ſupra relatorum concludentium de vagabundo remiſſionem non dari; immò in
78 loco, quo fuit captus puniri. Si ſumus in ſecundo caſu, nempè, ſi aliud delictum in alio loco commiſerit, & tunc diſtinguè, aut ipſe vagabundus inquiſitus remiſſionem cauſę petierit, aut verò Baro. Si primo caſu, ille vagabundus nō auditur, quia vagabūdi bāniti iudicātur, & nō declināt forū, Catalan. de indult. c. 35. n. 105. Si verò cōparuit Baro, tanquam offenſus, ratione dilicti cōmiſſi in ſuo territorio, tunc remitti debet, & ille cognoſcit, Farinacc. quæſt. 7. n. 14. Bouadill tom. 1. politicor. lib. 2. cap. 13. n. 34. ad fin. quòd
79 intelligendum puto, tribus concurrentibus. Primò dūmodo aliter Princeps non mandauerit in ſtatuto, vel literis, in quibus non fuerint verba abdicantia iuriſdictionem; Secundò, niſi eſſet conſue-

ſuetudo non remittendi, vt idem
*Bouadill.*cit.loc.n. 34.ad fin. Ter-
tiò, dummodo delictum cõmiſ-
ſum, pro quo iudex loci offenſus
remiſſionem petat, ſit maius va-
gantia, & *otioſitate*. ita vt pœna
pro eo imponenda ſit maior pę-
na remigationis ad triremes im-
poſita per Prag. de qua infra di-
cam, & ratio eſt, quia maius deli-
ctũ trahit ad ſe minus, ex allegat.
per Capoblanc. tom. 1. prag. 8.
par. 1. n. 125. [& nuper ex hac do-
ctrina fuit Martius Brenna vti va-
gabundus captus, & demum re-
miſſus Curię Montis Fuſcoli.]
Quo ad quintum, quæ pęna iſtis va-
gabũdis imponi debet, Menoch.
de arbitr. iud. caſ. 531. n. 11. & 12.
80 aſſerit, nullam pœnam reperiri
de iure impoſitã, ſed motu Prin-
cipis illam imponi, Caball. reſol.
crimin. cap. 178. n. 2. dicit Cata-
lon. eſſe pœnam fuſtigationis, vel
triremium ad quinquennium, &
n. 3. aſſerit, quandoque iſtis talibus
pręceptum fieri, vt territorium
exeant, & in illud de cætero pedẽ
81 non inferant ſub pœna triremiũ,
vel fuſtigationis, aut catenæ arbi-
trio Iudicis, habita ratione ętatis,
& ſexus perſonarum.
Ludouic. de Peguer. deciſ. Catalon.
3. n. 9. ſcribit, quòd quæq; Prouin-
82 cia pœnam imponit.
Mut. deciſ. Sicil. 64. ad fin. quem ad-
ducẽdo, & inſerẽdo adducit Ric.
83 deciſ. 241. par. 3. pœnam exilij
fuiſſe impoſitam aſſerit, licèt Ric.
pœnam triremium ad tempus ar-
bitrio Iudicis imponendam eſſe
concludit.
Reg. de Pont. in tract. de poteſt. Pro-
reg. tit. de regal. impoſit. § 4. n. 56.
pęna triremium iſtos tales afficit.
D. Rouit. in rubr. de vagabund. aſſe-
rit, Athenienſes pœnam mortis
84 impoſuiſſe, hodie verò per Regiã
prag. eſſe impoſitam pœnam tri-
remium per quinquennium, quæ
non eſt rigoroſa, quia vagabundi
ſunt venenum Ciuitatis, vt ſupra
dixi.
Carrab. citat. ſing. 132. pęnam trire-
mium eſſe impoſitam teſtatur; de
85 tempore verò, arbitrio iudicantis
remittit.
D. Reg. Conſtant. in l. vnica C. de
menticantib. valid. n. 4. & 5. pęnã
86 triremium debere imponi con-
cludit.
Ego verò contra iſtos tales duas pę-
nas impoſitas inuenio; vnam, nẽ-
pè, per conſtit. Regni *hij*, qui in
78 qua diſponitur, tales ad publicũ
opus deputari ad tẽpus, nõ adie-
cta temporis quantitate; alterum
verò per Regiam prag. quæ eſt
88 triremium per quinquennium,
& omiſſa diſputatione, qualis pę-
na debet imponi, ſi ſtatuta per le-
gem veterem, aut verò declarata
per legem nouam. & quæ debet
89 attẽdi, ſi maior impoſita per aliã
diſpoſitionem, an verò minor per
nouã, de qua remitto te ad Cara-
uit. conſ. 117. n. 11. & 12. inter cõſ.
crim. diuerſ. tom. 2. [licèt Præſid.
Galiota dicat tom. 2. controuerſ.
cap. 57. n. 57. & 66. pœnam ex l.

ceſſare per impoſitionē in l. noua, & vna impoſita, etiam ſi minor ceſſat altera] dico in Regno eſſe impoſitam pęnam triremiū per quinquennium, & illam neceſſariò eſſe imponendam, & nō poſſe minorari per Iudicē inferiorem in illis verbis: *S'intendano condennati, ſin come, ex nunc pro tunc, ſi condennano per anni cinque in galera, ò più, ò meno, ò altra pena ad arbitrio noſtro.* In tantumq; diminutio, vel augumentum, ſiuè commutatio pœnæ eſt remiſſa arbitrio Domini Proregis, qui audita qualitate perſonæ poteſt augere, & minuere pœnam, & illam commutare, & hoc eſt illud, quod Carrab. cit. ſing. 132. dicere intendebat, & nō benè ſe explicauit, in tantum, ꝙ ſententia debet concipi ſimplicibus verbis relatiuis Regię prag. v3. Condemnetur ad ſeruiendum
91 in Regijs triremibus per quinquennium, ſeruata forma Regiæ prag. in qua collatum eſt arbitriū Dño Proregi, vt ſupra dixi.

Sciendum pro coronide, quod vagabundorū appellatione includuntur mendicantes validi, qui reprobantur, nedùm de iure in l. 1. C. de mend. valid. lib. 11. quē ornatè
92 cōmendat, & copioſè exornat D. Reg. Conſtant. verū etiā per prag. primam, eod. tit. de mendicantib. valid. quorum pęna de iure eſt extra ordinem, licet Peguer. deciſ. 4. ad fin. publicè, & palam per loca ſolita duci teſtatur, & quod exulent à loco in perpetuum; per Prag. verò eſt alterata in maſculo ad triremes per quinquennium,
93 in fęmina fuſtigationis, & exilij per quinquennium. Sed videndū eſt, qui dicantur mendicantes validi, vt habeat locum pęna impoſita, & eſt ſciendum, quòd duplici modo dicuntur mendicantes validi, vno licito, altero illicito; licito, & ſic mendicitas licita, vel mendicantes liciti ſunt illi pauperes, vel impotentes, debiles, aut
94 inualidi, vel infirmi, & ad laborē inhabiles, qui poſſunt licitè mendicare, & ſunt impunibiles. Secūdò modo illicito, & ſic mendicitas illicita ſunt illi, qui poſſunt laborare, & proprio labore viuere, & non laborant, artem habent, & nequeunt habere, ſunt robuſti, & aſſerunt ſe debiles, & otioſi mendicant, vel illi, qui ad cumulū eorum, quæ poſſident mendicant, & iſti prohibentur de Iure, & per Reg. Prag. & incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, ex Beat. Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt. 186. art. 3.

Adeſt alia mendicitas, etiam licita, nedum permiſſa, & tolerata, & ab omnibus commendata, verum etiam, & apud Deum valde fructuoſa, & eſt illa, qua quis vtitur ad bonum finem, nempè, vt egenis, & indigētibus ſubueniat mēdicitate, quam, exercet, vel ille, qui dimiſſis omnibus ſuis bonis propter Chriſtum mendicat, & dicitur voluntariè mendicare, ex Beat. Thom. cit. loc.

Ratio,

Ratio, quare iſti mendicantes validi
prohibētur, duplex eſt. Prima, nè
95 inſurgat copia otioſorum, & laborem non quærentiū prætextu huius eleemoſynæ. Secunda, vt mendicantes inualidi, & ſic verè pauperes eleemoſynas inueniāt,
96 iſtis enim panis ab illis aufertur. Hinc infertur, ꝙ Officiales Ciuitatis poſſunt expellere mēdicantes à loco, quando eorum mora eſt periculoſa, vel damnoſa, maxime ſi auferunt, vel minuunt victum, ſiue eleemoſynam infirmis pauperibus, ſiue inualidis; ego pluries obſeruaui, & iuſſi reijciēdos eſſe pauperes exteros, vltra triduum moram faciētes, vel ali-
97 qua cauſa ſuſpectos. Vndè ſequitur, quod eleemoſyna elargienda eſt, & dāda pauperibus Ciuitatis, qui perfectam Ciuitatem reddūt; vbi pauperes enim non ſunt Ciuitas perfecta eſſe non poteſt, vt teſtatur Reland. conſ. 80. n. 19. vol. 3.
Caball. verò caſ. 178. n. 9. alios mendicantes deſcribit, & ſunt illi, qui
98 vtuntur verbis ſuppoſitorijs, qui faciūt ſibi, vel manus intumeſcere, vt contracti manibus videantur, fingunt ſe claudos, ſimulant ſe palidos fucacis coloribus, ſe infirmos exclamant; & licèt graui pœna iudicantis arbitrio puniendos eſſe aſſerit, tamen puniri debere, & condemnandos eſſe ad opera, ſeù ſeruitia publica, vt pu-
99 tà ad foſſas purgādas, plateas, atq; vias, vel ad ędificium Eccleſiæ, vel ad aliud opus ſeruile ad tempus arbitrio Iudicis, ꝙ ego intelligo, dummodo ſint ad hoc habiles, vel ad ſic laborandum conſueti. ex Rip. in tract. de peſt. tit.
100 de remed. præſeruat. cōtra peſt. n. 177. & 178. ſecus verò, ſi inhabiles ad talia ſeruitia ſunt, quo caſu dictis per Caball. inhereo, vt alia pęna puniātur arbitrio Iudic.

DE ANNONA, ET GRASSIA

Caput vnicum.

ARGVMENTVM.

Occaſio quid ſit.
Aſſiſia, graſſia, & annona, an differant.
Onus imponendi aſſiſiam ad quem ſpectet.
Qui Officiales ſint competentes in aſſiſia imponenda.

SVMMARIVM.

Occaſio eſt anima actionum, num. 1
Eſt oportunitas tēporis caſu proueniens, & dominatur in cunctis rebus, num. 2.
Terra Montis Fuſcoli eſt in poſſeſſione, & priuilegio cognoſcendi de aſſiſia, & annona priuatiuè ad alios.

Habet

Habet primum, ſecundum, & tertium Iudicem, num. 37. 89. & 10.
Vinum nouum, quo tempore anni dari debet, num. 4. 5. & 6.
Proſperi Rendella laudes, num. 6.
Iacobus Morone laudatur, num. 7.
Aſſiſia, graſſia, & annona, an differant, & ipſorum appellatione, quæ veniant, num. 11. 12. & 13.
Flaminius Monaco Conſentinus laudatur num. 14.
Aſſiſia, in quibus rebus cadat, & in quibus annona, num. 15.
Aſſiſiæ impoſitio, & annonæ cura ad quẽ ſpectet, num. 16. ad 30.
Catapani ſi grauant, ad quem appelletur, num. 30 & ſeq.
Aſſiſiæ impoſitio olim ſpectabat Epiſcopis, num. 19.
Barones, an poſſint ſe intromittere in aſſiſia, & annona, n. 21. & ſeq. 34 & ſeq.
Hoſpitij munus ad quem ſpectet, num. 41
Cognitio ſiclæ, ponderum, & menſurarum ad quem ſpectet, num. 37. & ſeq.
Io. Baptiſta Pagano laudatur, num. 45.
Marinus Caracciolus Auelleni Princeps laudatur, num. 46.
Don Franciſci de Campo laudes, num. 44.
Don Ioannes d'Auolos d'Aragona laudatur, num. 50.

OCcaſionẽ eſſe Animam actionum, & rerũ omnium benè gerendarũ matrem aſſerit, ex Senecę ſentẽtia Io. Achoch.
1 Theſ. Apolitic. Aphoriſm. lib. 3. cap. 21. & vbi occaſio deficit, tutiora, & lenta ſunt conſilia; occaſio eſt autem oportunitas temporis, caſu proueniens, & dominatur occaſio in cunctis rebus, ex
2 philoſophi ſententia. Hinc meritò Ieſuita frater Ioannes Dauid fecit amplum tractatum de occaſione abrepta, occaſione neglecta: vndè cum Dominus Cappoblancus cauſam mihi præbuit, nimirũ ſi de hoc ſermonem facio.

Eſt igitur primò præmittendum, ꝙ hæc mea Fuſcana Patria eſt in poſſeſſione, tùm Priuilegio, cùm prolatione decretorum, & prouiſionum Sacri Regij Conſilij, & Collateralis, vt Vniuerſitas per eius
3 Catapanos curam habeat Aſſiſię, & Annonæ priuatiuè ad alios Officiales, & ſignanter ad Prouĩncialem Audiẽtiam, nedùm in rebus comeſtibilibus, verum etiam, & in vini venditione, quæ liberè abſque taſſa, & prætij impoſitione, ſed libitum ciuibus permittitur, & nunquam in hac poſſeſſione fuit impedita: ſunt enim rationes in locis quibuſdã ſingulares, quæ ſeruari, ita ſuadent Petr. Gregor. Tholoſ. ſyntag. Iur. Vniuerſ. lib. 45. cap. 4. n. 12. Et ex hac libertate oritur magna abundantia, cùm quilibet conatur vina immittere, quæ cæteris alijs regionibus ſunt meliora, & ad inſtar optimi Architiclini conſeruare, nedùm tempore ęſtiuo; verùm etiam per totum menſem Decembris, & vltra, quo Hyemali tempore, vetus vinum, & ſic præcedentis anni valdè ſaluti confert, & nimirum, cum de iure, in menſe Nouem-

uem-

uembris non vinum vetus, ſed nouum. ad bibendum tribuitur, ex tex. in l. iubemus C. de erogat. mi
4 lit. ann. l. 12. in quo hæc verba leguntur: Iubemus, vt per omnes Prouincias cunctis numeris, ac militibus à Nouembris menſe, de nouello vino Annonam dari, quoniam veteris diſpendioſa videtur erogatio, ex quo Tex. Sumitur vinum nouum tribuendum eſſe à menſe Nouembris; ſequitur Petr. Greg. Tholoſ. ſyntag. Iur. vniuerſ. lib. 19. cap. 6. n. 2. qui menſe Nouembris militibus vinum nouũ,
5 non vetus concedit; & Galter. in tract. de tutel. tit. tùm perſonæ pupilli curam gerẽdo n. 9. prohibet tutoribus dare vinum vetus ad bibendum pupillis in menſe Nouembris; ſequitur Roman. ſingul. 380 qui à 1 die Nouembris nouũ vinum dari teſtatur; [ſequitur Bouadill tom. 2. lib. 3. cap. 4. nu. 90. Rip. de peſt. in titul. de remed. ad conſeruand. vbert. n. 143. Et vinũ nouũ guſtabatur à Romanis menſe Octobris, hoc eſt muſtum hominis gratia, Lauor. lucubration. Roman. tit. de comitijs profanis cap. 6. n. 35.] Quicquid autem ſit, & in quocumque tempore anni vẽdatur, ſemper arbitrarium eſt; benè verum, quòd hoc arbitrium eſt regularum æquitati, regioni conſonum, conſiderata qualitate vini, & temporis, nam plures vini ſpecies ſunt, quas non recenſeo, ſed te remitto ad pulchrum tra-
6 ctatum, quem eruditus Proſper Rendella imprimi curauit, de vinea, vindemia, & vino, ne exemplare videar.

Et cũ de mẽſe Octobris anni 1626. continuando poſſeſſionem, in qua Vniuerſitas reperitur Iaco-
7 bus Morone morigeratus vir, vinum vendere feciſſet ad rationẽ granorum duorum pro qualibet carrafa, quòd per paucos dies ante, ad rationem denariorum decẽ pro qualibet carrafa vendebatur ab alijs. Quidam linguoſus iudicans prętium alteratum, & exceſſiuum, Regiam Audientiam, & ſic Capoblanc. tunc temporis Auditorem adijt, qui fundando ſe in Auendan. de execut. mandat. Reg. c. 19. iuſſit prætiũ moderari, & ad primeuũ reduci, nẽpè, ad rationẽ denariòrum decem pro qualibet carrafa. Vniuerſitas cõqueſta fuit de probatione impeditiua ad libertatem, & deducto negotio in aula die ſequenti, ego pro Vniuerſitate allegabam non poſſe R.
8 A. ſe intromittere, nedum ex priuilegio, decretis, & prouiſionibus, verũ etiã ex deciſ. de Franch. 511. quæ facultas Catapanis tribuitur, & ab eis ad officialem loci appellatur, ille doctiſſimus vir allegauit mihi Auendan. cit. loc. quo Officialibus iuſtitiæ licitum eſt, ſe in annona intromittere; ego replicaui Auendan. loqui de iure communi, & in Regno Hyſpaniarum, ſecus in Regno noſtro Neapolitano, in quo quæſtio eſt ſupita per deciſ. de Franch. 511.

Digitized by Google

Et ſignanter in hac regione,ſtan-
9 tibus priuilegijs, & decretis, &
prouiſionibus, & proinde inſta-
bam non turbari, & licèt voce in
aula fuerit diſcuſſum, & alterca-
tum,tamen non fuit aliter proſe-
quutum,nec Vniuerſitas impedi-
ta,neque Iacobus venditor pro-
hibitus,inde extra Tribunal,cum
eodem Domino ſermonem ha-
bui, & dixi doctrinam Auendan.
procedere,prout ego dicebam de
iure communi in Regno Hiſpa-
niarum,& ad partis inſtantiam,&
in Officiali loci;nuper verò in ſe-
cundo tractatu,quem ipſe Domi-
10 nus imprimendum curauit de
cap. 9. lego, ꝙ ipſe firmat pedes
hanc curam ſpectare ad ſuperio-
res, & ipſum impoſuiſſe manum
in hac Terra Mōtis Fuſcoli, aliud
exēplum adducit in Ciuitate Li-
cij,in qua R. A. Hydruntina ma-
nus impoſuit;& licèt eius dictum
poſſit ſaluari loqui in caſu ſuo,
nempè Officiales iuſtitiæ eſſe
competentes in caſu negligen-
tiæ, vel grauaminis Catapanorū,
tamen cum hoc reperiatur ſcri-
ptum, & poſſet trahi ad exemplū
in preiudiciū antiquiſſimæ poſ-
ſeſſionis huius Vniuerſitatis, ne-
ceſſarium puto, ſermonē de an-
nona facere,vt ad ſpecialia deue-
niam,& eius dicto contradicam.
Et licèt annona, graſſia abundantia,
& vbertas differāt, vt per Decian.
11 lib. 2. tom. 7. cap.22. tit.de frau-
dant. Annon. & Petr. Gregor.
Tholoſ. ſyntag. Iur. Vniuerſ. lib.
36. cap. 30. & nouiſſimè per Re-
gent. d'Apont. tract. de poteſt.
Prog. tit. de Abondant. ciuit. per
tot.& ibi Thor.in addict.cum ap-
pellatione annonæ veniant panis
12 vinum, acetum, lardum, carnes,
palea,fenum,ligna, & ſimilia, vt
per Decian.& Petr.Greg.ibidem,
licèt large veniant carnes, l. 1. C.
de milit. annon. erogat, quæ an-
non.triplex eſt, militaris, ciuilis,
& extraordinaria,Decian. & Tho
loſ. cit. loc. Graſſiæ verò appella-
13 tione, licèt conſuetudo attendē-
da eſt, tamen ſi de conſuetudine
non apparet,venit, nedùm panis,
& boccellatus,ideſt biſcottus, vi-
num,lardum, carnes, & acetum,
ſed etiam fruges, vt frumentum,
legumina, & alia venalia, vt ſcri-
bit doctiſſimus Flamin. Monaco
14 Coſentinus, qui additiones ad de
ciſ. Minadoes fecit vtiles, & di-
gnas in deciſ.23.n.3.& ſeq.ſequi-
tur Nouar.collect. 11. & Annona
differt ab Aſſiſia, nam Aſſiſia ca-
dit in rebus vtenſilibus,& Anno-
15 na in victualibus,vulgariter dici-
tur,vt cōgerit Montanar.ad prag.
2.de adminiſtr.Vniuerſ.num.69.
[Biſcottum enim non eſſe nouā,
ac diuerſam ſpeciem à farina, ſed
eamdem rem, idemq; corpus af-
firmāt, Petr.de Lun.cōſ.50. n.61.]
Tamen ego, quo attinet ad propo-
ſitum inſtitutum, vtar verbo Aſſi
ſia, & Annona, & proinde ordi-
nate procedendo, videndum eſt,
hoc onus Annonæ, & hæc cura
Aſſiſiæ ad quem ſpectet ad Tribu
nalia

ñalia Regia,nempè,vel Barones,
16 aut verò ad Vniuerſitates, multi
aſſerũt ad Regios Miniſtros ſpe-
ctare, ex cap.Regn. inter virtutũ
n. 6. In quo Rex Robertus hæc
verba protulit:Ordinamus, & vo-
lumus, quod per eundem Iuſti-
tiarium, cum Aſſeſſorum cõſilio,
17 & Doctorum, ac Magiſtrorum
Scolarium,in rebus venalibus cer
ta cõſtituatur aſſiſia (quod tu no-
ta illud verbum Iuſtitiarium, vt
inferius dicam) & adeò eſt verũ,
quod quamuis Rex huiuſmodi
curam alteri cõmittat, & conceſ-
ſionẽ faciat, non eſt abdicata ipſi
iuriſdictio,Reg.de Pont.in tract.
de poteſt.Proreg.tit.de abundant.
ciuit. §. 1.n.15.ſequitur Thor.in
addit.ad eund.Apont.cit.cap.n.1.
fol.mihi 16.Et hoc eſt illud,quod
18 idem Capoblanc.tom.1. prag.1.
n.147.vbi ad Principem ſpectare
aſſerit.Alij aſſerunt curam Anno-
19 nę demandatam fuiſſe Epiſcopis,
vt per Petr. Grégor. Tholoſ. ſyn-
tag.Iur.Vniueſ.par.1.lib. 15.cap.
20 12.n.35.Alij verò conantur ſub-
ſtinere Baronibus cõpetere mo-
uentur,ex Cãpagn. in cap. Regn.
pro publici boni n.8.ad fin. quod
Barones in ſuis terris debent po-
nere aſſiſiam circa venditionem
victualiũ, & annonę in Natiuitate
B Mariæ, quo tempore victualia
sũt recollecta,ſequitur Petr. Gre-
gor.cit.cap. 30.n. 11.inferunt ex
hoc Baroni competere curã an-
nonę, & idem Capoblanc. cit.loc
21 n.151. dicit Baroni competere
aſſiſiam,quia is habet iuriſdictio-
nem,& in tom.2.cap.9 n.4.teſta-
tur Baronibus licere prouiſiones,
& bãna emanare, ea ratione, quia
ſicuti cognitio annonæ corruptę
falſi ponderis, & menſurę ſpecta-
22 bat olim ad Decuriones Ciuita-
tis, l.1. C. de offic. prǽfect. Vrb.
Maſtrill. deciſ. 300. n. 15. ita
hodie Baronibus competit. Alij
contrariam ſubſtinent opinionẽ,
23 nempè,ad Vniuerſitates compe-
tere, quia ſic ſe habet vniuerſalis
practica,& obſeruantia.
Adeò,quòd nedum redditur quęſtio
dubia,ex relatis DD.opinionibus,
verum etiam ex eodẽ Capoblanc.
qui tom. 1. cit. prag. 1.n.147.te-
ſtatur ad Principem ſpectare nõ
autem Baronibus, & inde paulò
poſt citat. n.151. teſtatur Baroni
cõpetere eius imponẽdi aſſiſiã,
quia is habet iuriſdictionem, &
Vniuerſitatibus prohibitum eſt
exercere aliquam iuriſdictionẽ,
& in tom 2. cap.9.n.4. nedùm aſ-
ſerit Baronibus licere prouiſio-
nes facere, & banna pro abundã-
24 tia, verũ etiam, ꝙ officiales poſ-
ſunt manus imponere; & ipſum
impoſuiſſe.
Ego verò (reuerentia tanti Patris,
& contra eius opinionem) ſub-
ſtineo huiſmodi curam annonæ,
& aſſiſiæ Vniuerſitatibus compe-
tere, nam olim impoſitio aſſiſiæ,
25 ſeù prętij in rebus ſpectabat ad
Prefectum Vrbis, l.1. §. cura car-
nis ff.de offic.Prǽfect.Vrb.Hodie
verò ad Vniuerſitates competit,

per quas eliguntur Rectores, vulgo dicti Ediles, ſeù Catapani, qui aſſiſiam in rebus ponunt, Căpagn. in cit. cap. Regn, inter virtutum n. 17. Montanar. ad prag. 2. de adminiſtr. Vniuerſ. n. 69. affirmat Illuſtriſsimus Regens Tapp. ad Catapanos electos per Vniuerſitatem ſpectare, in tract. de Iur. Regn. in conſt. Magiſtros Camerarios n. 1. & 2. fol. mihi 192. & iterum eod. tom. 1. rubric. de auct. Baron. n. 1. & 2. fol. mihi 431. & nouiſſimè Doctiſſimus Thor. tom. 1. cōpend. deciſ. Regn. in verb. aſſiſiæ fol. mihi 58. refert per Sac. Conſ. fuiſſe decifum ſpectare ad Catapanos, & iterū eod. tom. verbo Barones habentes fol. mihi 66. Ergo cum omni iure Vniuerſitati, & eius Catapanis

26 hoc onus ſpectet, concludendū eſt, nullo iure officiales Baronales, neque Regios poſſe ſe intromittere. Et adductis in contrariū reſpondet. Primo Regijs Tribunalibus cōpetere debet intelligi in Ciuitate Neapolis, cuius Dominis electis fuit hęc poſſeſſio

27 tranſlata, ex priuilegio Sereniſſimorum Regum, vt per Montanar. cit. prag. 2. de adminiſtr. Vniuerſ. n. 75. Reg. de Pont. cit. cap. 1. n. 1. qui eod. titul. n. 4. & 23. aſſerit Proreges manus impoſuiſſe, & imponere, ſequit Thor. in addit. ad citat. cap. 1. n. 15. vel in alijs Ciuitatibus, & Terris Regijs, in quibus poſſet ſubſtineri officiales Regios poſſe manus imponere in caſu negligentiæ, vel grauaminis, ſecus verò hac in noſtra Regione, in qua cura annonę, aſsiſiæ impoſitio, & abundātię onus ad Vniuerſitatem ſpectat, & hodie adminiſtratur abſq; ſcrupu-

28 lo, in quo R.A. nunquam ſe intrōmiſit, nedùm in cura, adminiſtratione, & regimine, verū etiā, & in cauſis appellationum, adsūt enim in hac Terra Montisfuſcoli Iudices in prima, ſecūda, & tertia inſtantia ad quos gradatim recurritur, & inſuper cognitio ponderum, menſurarum, ſiclę, & portulaniæ per Sereniſſimos retro Reges fuit Baroni cōceſſa, & extant tot priuilegia, totuè decreta, & prouiſiones Sacri Regij Conſilij, ac Collateralis tribuentia Iuriſdictionem, nedū in ponderibus, menſuris, & ſicla, verum etiam, &

29 cōmittentibus fraudem in pannis, auro, & argento, & alijs bonis venalibus, ac vendentibus vnam rem pro alia, illoſque puniendi, & pęnas exigendi, adeò, q̃ Tribunal Regiæ ſiclę nūquā ſe intromiſit, neque cōmiſſarij ab ea deſtinati tetigerunt, neque R.A. vnquam cognoſcere valuit. Et cum

30 huc acceſſiſſet quidam cōmiſſarius ſiclę, animo ſe intromittendi, dato per Vniuerſitatem notitia mihi, qui in Ciuitate Neapolis literis vacabam, Thomam Anellū Bonauoglia Arrendatorē Regiæ ſiclę adiui, & de negotio plenè informaui, cum exibitione priuilegiorum, decretorum, & prouiſionum,

num, qui ſtatim iuſſit cõmiſſarijs, vt non impedirent, non ſe intromitterent, neque turbarent Vniuerſitatem Mõtisfuſcoli, & ordinem expediuit commiſſarijs deputatis, & deputandis, vt ſeruata forma dictorum priuilegiorum [abſtineant à moleſtando Vniuerſitatem, ſed in eius poſſeſſio me conſeruarent, prout fuit conſeruata, & nunquam impedita.]

Sed redeundo ad propoſitũ, vt ſcripto per Capoblanc. reſpondeam, videndum eſt, quando Catapani grauant, vel negligentes sũt circa annonam, ad quem appellatio cadat, Auendan. per Capoblanc. adductus cit. cap. 19. ſubſtinet ap-
31 pellationem debere interponi ad Iudicem loci, & hoc eſt illud, ꝙ ego tunc temporis dicebam D. Reg. Tapp. cit. loc. ad Capitaneũ Oppidi, vel Ciuitatis, & ab eo ad R. A appellari teſtatur, in tantum, ꝙ appellatio ad Iudicem loci delicti ſpectat; Ann. ſingul. 60. ſed Franch. decis. 511. n. 1. & ſeq. cõcludit per Sacrum Conſiliũ fuiſſe deciſum aſſiſiam ad Catapanos
32 ſpectare, & ab eis appellationem fieri ad Capitaneũ Terræ, in qua deciſione fuit controuerſum, & dubitatum, ſi contingat appellari à Capitaneo, ad quem fuit recurſum pro grauamine inlato per Catapanos, an appelletur ad Iudicem ſecũdarum cauſarum, vel ad Tribunalia Regia, & videtur concludendum ad ſecundum Iudicem recurri debere, licet ibi fuerit dictum, non eſſe locum remiſsioni, Baro enim formatum intereſſe habebat: vndè, cum nedùm aſsiſię impoſitio, & vbertatis
33 regimen ad Catapanos ſpectet, & ab eis ad Capitaneum loci appellatur, non poterat vllo modo R. A. libertatem impedire, nec ſe intromittere, neque manus imponere.

Poſſet ſubſtineri Regios Superiores, & ſic R. A. cognoſcere poſſe Catapanos, non recte ſe gerentes de
34 iure, ex Maſtrill. deciſ. 300. n. 2. & ſeq. & n. 28, & ſeq. qui n. 20. aſſerit olim ſpectaſse ad Baiulum, hodie verò ad Prętorem, vel commiſcentes annonam corruptam, & vendentes ex deciſ. Franc. Mar. 540. aut vendentes aliquam quãtitatem bonorũ, vel frugum, corruptam, fractam, vitiatam, infectam, aut pollutam, & cum incorrupto, & bono commixtis, quorũ
35 pœnam recenſet, Caball. reſolut. crimin. cen. 1. caſ. 80. vel quando officialis vellet cognoſcere pęnã falſorum ponderum, vt per Thor. cit. loc. vel miniſtri Iuſtitiæ loci, ſi grauantur ciues in munere hoſpitandi, ab illis de Regimine, poſſunt imponere manus ad petitionem ciuium grauatorum, vt per eundem Capoblanc. tom. 1. prag. 19. n. 63. nam licèt onus faciendi cartellas, & diſtribuendi milites ſpectet ad Vniuerſitatem, & eius de Regimine, vt dixi ſupra tit. de de offic. in gener. cap. 1. n. 13. & 14. tamen in caſu grauaminis, nẽ-

pè,

pè, quãdo Sindici, & Electi aliquẽ
36 grauant in diſtribuendo milites, cui onus hoſpitandi nõ competit multi enim ab hoc munere ſunt exempti, vel ſi maius onus, quam quis ſufferre poſset, imponerent,
37 poſſunt miniſtrare Iuſtitiam, & grauatos releuare, prout in dies ſeruatum vidi.

Quod hac in noſtra Patria adaptari non poteſt, cum adſit priuilegiũ cum facultate ſiclę, ponderum, & menſurarum, & Baroni habenti hoc priuilegium, non poteſt Tribunal, neque alter officialis prohibere, neque impedire, ſed pœna, & contrauentiones Baroni cõpetunt, & in aſsiſia catapani procedunt, vt refert Thor. citat. loc. verbo Barones habentes. Et cum hæc Vniuerſitas ſit inueſtita à Ba-
38 rone de cognitione ſiclę, põderũ, & menſurarũ conſequenter, nedùm cognitio ad Catapanos ſpectat, verum etiam, & cõtrauentio, & pœna ex ea proueuiens eiſdem ſpectat, prout à tempore immemorabili fuit, & eſt in hoc priuilegio, & pacifica poſseſsione, & nunquam Regia Audientia ſe intromiſit.

Verũ ex Decian, & Petr. Gregor. cit. locis poſsunt ſuperiores manus imponere, quando vident conuẽ-
39 ticulam fieri, circa alterationem prætij rerum, ex qua careſtia orietur, vel renitentiã aliquorũ diuitũ, & potẽtũ in exibẽdis rebus iuſto prætio vẽdendis, vel quãdo res extra locum extraherentur, vel tempore peſtis, prout fuit ſeruatum in imminentibus periculis peſtis, quo tẽpore Regia Audien-
40 tia manus impoſuit, & ſignanter in cuſtodia, & licèt Auditor Don Adreas de Zuniga quoſdam immunes declarauit ab onere cuſtodiendi portas Ciutatis, tamen eo abſente, fuit deciſum omnes te-
41 neri, & licèt detemptio clauium ſpectet ad Baronem, tamẽ cuſtodia Ciuitatis ad Vniuerſitatem competit, & ego ex Rip. in tract. de peſt. tit. de priuileg. contract. cauſ. peſt. à n. 210. ad n. 231. dicebã multos excuſari ab hoc munere, quod perſonale iudicatur.

Vel aliqua neceſsitate vrgente poſſe Regios Superiores manus impo-
42 nere, prout fuit ſeruatũ in tranſitu Sereniſsimæ Marię de Auſtria ſororis Sereniſsimi noſtri Regis, matrimonio collocatæ cum Sereniſsimo Rege Vngariæ.

Et quemadmodum ex matrimonio contracto inter Mariam ſororem Regis Angliæ, & Ludouicum Regem Francorũ lętitia orta fuit, pax ſubſequuta cum Gallis, & vtilitates multæ prouenctæ, vt refert Petr. Gregor. Tholoſ. Syntang. Iur. Vniuerſ. par. 3. lib. 45. cap. 4. n. 11. & 12. ita, ex hoc matrimonio, maiora iudicantur; pro
43 cuius Sereniſſimæ Dominæ tertio tranſitu fuit deſtinata Ciuitas Auelleni inter alias, & pro quarto Terra Mirabellæ, adeò, ꝙ Regiã ſtratam propè hanc Regionem deambulando illuſtrauit, & vigilan-

lantia, prudentia Don Franciſci
44 del Cāpo Regij Conſiliarij meritiſsimi, & omni laude digni in hoc itinere Auditoris Generalis, & Prouiſoris electi per Eccellentiſsimum Regni Proregem Alcalanorum Ducem, nomini Secundum, & rectè cuncta gerentem, fuerũt Vniuerſitates taſſatæ, & compulſæ, pro rebus comeſtibilibus aſportãdis in locis tranſitus, pro vſu itinerantium ſalario mediante, cui Maieſtati hoc Tribunal obuiã ire decreuerat; verùm, quia Adrianus Brãcacius Comes Caſtilionis Pręſes infirmitate detemptus ex pedum inhabilitate propter podagrę morbum nõ valuit adimplere; acceſſerunt tãtum
45 Auditor Io. Baptiſta Pagano primũ locũ in votãdo occupãs, & Auditor Thomas Brãdolinus, Fiſcalis Don Michael de Ciaues, & Secretarius Frãciſcus Antonius Vico, qui Suam Maieſtatem propè Terrã Montis Fortis inuenerunt, & data per omnes ſalutatione, & per ipſum Auditorẽ Pagano oblatione, & peractis verbis ſolemnibus tantæ maieſtati decentibus, ipſa Maieſtas illos benignè recepit, hilari fronte, audiuit, gratam ſe oſtendit, gratioſeq; reſpondit, grata ei omnia fuiſſe, & palatium Auelleni aſcendens, illos ante ſe præhabuit, & ab Eccellentiſſimo Domino Duce de Alua fuerunt benignè, recepti, & protecti, & Principiſſa Auelleni antè Suæ Maieſtatis aduentum, cum veſtes lugubres deferebat propter mor-
46 tem Marini Caraccioli Auelleni Principis eius viri, de Illuſtriſſima ſua familia prouenientis humanis literis eruditi, & in pauperũ releuamen in dies ſuam pietatem demonſtrantis, & ab omnibus ſatis laudati, palatium ornatum dimiſit, magnum apparatum fieri iuſſit pro ſeruitio Suæ Maieſtatis, & ipſa ad alienam domum ſe traſtulit; Sed illa Sereniſſima, & humaniſsima Maieſtas voluit omninò eam videre, & cum prægnãtem cognouiſſet ei fauere, compatratum ſecũ contrahere, & eius poſt humum de Sacro Fonte leuari per Principiſſam Ricciæ iuſſit, cui hęc verba ſcripſit. A tergo.
47 *All'Iluſtre Princeſſa de la Richa prima Por la Reyna de Vngueria.* Intus verò. *La Reyna Iluſtre Princeſa de la Richa mi prima Hauiendo reſuelto por lo qua amo, y eſtimo a la Princeſa de Auellino, y à las obligaciones, que tiene el Rey mi Señor, y mi Hermano a la caſa de sù marido defuncto, ſer Madrina de Pila del Hijo, ò Hija, que Dios fuere ſeruido de darle, y no pudiendo aſſiſtir à eſte officio por mi forçoſo Viage, me hà parecido ordinaros, que*
48 *voslo hagays en mi nombre, que para ello, os doy el poder, y facultad, que es neceſſario, teniendo por cierto, que cumplireis con lo que os encargo, y à la elecion, y confiança hago de vos. De Auelliuo oy 21. Deziembre 1630. Maria. Por mandado de Sù Mageſtad Don Franciſo de Catalud.*

Magnus fuit iudicatus fauor, maximus

mus reputatus honor, magnaque
protectio, cũcta illa domina me-
49 retur, tum eius virtutibus, prudẽ-
tia, cum etiam, quia procedit à
tanto patre Don Indico de Auo-
los de Aragona Vaſti, & Piſcariæ
50 Machione, Fratre D. Ioannis de
Auolos de Aragona Mõtis Her-
culis Principe, quorum Illuſtriſ-
ſimam Familiã non eſt, qui vſque
ad ſydera nõ extollat, virtutes nõ
enarret, & merita non acclamet.
Inde iter proſequentes iſti Officia-
les, Suam Maieſtatem per totam
Prouinciam inſeruientes aſſocia-
runt, & in illius confinibus, Au-
ditor Pagano iterum orauit di-
uerſum Sermonem, & inde alij
Domini ſe præbentes toto itine-
re pro ſeruitio Suæ Maieſtatis, &
eorum præces Sereniſsima Do-
mina manum exhibuit, vt ipſam
oſcularentur, prout magna cum
reuerentia oſculati fuerunt, & il-
los dimiſit prolatione verborum,
magna humanitate, & iucundita-
te. Similiq; modo ab Excellentiſ-
ſimo Domino Duce de Alua fue-
runt dimiſsi magna omnium ad-
miratione. [Hoc iter enarrat Io.
Dominic. Taſſon. in tract. de an-
teſat. verſ. obſeru. 1. n 35. & ſeq.]

DE REMISSIONIBVS Cauſarum Caput I.

ARGVMENTVM.

Remiſsio cauſæ, an concedatur Baroni ex priuilegio.

Barones in Regno, an habeant clauſulam in priuilegio cognoſcendi delicta Officialium, & qui ſint.

SVMMARIVM.

Barones in Regno habent priuilegia cognoſcendi delicta Officialium, & qui ſint, num. 1. 2. & 11.

Priuilegia Magni Capitanei ſunt ampliſſima, num 3.

Iudices ſecundarum, & tertiarum cauſarum vbi aſſiſtere tenentur, n. 4. 5 & 6.

Non ſunt annales, & poſſunt eſſe ſine tẽporis præfinitione, num. 7.

Tenentur habere actnarium, qui coram eis cauſas agat; num. 8. 9. 10. & 11.

Dixi ſupra in tit. de Officialib. in gener. cap. 4. quomodo cauſæ remittãtur Baronibus ex iuris diſpoſitione, reſtat nunc pro coronide, vt videatur, num cauſæ remitti poſſint Baronibus ex priuilegio, & ad cognitionem ſciendum eſt, quod multi Barones in Regno habent priuilegiũ cognoſcendi de exceſſibus officialium, vel de illis, de quibus ſola M.C. cognoſcit, ſiuè de ſpectantibus ad Magiſtrum Iuſtitiarium,

rium, Regentemq; M.C.V. vel ad Prȩſides Prouinciæ, vel alias prærogatiuas habentes eandē facul-
1 tatem importantes, vt ſcribit Capoblanc. prag. 5. to. 1. n. 63. & ante eum Regens Tap. in conſtit. Magiſter Iuſtitiarius n. 15. & ſeq. & iterū in deciſ. Sac. Conſ. Neapolit. 11. quibus in locis colligitur, Barones in Regno priuilegia habentes cum talibus prærogatiuis, debere cognoſcere de delictis officialiū, prout habet Excellentiſſi-
2 mus Dñs D. Nicolaus Ludouiſius Princeps Venuſij meus Dominus, vti Baro huius Terræ Mōtisfuſcoli, & caſalium, qui in priuilegijs conceſsis per Regē Ferdinandum recol. memor. ſub die primo Ianuarij 1507. magno Capitaneo, quæ ſunt adeò ampla, quòd Præſ. de Franch. deciſ. 475. affirmat, quando in Sac. Conſi io eſt conſuetum magna priuilegia allegare, eſſe intelligenda priuilegia Magni Capitanei, cui
3 à liberaliſsimo Rege fuerunt cōceſſæ nōnullæ prȩrogatiuæ, & ſignanter infraſcriptæ. Prima, cum iuribus Portulaniæ, exituræ, & mercaturæ, ponderum, & menſurarū, Baiulationibus, cæteriſque Iuribus. Secūda, primis cauſis, primis, & ſecundis apellationibus. Tertia, de delictis officialium. Quarta, de prȩſentationibus Inſtrumentorum. Quinta, cognoſcendi delicta extra territorium. Sexta, contra viduas, pupillos, Eccleſiaſticas, & miſerabiles perſonas, etiam quantumuis priuilegiatas. Septima, cum clauſula derogatoria abdicatiua. Octaua, cum ſubfeudis, & Iure ſubfeudorum. De quibus omnibus ſigillatim ad futurā rei memoriam congruit ſermonem facere. [& deſeruient omnibus alijs Baronibus, vel Vniuerſitatibus talibus clauſulis in priuilegijs Inueſtitis.]

De prima, & ſic de officio Baiuli latè ſcripſi in tit. ſeparato.

Quo ad ſecundam eſt conceſſa cognitio primarum, ſecundarū, & tertiarum cauſarum; quȩro, quo in loco Barones hunc Iudicē ſecundarum cauſarum, vel tertiarum deputare debent? Diſtingue,
4 aut vnam, aut plures Terras habēt; ſi vnam in illa deputare debent, verum in nonnullis locis ſeruatur, q; poteſt extra ſuā Terram deputare, dummodo ſit infra quatuor miliaria. [& vidi nonnulla decreta per Sac. Conſ. prolata.] Si ſecundo caſu, & ſic ſi plures Terras habet, tenetur illum de-
5 putare in vna ex terris ſuȩ Iuriſdictionis, Franch. deciſ. 526. Ann. ſing. 560. dummodo illa Terra ſit
6 in Prouincia, ex Caball. reſolut. crimin. caſ. 120. ad fin. & iſti Iudices ſecūdarum, & tertiarum cauſarum, non dicuntur annales, & non comprȩhenduntur ſub prag. 5. de Baronib. & poſſunt eſſe ſine
7 tēporis præfinitione, Capoblanc. tom. 1. prag. 5. n. 76. Et ego in quamplurimis locis ſic obſeruatum vidi; illa eſt ratio, quam Ca-

Bbbb poblan-

poblancus affert, quia lege nõ cauetur, q; ſint annales, ſed tatũ Regiarum Pragmaticarum vigore diſponitur in Auditoribus Prouincialibus, quæ ad hos Iudices extendi nõ debẽt, & iſti Iudices, quamuis à loco Iuriſdictionis di-
8 ſtent, tenentur habere Actuariũ, qui cauſas coram eis agat. Vndè quæritur, emolumẽta prouenientia ad quem ſpectent, & diſtingue, quòd aut officium ſecundarum, & tertiarum cauſarum eſt vnitum cum eo primarum, & tunc ad illum ſpectant, prout in hac mea Fuſcana patria huiuſmodi officia ſunt vnita, aut verò eſt ſeparatum, & hoc caſu ad Iudicem ſecundarum ſpectant; tenetur tamen pęnes eundẽ Iudicem ille actuarius aliquem loco
9 ſui ſubſtituere, qui ſcribat, actaq; peragat, ex regula, quòd qui ſentit cõmodum, debet ſentire, & incõmodum; alias Iudex aliquẽ deputat vt ſcribat emolumenta percipiat, & ſic obſeruatũ, & practicatum vidi. Cętera, an poſsint iſti Iudices ſecundarum, & ter-
10 tiarum ſe ingerere vltra ſibi ſpectantia, recurre ad D. Regent. Rouit. in pragm. 2. tit. de Iuriſd. ad inuic. non turb. n. 2. & ſeq.

Quo ad tertium, de dęlictis, nempè, Officialium, adſunt in Priuilegio verba ſequentia [Etiam illarum, quarum cognitio, & Iuriſdictio ad Iuſtitiarios Prouinciarum, ſeù Viceреges, aut Locumtenẽtes, ſeù Gubernatores Prouinciarum, ac etiam ad Magiſtrum Iuſtitiarium Regni, eiuſq; Locumtenentem, Regentemque M. C. V. ſecundũ iura, Conſtitutiones, & Capitula huius Regni noſtri ſpectat, & pertinet,] & alibi in alijs verbis [& de alijs, de quibus M. C. V. cognoſcere poteſt.]

Quæ, vt ſupra dixi, ex Capoblanc. & Reg. Tap. locis ſupra citatis tribuunt poteſtatem cognoſcendi delicta Officialium, & in hac mea
11 Patria, quamplures etiam officiales fuerunt remiſſi à Regia Audientia Principatus Vltra, ex vi clauſulæ Priuilegij, & cogniti; & nimirum nam Thor. to. 1. compend. deciſ. fol. mihi 461. col. 1. verſic. remiſſio vaſſalli teſtatur ex Franch. deciſ. 407. fuiſſe deciſum in fauorem Baronis. Et cum eſſet inquiſitus Franciſcus Antonius de Aytoro de Monteſuſcolo de verberibus cum baculo in perſonam Not. Andreæ Pagnilli, tunc Actuarij huius Regiæ Audientiæ intuitu officij Actuariatus, fuit remiſſus huic Curię, virtute decreti ſequentis tenoris. Die 26. menſis Aprilis 1608. Montiſfuſcoli. In cauſa Franciſci Antonij de Aytorio Terræ Montiſfuſcoli inquiſiti de verberibus inlatis cum baculo in perſonam N. Andreæ Pagnillo Actuarij huius Regiæ Audientię, in banca, referenre Regio Auditore Ioſeph de Martino cauſæ Commiſſario, coram ſpectabili Præſide, fuit prouiſum, quòd dicta cauſa, vna cum actis, remittatur

ad

ad Curiam Montisfuſcoli, quę de iuſtitia prouideat, & ita, &c. Ioſeph. de Martino. Lanarius.

Et iterum, cum Carolus de Acunto Alguzerius dictæ Regiæ Audientię eſſet inquiſitus de pluribus delictis ſequelam. exercitij Alguzerij commiſſis, fuit remiſſus Curię Montisfuſcoli ſub die 28. Nouembris 1605. Felice de Ianuario Commiſſario.

Et alias, cum N. Neapolitanus Capitaneus in Terra Petrę Fuſorum eſſet inquiſitus ex eo, quia permiſit carceratos de nocte à carceribus exire, & furtum committere in Caſali Turris, territorio Mótisfuſcoli, & inde reuertentes diuidebant, in cognitione concurrebant Curia Petrę Fuſorum, vti Iudex originis, & domicilij, & Curia Montisfuſcoli, vti Iudex loci delicti, & pręſentatis Priuilegijs ab vtraque Curia, & prouiſionibus M.C.V. pro cauſę remiſſione, poſt longam diſcuſſionem fuerũt inquiſiti, ac etiam Capitaneus remiſſi ad Curiam Montisfuſcoli, virtute Decreti ſequentis tenoris. In cauſa Regij Fiſci cum Hieronymo Nardone, Iſabella Zambaro, Sancto de Sanctis Terræ Petrę Fuſorum, & Vito Santella Caſalis Sancti Angeli à Cancella inquiſitis de furto apotecę Iulij Pèna Turris Montisfuſcoli Caſalis dictæ Terræ Montisfuſcoli, ac Troili Aboneuole Capitanei dictę Terræ Petræ Fuſorum inquiſiti de participatione dicti furti, vt ex actis, fuit prouiſum, vt. Die 29. menſis Martij 1607. Montisfuſcoli. Per Regiam Audientiam in Banca, auditis Regio Fiſco, & partibus, referente Regio Auditore V. I. D. Octauio Lanario cauſæ Commiſſario, coram ſpectabili Præſide, fuit prouiſum, quod pręſens cauſa, vna cum actis remittatur ad Curiam Montisfuſcoli, quę iuſtitiam faciat, etiã reſpectu dicti Troili Capitanei Petrę Fuſorũ, & pro obſeruantia prouiſionum M. C. V. tranſmittantur acta ad eandem M.C. prout præſenti decreto ita prouiſum hoc ſuum, &c. Lanarius.

Et iterum Liuius Ceſalo Locumtenens Caſalis Turris, cum eſſet inquiſitus de extorſione vti locumtenens, fuit remiſſus Curiæ Montisfuſcoli ſub die 6. Februarij 1608. eodem Octauio Lanario Commiſſario.

Et alias Ioannes de Renno inquiſitus de reſiſtentia, & vulneribus in perſonam alguzerij huius R. A. intuitu executionis, fuit remiſſus Curiæ Mótisfuſcoli, vt ex actis

Marcus Aurelius Romanello Baiulus caſalis Sancti Angeli inquiſitus de falſo intuitu Officij, R. A. retinere cauſam volebat, ex prag. 49. de offic. magiſtr. Iuſtitiar. Replicabam ego priuilegia, & decreta alias latę tribuere hanc Iuriſditionem; nedum ex Apont. decif. 36. verum, & Capoblanc. tom. 2. prag. 8. par. 2. n. 77. & iterum tom. 2. cap. 61. n. 13. ſufficit

Bbbb 2 enim

enim hoc caſu ſemel eſſe iudicatum in cauſa, Amend. ad Franch. deciſ. 81. n. 4 tamen fuit remiſſus Curiæ Montisfuſcoli.

Et alias, cum Saluator de Luca alguzerius R.A. nomine Præſidis, vti Capitanei ad guerram Bannum emitteret, vt quilibet armatus proſiliret ad reſiſtendum Nicolao Vallonæ famoſo Capiti Bannitorum quærenti carceres huius R.A. frangere, & Ioannes Pretioſo incola Mõtisfuſcoli inſurrexit, nedum reſiſtendo eidem alguzerio bannum emittenti, verũ etiã, alapam in eius faciem inferendo, & data notitia Præſidi, & Auditoribus, magno rigore fuit capta informatio, & carceratus inquiſitus, & petita per me, vti cauſas Agente Domini Principis remiſſione Fiſcus vehementer inſtabat non remitti, ſed per R.A. cognoſci, & puniri, ex quo erant aures R. A. offenſæ, & præſentauit fidẽ Secretarij, ex qua conſtabat, dictum Alguzerium offenſum eſſe vnum de aſcriptis, & ſeruientem R. A. tamen exibitis priuilegijs, decretis, & prouiſionibus, quibus hæc Terra potitur, cognoſcendi delicta Officialium, poſt longam diſcuſſionem, fuit remiſſus Curiæ Montisfuſcoli, virtute decreti ſequentis tenoris. In cauſa Regij Fiſci cum Ioanne Pretioſa Montisfuſcoli inquiſito de alapa manu aperta in faciem Saluatoris de Luca Alguzerij huius R. A. ſubintrante Illuſtriſſ. Principe Venuſij, vtili domino terre Montisfuſcoli, & caſalium, & petente remiſſionem cauſæ, virtute ſuorum priuilegiorum, & decretorũ, fuit prouiſum, v3. Die 13. mẽſis Septembris 1627. Montisfuſcoli. Per R. A. in Banca coram Illuſtriſſimo Domino Præſide, referente Domino Regio Auditore Donato Coppola cauſæ Commiſſario, auditis Regio Fiſco, & partibus, fuit prouiſum, & decretum, quòd pro obſeruantia priuilegiorum, & decretorum Sacri Regij Conſilij præſens cauſa remittatur vna cum actis ad Curiam Montisfuſcoli, quæ iuſtitiam faciat, & ita prouiſum hoc ſuum, &c. Donatus Coppola.

Et denique, alius ciuis terre Montisfuſcoli ſcriba R. A. Hydruntinæ, fuit deſtinatus Commiſſarius ad capiendam informationem in Terra Martinæ de quodam delicto ibi commiſſo, fuit inquiſitus de extorſionibus, & adulterio in perſonam cuiuſdã mulieris, prætextu, quòd ipſam vocaſſet pro ea examinanda, & ipſam cognouit, de quo ad eius querelam fuit carceratus per dictam R A. & eo exiſtente intus carceres, in rixa occidit quendam Clericum, de quibus omnibus fuit aſportatus ad carceres M.C.V. pro querela expoſita per mulierem cognitam, & per electionem fori factam per matrem Clerici occiſi. Magna Curia cauſam retinere volebat, duabus de cauſis. Prima, quia erat ſcri

ba

ba Regiæ Audientiæ,& delictum Adulterij erat intuitu, & ſic vti Commiſſarius Regiæ Audientiæ. Secunda, quia delictum homicidij erat commiſſum intus carceres R. A. quo caſu erant ſimiliter offenſæ eius aures. Pro parte Domini Principis Venuſij in diſcuſſione cauſæ remiſſionis, petitæ, replicabatur, clauſulam Priuilegij contra Viduas extra territorium, & de delictis Officialium, operari, vt oppoſita per Fiſcum locum non haberent, tandem poſt diſcuſſionem, exhibitis in M.C. priuilegijs, decretis, & prouiſionibus, fuit remiſſus Curiæ Montisfuſcoli ſub die 20. Iunij 1619. Referéte mag. Iudice Franciſco Cæſare, in Banca Franciſci Antonij Bonocorde. [De Cancellario, vel ſcriba cognoſcente carceratam vide Baiard. ad Clar. §. fornicatio n. final. Boer. deciſ. 317. Fariñac. q. 31. n. 112. & ſeq.]

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Inſtruméta in quibus Curijs liquidari debent.

Cauſæ Inſtrumentorum, an remittantur Baroni.

SVMMARIVM.

Inſtrumenta, in quibus Curijs liquidentur, num. 1, & 2.

Cauſæ inſtrumentorum, an remittantur Baronibus, num. 3. & 4.

Limita niſi vaſſallus compareat, num. 5.

QVo ad quartum adeſt in Priuilegio alia facultas cognoſcendi, nempè, de præſentationibus Inſtrumētorum, per illa verba: Et quod poſſint cognoſcere de præſentationibus Inſtrumentorum ſecundum formam Ritus M.C.V. Ex quibus, nulli dubium eſt, quòd Curia noſtra Montisfuſcoli poteſt Inſtrumenta liquidare, prout ſemper liquidauit, & toto tempore vitæ meæ vidi liquidari Sed dubium ſtat, ſi fuerit aliquis Vaſſallus in Regia Audientia, in M.C.V. vel alio Tribunali citatus ſuper tenore inſtrumenti, an ex vi, & clauſula Priuilegij, huiuſmodi cauſa remitti debeat ad iſtam Curiam? Variæ ſunt DD. opiniones, nam multi dicunt, quòd vigore Regiæ prag. 1. de Inſtrument. liquidation. non debet remitti, Galter. in pract. Inſtrumen. tit. aut facta liquidatione n. 18. fol. mihi 358. [Et in noua impreſſione tit. Verum debitor de perſona à n. 18. ad 21. quem ſequitur Nouar. collect. 120.] diſtinguit, quòd aut Baro habet priuilegium priuatiuè, aut verò cumulatiuè, ſi primo caſu debet remitti, ſecundo verò non, Capoblanc. prag. 8. par. 2. nu. 142. teſtatur, quòd non remittitur, nec ad inſtātiam reorum, nec ad inſtantiam Baronum, quia eſt de antiqua prærogatiua M. C. V. & iterum in prag. 8. par. 1. n. 84. & 230. Rouit. verò in prag. 1. de inſtrum. liquidat. circumſcripta diſtinctione facta per

Galte-

Galterium cumulatiuè, vel priuatiuè, vt ſupra dixi, tenet, & ſic fuiſſe deciſum per Sac. Conſ. teſtatur, quòd quando Baro petit, & habet facultatem in Priuilegio in ſpecie cognoſcendi de huiuſmodi liquidatione, cadit remiſſio, & denegari non debet, non obſtante citata pragmatica.

Vndè, ſiuè opinionem Galterij amplectimur, cum hic Baro Iuriſdictionem hanc habeat, ſiuè illam Rouiti, concludo huiuſmodi
3 remiſſiones non denegari, Barone tamen petente, ſecus Vaſſallo inſtante, & ſic pluries ego obtinui in Regia Audientia, & ſignanter contra Aluinam de Zunica viduam creditricem Vniuerſitatis, & particularium Montisfuſcoli, & contra Beatricem Piſanel la viduam creditricem Vincentij Conte, & in quam plurimis alijs cauſis, & practica eſt, quòd citato debitore ſuper tenore inſtrumenti comparet Baro, & exhibet in
4 promptu particulam Priuilegij, cum facultate in ſpecie de cognoſcendis Inſtrumentorũ præſentationibus, & petit cauſam ad eius Curiam remitti, qua comparitione pręſentata, & particula Priuilegij in promptu exhibita, quę inter cętera ſufficit, vt dixi Franch. deciſ. 207. n. 16. in fin. datur terminus, & inde fit remiſſio, quæ comparitio ſolet præſentari, vel ante vltimum peremptoriũ, vel in eodem peremptorio, & ſic tempore vocationis, quandocumque enim pręſentatur, datur terminus, & indè fit remiſſio.

Verùm, ſi compareret Vaſſallus debitor citatus, & huiuſmodi declinatoriam opponeret, non admitteretur, & nunquam fuit admiſſa, ea ratione, quia debitor renunciat Priuilegio, ita, vt poſſit conueniri in quacumq; Curia Tribunali, vel Foro.

Et hoc, nedùm obſeruaui, & obſeruatum vidi in Barone huius meæ Patriæ, verum etiam in omnibus alijs Baronibus huiuſmodi clauſulam, & facultatem in ſpecie habentibus.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Iudex loci delicti, an cognoſcat de Vaſſallo alibi delinquente.

Armorum vſus, an ſit prohibitus de Iure communi.

Arma reperta pęnes aliquem, an ſua præſumantur.

SVMMARIVM.

IVdex loci delicti, an cognoſcat de vaſſallo alibi delinquente, n. 1. & 6.

Iudex domicilij ſi concurrit, quis præferatur, num. 1. & 6.

Si vaſſallus eſt in manibus Regiorum Tribunalium, num. 2. & 5.

Armorum partes ſi ſunt diſiunctæ, an aſportans puniatur, num. 3.

Arma domi retinens inutilia, an puniatur num. 4.

Prauentio non operatur in damnum Iudicis delicti, num. 7.

Barones non poſſunt conqueri de preuentione ſtatuta per Carolum Quintũ, n. 8.

Mu-

Digitized by Google

Mutij de Ruſſo laudes, num. 9.
Arma reperta prope pedes alicuius, an præſumantur ſua, & puniatur, num. 10. ad 13.
Arma reperta in terra, cuius præſumuntur, num. 13.
Si fuerint reperta prope cadauer occiſi quid operentur, num. 14.
Armorum vſus eſt prohibitus, num. 15.
Licentiam arma aſportandi ſolus Princeps concedit, num. 16.
An alter Officialis concedere poſſit, num. 17. ad 23.
Præſes Prouinciæ an poſſit armorum prohibitorum delationem concedere, num. 20. 21. 22. & 23.
Armorum aſportatio, an prohiberi poſſit, num. 24.
Quid in propria patria, num. 25.

QVinto ſe offert facultas cognoſcēdi delicta cōmiſſa per vaſſallos extra territorium, pro quibus hęc Curia eſt in antiqua poſſeſſione, & extrant nonnulla exempla, & decreta, etiam contradicente Iudice loci delicti, & illa tranſcribere eſſet valde laborioſum, cum quęſtio ſopita ſit, ſi Iudex domicilij, & originis cognoſcit, non concurrente Iudice loci delicti, ex Franch. deciſ. 66.
1 Si verò concurrit delicti forus, & ille domicilij, & originis priuilegium anterius attenditur, vt abūde declarat Reg. Rouit. in prag. 1. vbi de delicto, n. 9. & ſeq. cui te remitto, & Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 2. n. 118. [Iuriſdictio conſideratur actiuè, & paſſiuè, actiuè prout retinetur per magiſtratum: Paſſiuè, quia ſuperſtat in territorio, & reſpectu territorij eſt tota in qualibet parte, ſicut anima in corpore, & dicitur quaſi quoddam integrale, & indiuiduum, & requieſcit ſupra territorium, vti nebula ſupra paludem, quam aliqui vocant realem, quę dicitur in prędicamento, vbi Mar. Cutill. deciſ. Sicil. 20. n. 23. 30. 57. 58. & 59.] Sed dubium ſtat, ſi vaſſallus extra territorium deliquerit, & iudex domicilij, & originis, non habens inquiſitum in fortijs, ſed tantum in manibus
2 M.C.V.R.A. vel aliorum Tribunalium, vtrum petat. Accidit in cauſa Franciſci de Anna, & Matthei Orefice Auellæ, qui fuerunt per hanc R.A. capti, tanquam inquiſiti de aſportatione ictus ſcoppitti parui, & cum partibus ſeparatis, uempè, cum fucili ſeparato à canna, & per Caporalem huius R.A. fuerunt infragrāti reperti, & ad illius carceres aſportati. Ego, qui partes Ducis Turſi vtilis domini Auellarum tuebar, dicebam
3 nullo iure poſſe puniri, ex eo, quia partes erant diſiunctæ, & ſeparatæ, non aptæ ad nocendum, ex Ricc. 93. par. 1. & Bertazol. conſ. 74. n. 12. lib. 1. & ibi adētes, prout
4 in ſimili dicimus de retinēte domi Archibuſettum inutile, quòd exonerari non poteſt, exemplū, ſi eſſet ſine rota, vel ſine fucili, nō tenetur pœna detinentis arma, Farinac. quæſt. 108. n. 86. Et dato, quòd eſſet delictum, cognitio

ipſius

Digitized by Google

ipſius ad Curiam Auellarum, vti Iudicem domicilij, & originis ſpectabat, tantò fortius, non concurrente Iudice loci delicti, Auditor Thomas Brandolino remiſſionem denegabat, ex eo, quia per Caporalem huius R. A. fuerunt capti, & ſic erat per Regium
5 Tribunal præuentum, & inferebat, q quando per Regios miniſtros eſt præuentum in perſona, Iudex domicilij, & originis ſuccumbit in cauſa, & allegabat Rouit. in prag. 1. vbi de delict. n. 26. replicabam ego, quòd, & ſi Rouitus hoc explicet, eſt eius doctrina pro corollario inducta, dum diſputatiuè loquitur, ſed in praxi in Regno idémet, Rouit. eod. loc. n. 22. teſtatur, quicquid tempore
6 Foller. Gram. & aliorum fuerit deciſum, tamen hodie priſcis téporibus practicatur deciſ. Præſid. de Franch. 66. Vnde, etiam, q Regium Tribunal præueniſſet, debent remitti, cum nulla præuen-
7 tio poſſit operari in præiudicium competentis Iudicis, niſi illa, quæ eſt inducta per Carolum Quintú in prag. 5. vbi de delicto, de qua
8 Barones non poſſunt conqueri cum cómunis ſit, & Baro in vno ſuccumbit, & in alio cognoſcit. Hæc cauſa fuit diu ventilata, & tandem fuit dictum, quòd cauſa remaneat, de quo interpoſita appellatione ad M. C. V. ipſa pendente ille Auditor dictos inquiſitos ad ſeruiendum bello Alemaniæ concordauit, licèt fuiſſet in voto cótrario Auditor Mutius
9 de Ruſſo Neapolitanus, qui cum opinione Riccij reſidebat.

Et ad materiam quæri poteſt, ſi arma fuerint reperta in terra propè pe-
10 des alicuius, an dicatur delictum probatum, & ſit punibile, Viſcót, in concluſ. iur. in verbo Arma portans, col. 2. ad med. fol. mihi 11. varia dixit, ſed Rip. in tract. de nocturn. tempor. cap. 8. n. 40. aſſerit, quòd ſi fuerint reperta de nocte propè pedes, præſumuntur illius, licèt n. 41. arbitrarium Iudici relinquit, attenta qualitate
11 perſonæ, & armorum, Caball. reſolut. crimin. tom. 2. caſ. 230. n. 27. 35. & ſeq. dicit, quòd præſumuntur illius, iuxta quem fuerút inuenta, & dicitur liquidiſsima
12 probatio, niſi contrarium probetur, & ſi fuerint plures, omnes tenentur vnica pœna, niſi probetur in ſpecie, iuxta quem ex illis fuerút reperta, ibid. n. 2. Sed Mar. Mut. deciſ. n. 4. concludit, quòd arma reperta in terra operantur,
13 ac ſi ille, iuxta quem reperta sút, realiter cum armis captus fuiſſet, [Paul. Merend. conſ. 97. n. 8. dicit, quod ſi neſcitur quis portauerit, etiam ſi ad pedes aliquorum ſint inuenta, nemo punitur] vide Caualc. de Braech. Reg. par. 2. n. 123. & Farinac. quæſt. 108. n. 158. & ſeq. Et ſi fuerint reperta arma prope cadauer occiſi, faciunt indicium ad torturam contra do-
14 minum armorú, Farinacc. quæſt. 52. n. 74. idem ſi fuerint reperta

arma

arma ad menſuram vulneris, ibid. n. 77. & 78.

Tu ſcis, quòd armorum vſus eſt prohibitus, Codic. vt armorum vſus
15 inſcio Principe interdictus ſit, lib. 11. ſuper quo pulcherrimas additiones fecit Regens Conſtátius, vbi etiam de bello, & illud mouente tractat D. Rouit. prag. 8. tit. de Armis n. 12. & ſolius Prin
16 cipis eſt concedere facultatem arma deferendi, Rouit. ibid. n. 14. nunc quæritur, an officialis, qui poteſtatem non habet armorum aſportationem concedendi, & concedat, puniatur aſportans, vel officialis concedens, & vtrũ aſportans ſub colore huius licétiæ poſſit aſportare arma breuiora, népè, ſcoppittum paruum, ſiuè archichibuſettum. In occurrenti caſu fuit per Gubernatoré Terræ Mótiſuſcoli D. Fráciſcum Ramirez Dauila carceratus Petrus Sementa, qui aſportabat archibuſettum. tuebatur poſſe aſportare, ex quo per Regiam Audientiam fuit, vti miles Campaniæ ipſius Regię Au
17 dientię toleratus, & admiſſus, & tacitè licentia aſportandi archibuſettum conceſſa. Ego dicebam militem vocari non poſſe, non concorrentibus requiſitis in Regia Pragmatica 11. de offic. Iudic. §. 6. vt dixi ſupra in tit. de offic. Capit. Campan. cap. 3. per totum exemplo alicuius de familia, qui ſi non reperitur deſcriptus, ſiuè arrolatus in libro, in quo omnes deſcripti ſunt, non dicitur familiaris, Caball. reſolut. crimin. tom. 2, caſ. 290. n. 26. Neque vllũ
18 Officialem licentiam arma breuiora oſportandi tribuere poſſe, etiam ſi eſſet à latere Legatus, Rouit prag. 8. de armis n. 27. licèt Farinacc. quæſt. 108. nu. 23. aſſerat conſtitutionibus Pij Quarti, & Quinti fuiſſe hoc in Vrbe ſtatutum. Nàm quando habens poteſtatem concedendi dilationem armorum aſponrtans arma breuiora portare poteſt, Farinacc. conſ. 45. quem adducit Viſcont. citat. loc. opinioni, cuius non ſic indiſtinctè inhæreo, cum armorũ prohibitorum aſportationẽ concedẽdam eſſe in ſpecie arbitror, & facultas deferendi Archibuſet-
19 tum non poteſt concedi oretenus, etiam ſi ſuperior tolleraret ipſius delationem, Farinac. quęſt. 108. n. 124. & ſeq. Nàm licèt Pręſes Prouinciæ poteſt armorũ pro-
20 hibitorum delationem cócedere duabus de cauſis. Prima, quia perſonam Principis repræſentat, & tanquam eius Legatus in ſua Prouincia vices ſua gerit. Secunda, quia eius eſt Officium Prouinciam pacatã reddere, ex Luc. de Penn. in l. vnic. C. vt armorum vſus lib. 11. col. final. verſ. ſed quęro, ſequitur. Farinacc. quæſt. 108. n. 121. & 123. tamen, cum in Regno noſtro adſint tot, tantæuè pragmaticę delationem archibuſetti prohibentes, nõ poteſt hæc licentia concedi, niſi à Vicerege Regni, dum archibuſetti delatio,

21 etiam per Officiales iuſtitiæ, etiá in itinere prohibetur, Farinacc. quæſt. 108. n. 104. & 113. Pro qua
22 cauſa fuit deſtinatus per M. C. V. Cómiſſarius Don Franciſcus Balboa de Pax miles Hyſpanus, inquiſitionis in Regno Hyſpania-
23 rũ Conſultor, & in hoc Neapol. Iudex in criminalibus M. C. V. Et quando conceditur facultas arma aſportandi, nedùm aſportatio prohiberi poteſt, ex aliqua cauſa
24 Capoblanc. tom. 1. prag. 14. n. 58. verùm etiam non poſſunt illa aſ-
25 portari in propria patria, Capoblanc. ibid. n. 59. & ante eum Rouit. in rubric. de Armis nu. 6. & poſtremo cautum reperitur ex Prag. 11. de offic. Iudic. §. 87.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Pro delictis commiſſis in Ciuitate Neapolis, an delinquentes remittantur ad Barones.

Quid ſi delinquerint in Caſalibus.

SVMMARIVM.

Delinquentes intus Ciuitatẽ Neapolis, non remittuntur Baroni, & quare, num. 1. 2. 3. 4. & 5.

Fallit in Terra Mottisfuſcoli num. 6.

Clauſula abdicatiua quid operetur nu. 2.

Clauſula derogatoria quid operetur nu. 2.

Delinquentes in Caſalibus Neapolis an remittantur Baroni num. 4.

De caſalibus idem iudicatur, ac de Ciuitate, num. 5.

ET cum hæc clauſula extra territorium operetur, vt Dominus Terræ Mótisfuſcoli cognoſcat de vaſſallo alibi delinquente, non fruſtatorium quæſitum, ſe
1 offert, ſi fuerit delictum commiſſum in Ciuitate Neapolis per aliquem vaſſallum Terræ Mótisfuſcoli, an hic inquiſitus cognoſcatur per eius Baronem. Accidit in perſona Saluatoris Conte Turris Caſalis Montisfuſcoli, qui furtum cómiſerat in Ciuitate Neapolis in domo Lucretiæ Caracciolæ: ad eius querelá, fuit captus per hanc R. A. & dum de remiſſione petita diſcutiebatur, Fiſcus inſtabat nó remittendam, immò remanendam eſſe cauſam in eadem R. A. tuebatur, ex deciſione de Franch. 129. & Capoblanc. tom. 1. prag. 8. par. 2. n. 332. & D. Tap. in prag. 1. vbi de crimin. ag. oport. n. 20. in cópend. Iur. Regn. Replicabam ego clauſulam pri-
2 uilegij extra territoriũ, cum alia abdicatiua, & derogatoria conſtitutionibus, capitulis, & Ritibus Regni eſſe amplam, & licèt regula ſit, q non remittitur ad Baronem ille, qui deliquit in loco, vbi
3 reſidet Princeps duplici cauſa. Prima, quia Princeps offenditur, Reg. Rouit. dec. 11. n. 14. ad med. Secunda, quia cum omnes cauſæ auocentur, non datur remiſſio Baroni, tamen Bouadill. lib. 2. politicor. cap. 13. n. 69. fol. mihi 528. mouet quæſtionem, & pro vtraq; parte varias doctrinas adducit, & non reſoluit, neque cócludit, ſed remittit ſe ad Decianum, & Farinacium, & Farinacius per me viſus,

ſus, tit. de inquiſit. quæſt. 7. loquitur de remiſſione facienda à Superiore ad inferiorem Iudicem, vel inter illos tres Iudices delicti, domicilij, & originis, vel inter alios Iudices ſub eodem, vel diuerſo Principe exiſtentes; & non loquitur, prout eſt caſus noſter de delinquente in loco, vbi Princeps reſidet, vndè Bouadill. malè & extra propoſitum Farinacium allegauit, & proinde Bouadillæ
4 dicto circumſcripto, & Farinacio omiſso dicebam Ciuitatem, & Caſalia eiſdem Priuilegijs potiri, & reſpectu Priuilegiorum iudi-
5 candum eſse idem de Caſalibus, quod de Ciuitate. At cum in occurrenti caſu fuerunt remiſſi illi, qui deliquerunt in Caſalibus Neapolis, vt teſtatur Thor to. 2. compend. deciſ. fol. mihi 582. col. 1. verſ. remiſſio delinquentes. [Et Taſson. de Anteſat. verſ. 3. obſer. 4. nu. 66. refert plures inquiſitos delinquentes in Ciuitate Neapolis fuiſse remiſsos ad Barones, & plura exemplar affert Reg. Ronit. deciſ. 11. n. 14.] Perconſequens non denegari debere hanc remiſſionem. Hæc cauſa fuit per plures dies diſcuſſa, & ventilata, & tandẽ poſt diſcuſſionem fuit remiſſa ad Curiam Montisfuſcoli ſub die 16. Septembris 1626. D. Ioanne Angulo Commiſſario filio D. Gregorio Angulo Regij Conſiliarij. [Verùm ſi eſt prohibita remiſſio alicuius cauſæ, vel delicti per ſtatutum, vel legem generalem ſi publicum bonum reſultat, an debeat remitti? vidè Peguer. dec. 65.]

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Perſona priuilegiata ſi conuenitur ex contractu paterno, an declinet forum.

Non ſummatur, quia breue.

SExta ſe offert facultas, & eſt illa contra Viduas, Pupillos, & alias miſerabiles perſonas, in illis verbis [Etiam ſi citati, accuſati, vel moleſtati fuerint ad inſtantiam, & petitionem quarumcumque perſonarum, etiam Pupillorum, Viduarum, & miſerabilium perſonarum, & Eccleſiaſticarum, etiam quãtumuis priuilegiatarũ, etiam priuildgio in corpore iuris clauſo, de quo oporteret facere ſpecialem, & expreſſam mentionem Officialium Mag. Cur. Vic. vel Cameræ noſtræ Summariæ, aut aliarum noſtrarum Curiarũ, & noſtri Sacri Conſilij, quomodocumq; fortem prætendẽtium vigore priuilegiorũ quorumcumq; ac capitulorum, conſuetudinum, conſtitutionum, Rituũ, & Ordinationum ipſarũ Curiarum.]
Quorum poſſeſsionem per nonnulla decreta, & quamplurima exẽpla retinet, quæ hic differere ſuperfluum videtur, ſed tantũ quæritur, quid operetur hęc clauſula
1 derogatoria, dicas, q; ſi iſtæ perſonæ ſunt actores, poſſunt coram quocumq; Iudice, etiam Principe cunuenire ſuos aduerſarios, con-

tra regulam, quòd actor ſequitur forum rei, ſi verò ſunt conuenti, poſſunt declinare forũ vbi eis libuerit, vel coram Principe, vel coram Iudice quocumq; vt aduertit Afflict. in Conſt.Regn. ſtatui-
2 mus, vt magnæ n. 15. qui dicit, quòd ſufficit, & cenſetur derogatum legi vnicæ, per illam clauſulam, generalem, de quo oportet facere ſpecialem mentionem, tu vide Thor compend. deciſ. tom. 1. in verbo Remiſſio cauſæ fol. mihi 419. qui plura adducit, & de Franch. deciſ. 192. quem vide Mar. Giurb. deciſ. 82. n. 4. & Caſtill. deciſ. 39. tom. 1.

Verum, ſi aliqua ex dictis perſonis priuilegiatis conueniatur ex con-
3 tractu paterno, non poteſt declinare forum, Afflict. ibid. n. 26. vt in ſimili dicimus de clerico, ſi conuentatur ex contractu paterno, vel q; pater moriatur penden-
4 te proceſſu, non declinat forum, Galleſ. in tract de obligationib. in forma Cameræ quæſt. 2. n. 3. & 6. vt dixi ad Gram. deciſ. 29. Et per hæc ſit ſatisfactum etiam ſeptimę clauſulæ derogatoriæ, quę coniũ-
5 gitur cũ alia infra poſita in eodẽ priuilegio abdicatiua quæ ex verbis prædictis inducitur, Foller. in pract. crim. tit. audiantur excuſatores, num. 67.

Caput Secundum

ARGVMENTVM.

Virgo, an gaudeat priuilegijs Viduæ. Quid ſi habeat patrem.

SVMMARIVM.

Virgo, an æquiparetur Viduæ, & in quo, num. 1.

Virginis, & Viduæ Etymologia, num. 2.

Virgo habens Patrem, an gaudeat declinatoria fori, num. 3. ad 22.

Quid in cauſis, num. 11. & 14.

Quid ſi proſequatur iniuriam alterius, num. 12. & 13.

Quid in homicidio Patris, vel fratris, num. 15. & 16.

Quid pro iniuria, vel offenſa facta ſibi, num. 17. ad 22.

Virginitatis qualitas debet probari, num. 23. ad 26.

Stuprans virginem, an teneatur dotare, num 29. limita ibidem.

Sed ſi fuerit per vim ſtuprata, num. 30.

Virgo ſi non erat, & remedia adhibuit, vt appareat, num. 31.

SEneca lib. 1. de conſolatione ad Polibium docet nos, vt excogitare debeamus, vt nemini noceamus, vndè ego, nedum nemini præiudicium inferre excogito, ſed cunctis vtilitatem afferre laboro, & ex Tacito lib. 4. Annaliũ: inſatiabilẽ me reddo. Vndè ſumpta occaſione de priuilegijs Viduæ conceſſis, non lapſus de ſermone viduæ facto, virginis quoq; diſcurſum neceſſarium puto. Et quæritur, vtrum Virgo gaudeat priuilegijs Viduæ, ſupra in tit. de Officialib. in gener. cap. 12. dixi
1 Virginem includi, & eſſe maiorem vidua, nunc addo, q; æquiparatur quoad fori priuilegiũ, licèt differat in Etymologia, Virgo
2 enim eſt illa, quæ virum non cognouit,

gnouit, Vidua dicitur ab Iduo iduas, quod eſt ſeparare quaſi à viro ſeparata, Couarru. practicar. quæſt. cap. 7. n. 2. & Virgo eiuſdem priuilegijs gaudet, ſicut, & Vidua.

3 Sed quid ſi Virgo habeat patrem, an fori declinatoria gaudeat in occurrenti caſu; Cum Catherina de Cuozzo Terræ Ayrolæ Virgo offenſa à Valerio della Caua, & alijs Terræ Ayrolæ, ipſos in hac R. A. accuſauit, cum electione fori, fuit dubitatum, ſi declinatoria gaudere poſſit, & omiſſa diſtinctione, ſi Virgo habeat animum perpetuo in virginitate permanendi, vel nè, & omiſſa declaratione effectus, quē producit virginitas, de quibus citato loco dicebant virginem patrem habentem, habere fori electionem, ea

4 ratione, quia accuſando de crimine, quorum punitio publici iuris eſt, non indiget patris conſenſu, in illis enim, quæ publici iuris ſunt, non curatur paterna poteſtas, & allegabant mihi vulgatam deciſionem de Franch. 100. &

5 addebant fuiſſe ſic ſemper deciſum, ex Romanis per Gratian. diſcept. forenſ. cap. 518. n. 2. ex Siculis per Maſtrill. deciſ. Sicil. 127. n. 8. & 9. D. Franciſc. de Caſtill. deciſ. 48. n. 11. & ſeq. & ex no-

6 ſtris Regnicolis per Viu. deciſ. 65. num. 3. & Regent. Tap. in conſtit. Regn. ſtatuimus, num. 20. Vndè dicebat Fiſcus ſic eſſe in præſenti cauſa iudicandum, & hanc Virginem ad declinatoriam fori admittendam. Ego, qui partes Ducis Ayrolę tuebar, dicebā allegatam deciſionem de Franchis non adaptari poſſe caſui noſtro, licèt enim primus articulus hoc continens videatur primo loco deciſus, tamen in alio nō fuit cauſa finita, & ſic deciſio non eſt completa, ſic infert Muſcatell. in pract. ciuil. p. 2. gloſ. conpcrētes num. 72.

Vlterius volui videre cunctos iſtos DD. mihi allegatos, & inueni, quòd nemo ex ipſis loquitur de virgine habente patrem, prout eſt caſus noſter, ſed ſimpliciter

7 loquuntur de Virgine, vt ei priuilegium declinandi competat, de quo DD. non diſcrepant, nec ego contrariū ſentio; clarū eſt enim, virginem tali priuilegio gaudere:

8 ſed caſus noſter eſt, ſi ſub patria poteſtate reperiatur, an poſſit forum declinare.

Pro parte affirmatiua poſſent adduci adducta per Franch. citat. deciſ.

9 100. n. 4. quam ſequitur Nouar. de elect. for. ſect. 1. quæſt. 11. n. 3.

Pro parte negatiua, quòd non competat declinatoria, refert Viſcōt. poſt deciſ. de Franch. ad eandē

10 deciſionem, & Nouar. citat. loc. ad fin. & nouiſſimè Thor. cōpend. deciſionum in verbo Virgo fol. 577. col. 2. par. 1. ad fin.

Vndè ex hac ſcriptorum pugna, diſcordia Aduocatorum ſequitur. Ego verò pro Doctoribus pugnātibus concordandis, & pro Aduocatis diſcordibus reconciliandis diſtin-

diſtinguendos eſſe plures caſus
arbitror.
Primum, aut hæc Virgo pro cauſis
ciuilibus agit, vel conueniatur,&
11 intrat doctrina Capoblanc. to. 1.
prag.8. par.1. n. 328.
Secundum, an pro bonis aduētitijs,
vel profectitijs agit, vel cōuenia-
12 tur,in quibus pater eſt legitimus
adminiſtrator, & cum actio in
perſona patris reſideat, nō poteſt
virgo, nec actiuè,nec paſſiuè eli-
gere, nec variare, vt teſtatur Ca-
poblan.eod.tom.2. cap.44.n.14.
Tertium, an proſequatur iniuriam
offenſi alterius, ipſo offenſo ne-
13 gligente, & habent locum diſpo-
ſita per Reg. Tap citat. conſtit.
Statuimus, n.20. & cum.ſuorum
iniuriam proſequatur, poteſt ac-
cuſare,ſed ſi mors offenſi non eſt
ſequuta, non poteſt eligere, nec
14 variare; in iure enim diſpoſitum
eſt, non ſequuta nece, non poſſe
accuſare,ex Carauit.rit. 191. n. 8.
verſ.ſcias tamē, ſequitur Viu. de-
ciſ.521.n.30. quia aſſerit, proce-
dere offenſo recuſante querelare.
Quartum,an accuſet pro homicidio
commiſſo in perſonā patris, vel
fratris, prout erat citat.deciſ.de
Franch. 100. & in hoc eſt ſubdi-
ſtinguendum, aut extant maſculi
ſuccedentes defuncto, cum in
Regno, cui competit ſucceſſio,
ſpectat, & remiſſio, & per conſe-
quens accuſatio non admittitur,
15 quia ſi concurrunt maſculi, &
fœminę præferuntur maſculi, ex
eo, quia fœminæ admittuntur in
ſubſidium, de Franch. deciſ. 382.
& Gratian. diſceptat. Forenſ. cap.
5.n.30.quamuis querelæ,& accu-
ſationes fœminarum receptæ re-
periātur, ſemper enim recipiun-
tur, & inde fit diſcuſſio de ipſarū
habilitate,vt Franchis ibidem te-
ſtatur, quem ſequitur Burg.de
mod. proced. ex abrupt. quæſt.
18. n. 16.
Si verò nō extant maſculi, vel alij
ſuccedentes, tunc ipſa Virgo ad-
16 mittitur & declinatoria fori gau-
det, Capoblanc. cit, cap. 44. n.
13. & ſeq.
Quinto, aut accuſat de iniuria, vel
offenſa facta in ſui perſonā, prout
17 eſt caſus noſter, & ꝙ requiratur
paternus conſenſus, colligitur ex
Farinacc. q. 14. n.40. qui aſſerit,
quòd filius ſub patria poteſtate
exiſtens, nō poteſt remiſſionem
facere,de Franch.deciſ. 100.teſta-
tur non eſſe neceſſariam patriam
poteſtatem. Ego verò contrariū
18 ſentio; & dico, ꝙ quando Virgo
eſt læſa in perſonam, ex quo pro-
priam carnē tangit, & quia cor-
pus læditur competit, actio, ele-
ctio,& variatio, ex Herculan. in
tract. cautel. de non offendendo
cap. 25.n. 10. probatur ex addu-
ctis per Marſil. ſingular. 188. in
19 quo habetur, quòd quando cle-
ricus offenditur, illum offendens
eſt excommunicatus, etiam ſi of-
fenſio ſit facta in veſtibus, ꝙ de-
20 claratur procedere, dummodo
Clericus ſentiat offenſam, ſecus
ſi dormiat, vt ipſemet Marſil. te-
ſtatur,

Digitized by Google

ſtatur, quem ſequitur Carocc. in tract. de minor. in delict. excuſand.quæſt.3.n.8.& ad hoc, vt dicatur offenſa, requiritur corporis læſio, & ſic perſonæ tactus, Reg. Rouit.prag.11.de abolit. n. 18. & ſeq.quia per tactũ propriam carnem tetigiſſe videtur. E contra quando corporis læſio non eſt ſequuta quamuis veſtimenta ſcin-
21 dantur, non dicitur offenſio facta in perſonam, Farinacc. quæſt. 107.art.14. n. 166. [Capoblanc. tom.1.prag.8.par.1.n.329.Nouar. tom.2.de elect.for.ſect.1.q.7.n.7. & 11. vbi mè allegat.] vndè colligitur, Virginem, etiam patrem
22 habentem læſam, & offenſam in propriam perſonam poſſe agere, eligere, & variare, & ſufficit, quòd qualitas virginitatis narretur in libello, licèt enim qualitas, quę fundat intentionẽ,
23 debet probari, ex dictis per me ſupra in tit. de poteſt. ad mod.bell. cap.3. n.36. & 37. tamen limitatur in Virgine, & ſufficit Virginitatis qualitatem allegare, cum præſumatur, quia naturalis eſt, vt dixi ſupra, in tit. de inſtrument. cap. 1. n. 32. Maſcard. concluſ. 1410.n.9. Menoch. de præſũpt. lib. 6. præſumpt. 89.num. 2. Mari ad Grammatic.deciſ. 22. num. 5.Rip. de noctur. temp.cap.162. num. 16. & nouiſſimè Baldaxar de Angelis in addition. nouiter, & doctiſſimè impreſsis ad Foller. pract.crim.tit. capiat informatio-
24 nem n. 39. ſecus in Clerico, Clericatus enim qualitas non prouenit à natura, vt virginitas, ſed extrinſecè fit, & debet probari Nouar cit.tract.quæſt.32.n.1.& 2.

Sed ſi negatur, eſſe virginem quomodo probetur, vide Gratian.diſcept.forenſ.cap.235.n.50.& 51. Viſcont. in ſingularib.ſuis, verbo Virgo, Baldax. de Angelis in tit. Audiantur excuſatores n.68.

Quod tu intellige procedere, dummodo virgo ſit Maior decimo
25 octauo anno. ſi eſſet enim minor decimo octauo, & maior decimo quarto anno, ſecus eſſet, & decli-
26 nare forum non poſſet, exemplo minoris, cum quo non differt, ex Clar. quæſt. 14. n.7. & Viſcont. ad Franch.deciſ.100.

Hæc cauſa fuit diù diſcuſſa, & tandẽ remiſſa Baroni, ex quo fuit producta fides Parochi eſſe maiorem decimoquarto, & minorem decimo octauo anno, Auditore Ioan. de Ceruantes Hyſpano relatore; licèt valde dubitaſſet de doctrina Capoblanc. cit. cap. 44. Auditor Mutius de Ruſſo Neapolitanus optimę integritatis, qui pluribus Officijs ab omnibus Regni Proregibus fuit decoratus [ſequitur Nouar. cit. to.2. de elect. for. ſept. 2.quæſt.7. n.7. & ſeq. Poſt autem hic impreſſa, vidi eximium Ioan. Mariam Nouarium tom. 2. de election. fori nouiter Typis datũ, quæſt.6,n.2. & ſeq. qui cõtrariam opinionem ſubſtinet, ea ratione, Priuilegium eſt conceſſum qualitati Virginali, & non ętati, quæ con-

conſideranda eſt in Pupillo, non autẽ in Virgine. Tu verò, quàuis verum ſit, reſpectum ętatis adhibendum eſſe in Pupillis habita diſtinctione, ſi ſint minores 14. anno, vel maiores 14. & minores 18. anno, vt diſtinctè refert Reg. Rouit. in deciſ. 27. licèt eam impugnat idem Nouar. ſuo acuto ingenio cit. tom. 2. quęſt. 4. & nouiſſimè affert de Thor. vot. 66. n. 27. & ſeq. tamen non recedas à dictis per me ſupra, & eò fortius, ſi Virgo habet patrem. Et in cauſa Portiæ Sarchioto virginis ętatis annorum nouem, & menſiũ quatuor, vt ex fide Parochi, quæ non fuit admiſſa ad declinatoriam fori, ſed fuit cauſa remiſſa Curiæ Rocciæ Baſciaranę die 14. Iulij 1636. Auditore Aſcentio Fonſaga relatore.

Vidi tamen in multis Vniuerſitatibus adeſſe capitula, vt exiſtentes
27 ſub aliena poteſtate non valeant accuſare, ſine conſenſu eius poteſtatis, cui ſubijciuntur, & ſignanter in Terra Cluſani, in qua extat
28 Capitulum, quòd filij familias ſine conſenſu Patris, ſerui ſine cõſenſu Domini, Pupilli, & minores abſq; tutoribus, vidua ſine licentia Munualdi accuſare nõ poſsũt, licèt loquatur in damno dato.

Materiam proſequẽdo, tu ſcis, quòd ſtuprans Virginem, tenetur eam dotare, vel in vxorem ducere, vulgaris iuribus, nunc limita nõ pro-
29 cedere, ſi virgo ſtuprata eſt vilis vitæ, & minus honeſtæ, ex quo nec vidua, nec virgo eſt, & ſtuprũ non dicitur cõmiſſum; licèt enim corpore intacta ſit, tamen mentẽ corruptam habet, Gram. dec. 107. Gratian. diſceptat. forenſ. citat. cap. 5. n. 44. & 45. Virginitas cor-
30 rupta reſtitui nõ poteſt, Guttier. conſ. 21. n. 11. & è contra ſi fuerit per vim ſtuprata, & per violentiã corrupta, ſed non conſentijt con numeratur inter virgineş, licèt enim corpore corrupta ſit, tamen voluntate non eſt maculata, & ideò non perdit aureolam virginitatis, Catalan. in tract. de indult. cap. 34. n. 11. & 12. ſequitur Foller. ad prag. de Sodomia n. 33. qui ampliat procedere ſi fuiſſet cognita per Tirannum, vel Regem, vel ſuum Dominum, præſumitur per vim, & metum, vide Muta tom. 4. cap. Sicil. cap. 166. n. 5. Et de dote, quæ dari debet à ſtupratore, vide Oſaſc. deciſ. 107. & ſi ſtuprator neget fuiſſe virginem, ipſa verò affirmet, ꝙ virgo erat tempore carnalis coniunctionis, cui creditur, Clar. in §. ſtuprum n. 4 dicit, quod in dubio pręſumitur virgo, Baiard. ibid. n. 41. teſtatur credendum eſſe mulieri aſserenti eſse defloratam: ſed ſi virgo non erat, & medijs adhibitis vſa fuit, vt virgo appareat, an peccet, vide Sanchez de matrimon. lib. 6. diſput. 27. à n. 7. ad 10.

Et vltimo nota, quid ſi virgo ſtuprata, fuerit ab alio cognita non habet dotem, Nouar. quæſt. forenſ. 27. n. 6. tom. 1.

Caput

Caput Septimum.

ARGVMENTVM.

Subfeudum ad quem ſpectet.
Officialis feudatarij delinquens, à quo puniatur.

SVMMARIVM.

Subfeudum ad quem ſpectet, n.1. & 2.
Feudum habere, in feudum dare, & an differant, n.3.
Officialis feudatarij delinquens, à quo puniatur, n.4.
Vaſſallus delinquens cum officiali, à quo puniatur, n. 5.
Continentia cauſæ in Regno, an detur, n.6.
Electio fori contra Officialem, an habeat locum, n.7.
Delictum commiſſum in perſonam Ærarij Locitenentis, à quo cognoſcatur. n.8.
Delictum commiſſum in perſonam arbitri, à quo cognoſcatur, n.9.

Succeſſiuè octaua ſe offert facultas, & clauſula cum ſubfeudis, quæ eſt adeò in viridi obſeruãtia, cũ pluries fuit deciſũ in R. Cam. Sum. primò reſpectu Caſalis Sãcti
1 Petri Adelicato, ꝙ à prædeceſſoribus Baronibus huius Terrę Mõtisfuſcoli fuit conceſſum, vti ſubfeudum Io. Federico Raſcica, per cuius mortem ſine liberis, fuit dubitatum, an Baro Terræ Montisfuſcoli, vel Regius Fiſcus ſuccederet, & tandem fuit decretum, dictum Caſale ſpectauiſſe, & ſpectare, Baroni Terræ Montisfuscoli, & ipſi deuolutum, eius ſubfeudum, vt ſcribit Fuluius Lanarius Neapolitanus, Aduocatus nemini ſecũdus [inde meritiſſimus Fiſcalis, & poſtmodum præſidens Reg. Cam. Sum.] in repetitionibus feudalibus ad Regẽtem Lanarium ſuum patruum cap. 1. de his, qui feudũ dare poſſunt n.175. circa finem.

Et iterum, cum annis elapſis fuerit facta conceſſio per prędeceſſores Barones feudi, nuncupati Sancto Nicola delli Carciſi, vni de familia de Cannido, ex qua vltimo loco non erat alius hęres, nec ſuc-
2 ceſſor, niſi Hyppolita Cannida; prętendebat dominus dictæ Terrę Montisfuſcoli, ex quo ad fęminam deſcenderat, non tranſire vti ſubfeudum, & lineam eſſe finitã: & proinde ad ipſum ſpectare. Per Regiam Cameram fuit deciſum feudum aſſe apertum Baroni Mõtisfuſcoli, & fuit immiſſus in poſſeſsionem dicti feudi, vt ſcribit Conſiliarius de Giorgio in repetit. feudalib. cap. 7. propter cuius Hyppolitę mortem feudum prędictum Sãcti Nicolai delli Carciſi eſt deuolutum Eccellentiſſimo Principi Venuſij, per quem, poſsidetur, & annui fructus ex illo percipiuntur, & certum quid R.C. ratione Adoghe ſoluitur.

Vndè colligitur Baronẽ Terræ Mõtisfuſcoli ſubfeudum habere, & in feudum dare, licèt differant in
3 feudum dare, feudum dare, & per feudum dare, vt dicit Reg. Lanarius repetit. feudal. cap. 1. de his qui in feuddar. poſſ. num. 40. fol. mihi 27.

Materiam ſubfeudi proſequendo, quę-

queri poteſt, ſi Officialis feudatarij deliquærit in Officio, à quo puniatur, recurrere ad diſputatã
4 deciſionem Vincentij de Franch. 407. Verùm ſi cum Officiali delinquẽte aderit alter vaſſallus Baronis, an cognoſcatur à Superiore feudatarij, vel à Barone vaſſalli.
5 Occurrit tempore Vrſill. vt ipſe teſtatur deciſ. 113. n. 8. & refert fuiſse remiſsos ad Iudicem feudatarij, ratione continentiæ cauſæ, quem ſequitur Thor. tom. 1. compend. deciſ. fol. 144. col. 2.
6 verſic. delinquens inſimul, quam opinionem ego non ſequerer, ſi caſus eueniret, nàm continentia cauſę hodie in Regno non datur, cum quilibet remittitur ad ſuum Iudicẽ competentẽ, vt ex Franch. deciſ. 426. & latius dixi ſupra. [In tit de legat. pijs cap. 1. n. 37. ad 42. & iterũ In tit. de poteſt. ad mod. belli cap. 2. n. 11. & 12.

Sed ſi in Officiali delinquẽte concurrat electio fori, an cadat remiſ
7 ſio cauſæ, Thor. in compend. 1. deciſ. fol. 461. col. 1. verſic. remiſſio ad Curiã, ex Anello de Bottis ibid. relato pro negatiua teſtatur.

Non inane eſt quærere, ſi fuerit facta reſiſtentia, ſiue offenſio Ærario, vel locũtenenti Baronis, an remittat̃ cauſa Baroni vide Thor.
8 tom 2. comp deciſ. fol 585. col. 1. verſic. remiſſio vaſſalli.

Et ſi offenſio fuerit facta arbitro, an remiſſio Baroni cadat, hæc quæſtio dependet ab illa, num Ritus
9 comprehendat arbitrum, pro qua Thor. tom. 1. compend. deciſ. col. 2. verbo remiſſio, an ſit facienda, pro negatiua teſtatur, & ſic fuiſſe deciſum per Sacrum Conſilium.

Caput Octauum.

ARGVMENTVM.

Habentes licentiam arma deferendi cum comitiua, an illi de comitiua ſeparatim armati incedere poſſint.

Retinens arma domi, an puniatur.

SVMMARIVM.

Commiſſionati, Caporales, ſiue alij licentiam habentes arma deferendi cum Comitiua, illi de Comitiua, an coniunctim cum ipſo Caporali, vel ſeparatim arma portare valeant, num. 1. ad 10.

Offendens vnum de comitiua per quem puniatur, num. 11.

Commiſſionati non poſſunt eſſe inquiſiti, vel contumaces, num 12.

Arma domi, vel in hoſpitio retinentes puniuntur, num. 13. 14. & 15.

Limita, num. 16. & 17.

Modicum quomodo iudicatur, num. 18.

Arma deferendi poteſtatem habens, an deferat in palatio Principis, vel coram Iudice, num. 19. ad 22.

Arma detinens in agro an puniatur, n. 21

Arma ligata portans, an puniatur, & quomodo debet eſſe ligatura, n. 23. ad 25

IN cap. 3. ſupra non negletta occaſione de armis ſermonem tetigi neceſſarium nunc arbitror pro coronide, & delucidando dubio, de quo fui interrogatus, pro practica verificãda alia differere. Solent Commiſſarij Campaneæ, Præ-

Digitized by Google

Præſides Prouinciarum, & alij Iudices talem facultatem à Domino Prorege habentes concedere licentiam deferendi arma cum comitiua ſex, vel decem, prout
1 ſibi videbitur. Et quæritur an iſti de comitiua debeant tempore licentiæ, & ſic in initio incedere cum principali, qui licentiam habet, vel ſeparatim, & diuiſim arma aſportare, Nicol. Ant. Palm. in
2 tract. diuerſ. Iur. gloſ. 17. n. 31. par. 2. mouet dubium, & refert ſe ad Oſaſc. deciſ. 90. Ego vidi Oſaſc. citat. loc. & hoc non dicit. Vndè diſtinguendos arbitror tres caſus. Primum, aut in licentia, ſiuè cõ-
3 miſſione eſt adiecta qualitas, vt ſimul incedant per illa verba ſolita apponi: *Con che non ſe diſtacchino da eſſo.* Secundũ, aut eſt expreſsè cautum, vt poſſint ſeparatim incedere. Tertium, aut neutrum eſt dictũ, nec expreſſum, ſed ſimpliciter eſt conceſſa licentia arma deferendi. Si primo caſu eſt
4 appoſita conditio, vt ſimul incedant, illa debet ſeruari, & non poſſunt ſeparari. Si ſecundo caſu eſt ſpecialis facultas tributa, vt ſe-
5 paratim incedant, illa attendenda, & valent ad eorum libitum diſiunctim arma deferre. Si tertio
6 caſu, & ſic ſi neutrũ eſt expreſsũ, ſed ſimpliciter eſt conceſſa licentia, dicas, quòd non poſſunt incedere ſeparatim, ſed aſſociati cum principali, ne detur materia delinquendi: poſſent enim illi de
7 comitiua delicta patrare colore licentiæ, & cõmiſſionis, & eſſent delicta ferè inpunita. Nam Iudices delicti non ſe intromitterent, prætextu, quòd non poſſent de illis cognoſcere, cũ hi tales ſit dubium, an cognoſcantur à Iudice
8 loci delicti, vel ab eo, cuius vicẽ gerũt, ex Boer. deciſ. 9. ex l. nullũ C. de teſtibus, licèt habeat locum præuentio, Franch. deciſ. 147. n. & officiales, quorum perſonam repręſentant, neſcientes crimina, nõ aduerterent, vndè ad hoc euitandum concludo, quòd ſimul deambulent principalis, & comi-
9 tiua, & dico amplius, quòd debẽt ab initio, & ſic tempore licentiæ obtentæ apponere in dorſo licẽ-
10 tiæ nomina illorum de comitiua, nòn autem in dies ad ſui libitum apponere, vel ſocios caſu in itinere inuentos capere, vel aſſociare. Sequeretur enim illud primeuũ inconueniens, quod euitari debet, & hoc eſt illud, q̃ cõciliando opiniones Doctores teſtatur Menocch. de arbitr. Iudic. caſ. 336. n. 6. quem ſequitur Palm. citat. loc. n. 32. ſed ſi offenderetur vnus ex
11 comitiua, vel ille alterum offenderet, per quem puniatur, vide Menocch. cit. loc. n. 4.

Solet apponi clauſula in dicta licentia, dummodo ipſi de comitiua non ſint contumaces, nec inqui-
12 ſiti, in illis verbis: *Purche non ſiano contumaci, ò delinquenti.* Ad cuius ſalutaris clauſulæ tutelã eſt introductum, & per Regiũ Collaterale ordinatum, vt in ſimilibus expe-

Digitized by Google

ditionibus fiat perquiſitio, virtute prouiſionũ tenoris ſequentis videlicet. A terg. Illuſtri viro Gubernatori in Prouincia Principatus Vltra, Cõſiliario Regio, fideli dilectiſſimo. Intus verò. Philippus Dei Gratia Rex &c. Illuſtris vir Regiè conſiliariè fidelis dilectiſſimè. *A noſtra notitia è peruenuto, come tanto voi, come l'altri Gouernatori Prouinciali vi ſeruete de alcuni maſtrid'atti, & ſcriuani, che ſono inquiſiti in queſto Tribunale, & coſi anco s'e abuſato, che ſe fanno commiſſioni d'alguzini de licenze d'arme, ſi mandano commiſſarij per eſqeuire, ò fare altri effetti, & ſi aſſentano ſoldati de Campagna perſone, che ſimilmente ſtanno inquiſite in queſto predetto Tribunale, & poi vanno per queſſa Prouincia con tali commiſſioni, & non ſe le può dar faſtidio, ancorche habbino delinquito dal che ne ſono nati, & naſcono molti inconuenienti, & perciò noi volendo rimediare à queſto, come conuiene per la buona adminiſtratione della giuſtitia, ci è parſo farui la preſente, per la quale ve dicemo, & ordinamo, che per quello tocca alli Maſtrid'atti, Scriuani, Algozini, & Soldati di campagna, che ſerueno al preſente debbiate farfare la perquiſitione, ſe realmente ſono inquiſiti in queſſo predetto Tribunale, e trouandoſi inquiſiti, non vi ne ſeruerete, e di quà auanti non l'admetterete à tale eſercitio, ne ſpedireti commiſſioni à neſſuna perſona tanto d'Algozini, come di licẽze d'arme, e mandare commiſſarij ad eſequire, o per altro effetto, ne farete aſſentare ſoldati di campagna, ſe prima non ſi farà la perquiſitione in queſſo predetto Tribunale, ſe ſarà inquiſito de alcuno delitto, lo che ſendo, non vi ne ſeruirete, ne ci le farete in conto neſſuno, atteſo è la noſtra volontà, che non ſeruano tale perſone, che ſono inquiſite in queſſo Tribunale per tanto coſi l'eſequirete. Datum Neapoli in Regio Palatio die 29. Menſis February 1612. El Conde de Lemos. vidit Conſtantius Regens. vidit De Caſtellet Regen. vidit Montoya Regens. Salazar Sec. In Cur. 1. Principatus Vltra, fol. 34.* poſt quę ſuperuenit Regia Prag. 89. cap. quæ hodie eſt 10. de offic. Iudic. §. 6. qua ſimiliter ſtatuitur, vt milites per Pręſidem, & Fiſcalem videantur, & ſi ſunt inquiſiti, vel nè, fiat perquiſitio.]

Materiam proſequẽdo, tu ſcis, quòd retinens arma domi, punitur, ac
13 ſi aſportaret, quod ampliatur procedere, etiã ſi retineret in hoſpitio, ex Ricc. deciſ. 291. n. 7. par. 3.
14 etiam ſi aſportaret nomine alieno, ex eod. Ricc deciſ. 211. nu. 1. par. 3. ſi prodeſſet enim alle-
15 gare, quòd arma aſportat nomine alterius, inanis eſſet prohibitio, & fruſtatoriè tot pragmaticæ. Nunc limita, non habere lo-
16 cum in duobus caſibus. Primò, quando retinet pauco tempore, modicum enim tempus non habetur in conſideratione. Secun-
17 dò, ſi retineret loco pignoris, nõ autem iure dominij, Ricc. deciſ. 111. n. 2. par. 1. Tempus autẽ mo-
18 dicum, quomodo iudicetur, recurre ad diſtinctionem, quã faciunt

ciunt DD.in tex.l. lecta ff.ſi certũ petatur, ſed Maſcard.cõcluſ.1231. n.12.dicit, quòd ſtatur Iudicis arbitrio, quando dicatur modicum, vel multum.

Habens licentiam arma deferendi, non poteſt illa deferre in Palatio
19 Principis, aut coram Iudice, ſiuè in congregatione hominum, & ſi aſportat, punitur, Viu. deciſ. 287. n.1.& 2.cõcordat Farinacc. quæſtion.108.n.45.& ſeq.qui n. 50.limitat, niſi Princeps non eſſet in
20 Palatio, vel finita Audientia Iudicis, ac finita Cõgregatione hominum. Et pro coronide circa armorum detemptionẽ, an poſſit quis detinere in agro arma, Fari-
21 nac.quæſt.108. n.38.infert eadẽ pæna puniri detinentes domi, ſicut in agro, ex tex.in l.1.in verb. agro, vbi gloſa ff. ad l.Iuliam de vi. public. tamen nu. 40. & 41. diſtinguit, aut tractatur de armis
22 prohibitis breuioribus, nempè, archibuſetto, ſtilletto, aut verò de alijs armis. Si primo caſu procedere tex.citatũ affirmat. Si Secũdo caſu ſecus, & tolerari poſſe.

Et pro dilucidãda cautela, qua cauti delinquentes vtuntur, nempè, deferendi arma ligata, ad euitan-
23 dam pænam, ſciendum, quòd licet quis arma portans ligata, non ſit punibilis, vulgatis iuribus tamen ego diſtinguo, quòd aut per Ciuitatem cõtinuò ligata defert, & tunc de ligatura nõ eſt habenda ratio, & dicitur in contemptũ prohibitionis pœnam effugere, & proinde puniri poſſe, sẽper enim eſt in ejus poſſe ligaturam diſbrigare, & offendere, aut verò extra
24 Ciuitatem, & ſic itinerando defert, & tunc ſecus, quia à cõtrario non cognoſcitur animus offendẽdi, placet hęc diſtinctio Farinac. quæſt. 108. n. 83. & ſeq. quod in vtroque caſu ego intelligo, dũmodo ſint tali modo ligata, vt non poſſint diſſolui ad libitum
25 defẽrẽtis, quod nota, quia quotidie euenire poteſt; & ſic ſemper obſeruaſſe, & obſeruatum vidiſſe teſtatus fuit, quando huc acceſſit pro cauſa ſyndicatus D. Petri Bazã Pręſidis.Cõſiliar.D.Didacus de Soria, y Morales miles Hiſpanus.

Caput Nonum.

ARGVMENTVM.

Præuentio ad hoc, vt habeat locum, & Iudex capiens, ſit competens, quæ requirantur:

Qualitas, quæ fundat Iuriſdictionẽ, vel illam auget debet in ſpecie probari.

Argumentum valet pro Summario.

SVpra in titulo de poteſtate ad modum Belli cap.3.n.39.& ſeq. requiſita ad inducendam præuẽtionem adhiberi, & principaliter fieri debere miniſterio, & induſtria Iudicis capientis, nõ autem ſi, ab vno capiatur, & alteri tradatur, nunc fuerunt capti in Ciuitate Auelleni cum Armis prohibitis Ioannes Baptiſta Abrozzeſe, & Andreas Caluano Ieſualdi per Capitaneum Auelleni, facul-

tatem

tatem contra delinquentes, & facinoroſos habentem, ſibi impertitam à Domino Regẽte Didaco Bernardo Zuſia nõ minus nobilitate, quàm doctrina, & vigilantia pręclaro, & ad hoc Tribunal trāſmiſſi, & in articulo remiſſionis cauſæ ad Curiā Ieſualdi, non fuit habita ratio de pręuẽtione allegata p Fiſcũ cuius vires nõ interpoſuit in ipſorũ carceratione, ſed ab illo capiẽte, fuerunt conſignati, & tandẽ ad Curiam Ieſualdi remiſſi.

Et iterũ, cùm Carolus Ferraro Sancti Marci Cauotorum eſſet in hoc Tribunali inquiſitus de furtis in ſtrada publica reſiſtentia, & ictibus ſcoppittarum militibus campaneæ eum appræhendere quærentibus, fuit captus à quodã Caporali, ad Ciuitatem Neapolis tranſmiſſus, & coram diuerſis Iudicibus aſportatus, & tandem per Commiſſarium campaneę huic R.A. remiſſus, & mè cauſas agente prò D. Hieronimo de Illuſtri, & antiqua Cauanilia proſapia, Sancti Marci Cauotorum Marchiones, Equite prudentia, eruditione, & ingenio fœlici, pro tutela articuli remiſſionis cauſæ ad Curiam Sancti Marci, non obſtāte præuentione allegata per Fiſcũ, quæ tunc temporis præpoſita fuere, placet hic repetere, vt de cętero labores nõ euaneſcant, v3.

Carolus Ferraro Sācti Marci Cauorum deteptus in carceribus huius Collegati Tribunalis vti inquiſitus, & à Socijs Fratris Bruni vocatus prętextu furti cum ſocijs commiſſi.

Accedit inſuper informatio contra ipſum capta per hoc Reg. Trib. de reſiſtentia, & ictu ſcoppitti illato militibus, eum appręhẽdere quęrentibus, pro quibus fuit petita remiſſio pro parte Illuſtr. Marchionis Sancti Marci Cauotorũ eius vtilis domini, ad eius Curiā.

Pro parte Regij Fiſci inſtatur non eſſe cauſam remictendam, ſed potius remanendam in hac R.A. tractatur enim de furto, & fortè in ſtrata publica commiſſo, & ſtante pręuentione facta per R. A. ea competens eſt in cognoſcendo, ſeruata forma Regiæ Pragmaticæ Caroli Quinti.

Vlterius pro reſiſtentia facta militibus, & ictu ſcoppitti in eos illaſi tẽpore capturæ cenſentur aures ipſius R.A. offenſæ, & eſt competens, ſtante etiam præuentione, ex l. nullum, C. de teſtibus.

Pro parte Illuſtr. Marchionis Sancti Marci Cauotorum ſubſtinetur, R.A. eſſe penitus in competentẽ, & cauſam omninò eius remictẽdam eſſe ex infraſcriptis.

Primo, quià qualitas iſta, vt ſint furta in ſtrata publica, & ictus ſcoppitti ſint ſcienter emanati in milites eum capiẽtes, ita, vt Carolus ſciebat eſſe milites, vt cadat ſcientia, & ex ſcientia dolus debet in ſpecie probari; quotieſcumque enim qualitas fundat iuriſdictionem, illam auget, qualificat, vel quantificat delictum, non ſufficit in genere

genere probari, ſed eſt neceſsè, vt probetur in ſpecie; tractatur enim de magno præiudicio, & de priuando Barone cognitione vaſſalli, ei de iure communi, municipali, & priuilegiorum competente; Vndè qualitas omnino eſt probanda, & in ſpecie, ex vulgato tex. in l. fulcinius ff. ne quòd in loc. public. fiat, & ex alijs per me adductis ſupræ tit. de poteſt. ad mod. bell. cap. 3. n. 36. & 37. & poſt ibi ſcripta addo Farinac. q. 2. n. 1. & iter conſ. 62. n. 7. ex eſt ratio, qua diſpoſitio quælibet, & iuriſdictio non poteſt verificari, nec exerceri, niſi probato eo, ſuper quo fundatur, gloſ. in l. Mancipia C. de ſeru. fugitiu. in verb. ad notandum, Vulpell. conſ. 147. n. 3 Guid. Pap. dec. 139. Burg. de mod. proced. ex abrupt. quæſt. 22. n. 5. Honded. conſ. 88. n. 9. vol. 2. Campanil. ad Rit. Cur. Archiep. 10. num. 2.

Vndè ceſſante qualitate non probata, ceſſat, & Iuriſdictio, & ceſſante Iuriſdictione, debet cauſa remitti per illã regulã ceſsãte cauſa, &c.

Et dato, ꝙ qualitas eſſet probata in ſpecie, & verificaretur diſpoſitio, & intraret poteſtas, & Iuriſdictio: aduertendum, quòd præuenio nõ eſt ritè facta, ita, vt ex cauſa præuentionis deſcendat competentia; fuit enim iſte inquiſitus à quodã caporali captus, & trãſmiſſus ad Ciuitatem Neapolis, & per diuerſorum Tribunalium partes tranſlatus, inde per Dominum Cõmiſſarium Cãpaneæ tranſmiſſus huic R.A. Vndè præuentio nõ dicit formiter facta, quia nõ interceſſit captura per hanc R.A. præuentio enim nõ dicitur ſi fuit delinquens ab vno Iudice Captus, & alteri conſignatus, ſic deciſum per S.C. refert Franch. deciſ. 342. Nam ad hoc, vt dicatur præuentio facta formiter, debet fieri ab ipſo Iudice, ita, vt eius opera ſequatur captura, de Franch. ibid. Reg. Rouit. iu parg. 5. vbi de delicto n. 8. & ego plenius dixi ſupra in tit. de poteſt. ad mod. belli cap. 3. n. 39. vbi ampliaui procedere, etiam ſi Præſides modum belli habeant contra latrones, nõ poſſe illos cognoſcere, niſi præuenerint; nunc addo Io. Bapt. de Thor. to. 1. comp. deciſ. verbo Præuentio, & Conſil. Carleual. eandẽ ſequendo opinionem prouerbio cõmuni vtitur, vt Iudices, vt dicantur præuenire, debeant capere delinquentẽ, & in eorũ captura adhibere oleum, & operam, in tract. de Iudicijs nu. 886. ad fin. Reg. Tap. in prag. 5. vbi de crimine num. 7.

Ergo ceſſante preuentione, ceſſat, & Iuriſdictio, & ceſsãte Iuriſdictione, debet cauſa remitti ad Curiã Sancti Marci.

Et, dato, quòd præuentio eſſet formiter, & firmiter facta, adhuc debet cauſa ad Curiam Sancti Marci remitti, quæ ampliſſimo Priuilegio potitur, nedùm contra viduas, pupillos, & alias perſonas

priui-

priuilegiatas, ex derogatione, l. vnic. C. quando Imperator; verũ etiam extra territorium, & de delictis ſpectantibus ad Iuſtitiarios Prouinciarum, ſeu Viceregeſ, aut Locumtenentes, & Gubernatores Prouinciarum, ac etiã ad Magiſtrum Iuſtitiarium Regni eiuſque Locumtenentem, & Regentem M C.V. & de alijs quibuſuis, quæ ſola M. C. cognoſcit, & cognoſcere poteſt; verum etiam cũ ſpeciali derogatione cuiuſuis præuentioni, obſeruantiç ſtilui M.C.V. & aliarum Curiarum, & cum clauſula priuatiua, & annullatiua.

Ex quibus ſequitur Iuris concluſio, vt præuentio à Iudice Superiori facta non operetur contra Baronem habẽtem Priuilegium cum hac clauſula, Berard. de Plot. conſ. 133. n. 30. to. 1. conſ. crim. diuerſ. Capoblanc. prag. 8. par. 2. n. 218. Huiuſmodi enim clauſula priuatiua, & annullatiua eſt tanti ponderis, vt ceſſare faciat cumulatiuam, & concurſum, & ſi alter Iudex habet præuentionem, efficitur incomptens; immò inhabilitatur ad cognoſcendum, Capoblanc. tom. 2. cap. 37. n. 8. facit doctrina de Thor. vot. 99 n. 45. & doctrina Ricc. collect. 243. ad fin.

Ergo concurrente Priuilegio cum iſtis clauſulis, ꝙ dicitur lex priuata, præfertur Baro, & per conſequens debet hæc cauſa ad Curiã Sancti Marci Cauotorum omninò remitti, prout ſic inſtatur.

Hæc cauſa quorundam dierum ſpatio extitit diſcuſſa librorum reuolutione, verborũ Priuilegij ponderatione, & licèt Fiſcus valdè inſtetiſſet, non eſſe remittendam, ne exemplum de cætero induceretur in huiuſmodi delinquentis remiſſione; tamen fuit remiſſa Curiæ Sancti Marci Cauotorum, referente Auditore Marcello de Enrico Beneuentano, qui munus honorificè exercet, viriliter, ac conſtãter agit pro Regis ſeruitio, adeò, ꝙ completo primo biennio fuit ſecundo confirmatus, & eo elapſo, exuberãtibus meritis, fuit tertiò refirmatus, quòd cęteris huc vſque non fuit permiſſum, & placet tenorem decreti hic inſerere, vt de cętero virtus Priuilegiorum innoteſcat, videlicet. In cauſa Regij Fiſci cum Carolo Ferrario Sancti Marci Cauotorum inquiſiti, & carcerati in hac Regia Audientia de pluribus furtis, & alijs, ſuper articulo remiſſionis cauſæ prædictæ petitæ ad Curiam Sãcti Marci Cauotorum, fuit prouiſum, vʒ. Die 16 menſis Aprelis 1639. Montisfuſcoli. Per Regiam Audientiam Principatus Vltra in Bãca facto verbo per Dominum Regium Auditorem Marcellum de Enrico cauſæ Commiſſarium, auditis Regio Fiſco, & partibus, fuit prouiſum, & decretum, quòd prædictus Carolus Ferrarius, vt ſupra inquiſitus, remittatur, vna cũ actis, ad Curiam Terræ Sancti Marci Cauotorum, quæ in cauſa ipſa procedat, & Iuſtitiam faciat,

prout

prout præſenti decreto remitti,& procedi mandatur,hoc ſuum,&c. Marcellus de Enrico.

Caput Decimum.

ARGVMENTVM.

Vxor habens virum condemnatum ad triremes an dicatur vidua, vt declaratoria fori potiatur

Condemnatus ad Triremes ad tempus,an dicatur mortuus.

Quid in condemnato perpetuo.

SVMMARIVM.

Contumacia Vaxalli, an noceat Baroni n. 1.

Electio fori perſonæ priuilegiatæ competēs, non competit non ſecuta nece n 2.

Monacus offenſus, an accuſari poſſit, & quomodo, n. 3.

Vxor habens virum remigantem an dicatur vidua,ita,vt electio fori competat, à n. 4. ad 23.

Vidua in ſtricta ſignificatione eſt illa, cui obijt maritus,n. 10. & ſeq.

Pœna metalli,vel ad opus metalli receſſit, & habet locum illa triremium,n. 12.

Pœna triremium frequentatur, & purgatorium appellatur in hac vita,& quare,n 13.

Condemnatio ad Triremes, an differat à condemnatione ad remigandum, n 14.

Condemnatus ad remigandum eſt effectus ſeruus pœnæ n. 15.

Et dicitur mortuus ciuiliter n. 16.

Damnatus ad Triremes ad tempus,an dicatur mortuus, n 17. 18. & 19.

Damnatus ad remigandum pro tribus nauigationibus, vna completa debet liberari, n. 21.

Relegatus,an dicatur ſeruus pœnæ,n. 22.

Quid in condemnato ad perpetuas carceres,n 23.

Vxor Carnificis, an dicatur eius vir inutilis, n. 24.

Maritus foriudicatus, an dicatur inutilis vxori, n. 25.

Remigans ſi ſeipſum percutit,vel membrū debilitat,vt inutilis dicatur, an puniatur,& quomodo,n. 26.

Condemnatio ad remigandum loco depoſiti,quomodo ſit introducta, & quæ concurrere debent, n. 27.

Maritus ſi eſt ingreſſus religionem, & eius vxor in ſeculo remanſa, dicitur vidua, num. 29.

Quid in ea, quæ diuortium à marito fecit, num 30.

VLtimo,ſe offert altera pulcherrima quæſtio,quę remoto iam tempore, non euenit, an mulier, quæ habet virum remigātem dicatur habere virum inutilem, & per conſequens cenſeatur Vidua, & ad fori declinatoriam admittatur, accidit in cauſa Franciſci de Auerſa Terræ Atripaldi, inquiſiti de vulnere illato in faciem Virgiliæ Apoſtolico, quę virum in Regijs Triremibus inſeruiētem habet, & tanquam Vidua hoc Tribunal elegit, & non parua extitit altercatio, an dicatur Vidua, & fori prærogatiua gaudeat, quáuis ego partes inquiſiti tuēdo interueniſſem tamē pro Illuſtriſſimo D. Ioſeph Caracciolo Principe Auelleni, & vtili Domino Terræ Atripaldi, qui fidei candore, fęlicitate,& animi liberalitate,atque virtute gloriam ſuorū maiorum

confirmat interuenit Antonius Pennella non minus virtute, quã ingenij dexteritate ſolẽniter partes agẽs, & placet, quę tũc tẽporis ad manus Iudicantiũ deduxi, hic tranſcribere, vt de cętero ſemota animi inclinatione perſpiciatur ſi rectę fuerunt adducta, videlicet. Franciſcus Auerſa Terræ Atripaldi (cui aduerſa Fortuna non fauet, nec fouet cum quædam capita inquiſitionum, quæ dormiebãt inſurrexerunt) reperitur inquiſitus de vulnere illato in faciem Virgiliæ Apoſtolico eiuſdẽ Terræ, ad eius querælam eligentis in forum hanc R. A. aſſerens ſe viduam, ex quo licèt habeat Marcellum de Rita eius virum, tamẽ inutilem, ex quo eſt condemnatus ad Regias Triremes, & proinde vidua cenſetur, cõcurrit inſuper in quærela, & electione fori Camilla Maſullo vidua, & Diana Apoſtolico ſorores ipſi⁹ Virgilię.

In proceſſus progreſſu fuit vnitus alius proceſſus contra eundem Franciſcum annis elapſis formatus de offenſionibus factis in perſonam FF. Celeſtini, & Donati Ordinis Sancti Auguſtini.

Pro quibus Dominus Princeps Auelleni remiſſionem petijt ad Curiã Atripaldi Iudicem competentem ratione delicti, originis, & domicilij.

Regius Fiſcus apponit non eſſe remittendam, ſed remanendã hanc cauſam in R. A. pluribus capitibus. Primò, quia inquiſitus eſt cõtumax, & pro contumace nemo loquatur. Secundò, quia adſunt duæ electiones Fori vna prædictarum Camillæ, & Dianæ ſororũ Virgiliæ in capillo exiſtentis. Secunda ipſius Virgiliæ habentis virum in Triremibus inſeruientẽ, & ſic inutilem, paria enim sũt carere viro, & inutilem habere. Tertiò, adeſt alia electio fori facta per Monacos.

Subſtinẽt has difficultates ex Couarru. Felin. Gaill. Carauit. & alijs infra citandis, ea potiſſima ratione, quia damnatus ad Triremes dicitur mortuus, & quo ad offenſam Monacorum electionem ſubſtinere, ex illo communi, qui tangit membrum, tangit corpus. Monacus enim dicitur membrum Monaſterij, ergo Monaſteriũ offendiſſe cenſetur.

Tamen breuitati ſtudendo, & veritatem intuendo dubietates propoſitas in nihilo remiſſionẽ cauſæ impedire in præiudicium Baronis ex infraſcriptis ſubſtinetur.

Primò, circa contumaciam contractam, non obſtat, contumacia
1 enim Vaſſalli, nec alius actus pręiudicialis, Baronem afficit, Priuilegium enim gratia vtriuſque eſt conceſſum, & proinde vnus alteri præiudicium inferre non valet, immò inter eos qualitatem ſeruari affert, de Franch. deciſ. 541. n. 7. ſequitur Capoblanc. tom. 1. prag. 3. n. 178.

Non obſtat ſecundum, & ſic declinatio Fori facta per Viduam, & Vir-

Virginem in capillo ſorores ipſius Virgiliæ, nam ei actio non competit non ſecuta nece, quo-
2 tieſcumque enim, ex leſione non ſequitur mors declaratoria fori non competit, licèt actio proſequendi iniuriam tanquam ſuam, & ſuorum conueniat, tamen facultas forum eligendi morte nō ſequuta non tribuitur, Carauit. Rit. 191. Viu. deciſ. 521. vt dixi ſupra hoc eodem tit. cap. 6. n. 13. & 14.

Non opitulatur Fiſco electio Fori facta per Monacos offenſos, tùm quia non fuerunt offenſi, nec ex læſione fuit caro tacta, ita, vt dolorem ſenſerint ad hoc, vt actio competat, tùm etiam, quia, & ſi caro tacta eſſet adhuc Monaco actio non oritur; Monacus enim cum velle, & nolle careat, vt accuſare valeat duo requiruntur. Primum, licentia Abbatis cum conſenſu Capituli expreſſo, nec
3 tacitus ſufficit. Secundum, vtilitas Monaſterij, quibus deficientibus Monacus ad accuſandum non admittitur, Calderin. conſ. 22. Theſaur. deciſ. 129. n. 3. Farinacc. quæſt. 13. n. 24. Sayr. in clau. reg tom. 2. lib. 12. cap. 29. n. 5 & ego plenius dixi ſupra in tit. Monacus quando agat nu. 24. & ſeq. & cum in caſu noſtro huiuſmodi requiſita exulent nulla eſt habenda ratio electionis fori facta per Monacos, non eſt enim in poteſtate agentis, vt euitetur neceſſarium, ex ſententia Philoſophi.

Deuenio ad principale obſtaculum per Fiſcum propoſitum, nempè, electionem Fori per Virgiliam
4 aſſerentem habere virum in Regijs Triremibus inſeruientem, & ſic inutilem, quæ ſubſtineri poteſt, ex eo, quia marito condemnato vxor vidua effecta eſt, ex Dauid Pſalm. 108. in illis verbis: Cū iudicatur exeat condēnatus, fiant filij eius orſani, & vxor eius vidua.
5 Cum etiam, ex illa cōmuni cantilena Curialium: Vxorem habentem virum inutilem, cenſeri viduam, tuetur auctoritate Couarr. practicar. quæſt. cap. 7. n. 2. qui ſic ait.

Eſt, & in hoc obſeruandum hoc priuilegium cōcedi etiam fœminis, quę virum habent ſi his ſit eis inutilis, nempè, qui eſſet captus ab hoſtibus exul, vel damnatus ad Triremes Regias, quod in ſpecie tenet, Felin. in cap. ſignificātibus de offic. deleg. n. 8. hæc Couarru.

Eandem opinionem ſubſtinet ſequendo Couarruiam, Andreas
6 Gaill. obſer. 1. n. 44 & ſeq. lib. 1. in illis verbis.

Hanc partem tenet Couarr. practic. quæſt. cap. 7. n 2. cum pulcra limitatione, vide Felin. in cap. ſignificantibus de officio delegati, vbi
7 dicit marito bannito, vel ad Triremes condemnato, vxorem eius ſe viduam dicere poſſe, hæc Andreas Gaillo.

Intantū, quod Couarru. & Gaill. fundamentū hoc deſumūt, ex Felin.
8 quem ambo allegant, videbatur

mihi acerbum, & volui videre Felin. in dicto cap. ſignificant bus n. 8. qui de marito bannito tantum loquitur, non autem de condemnato ad Triremes, verba cuius placet hic reportare, vt lector vnica lectura certior fiat de opinionibus, v3. Illa verò dicitur vidua, cuius maritus mortuus eſt, nec aliũ habet; item ſi eſt bannitus poteſt dicere ſe viduã, quod eſt vtile ad ſtatuta diſponentia, quod in cauſis viduarum procedatur de æquitate hæc Felin.

Qui, vt vides nullũ verbum facit de marito ad remigandũ dãnato, vnde poſſet dici fuiſſe ſubtilẽ ampliationẽ à Couarru. vt Gaill. introductam, tamẽ nõ iure ſubſiſtente, & proinde non eſſe firmandos pedes cum Gaill & Couarru. nec de eius argumento eſt habenda ratio, vti contra caſũ legis Carauit. Rit. 19. n 21. ſed per tramites Iuris eſſe articulum diſcutiendum, & de duobus videndum eſt. Primò, quæ dicatur vidua. Secundò, dato, quod ampliatio Couarru. eſſet inſequenda, de quo condemnato eſſet intelligenda.

Quo ad primum eſt ſciendum, quod hoc nomẽ vxoris verificatur viuente

9 tantum viro, Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 8. n 43. eo enim mortuo dicitur vidua, cuius verbum eſt antiquũ ab iduo, iduas, quod eſt diſcedere, & ſeparare, ſiuè priuare, qua ſi per mortem vir, & vxor ſunt ſeparati, vel vidua dicitur à vè priuo, & duo, quaſi ſine duitate, idest, quod illi duo, quod Deus coniunxit, & in vita ſe dilexerũt, per mortem ſunt ſeparati, vndè vidua dicitur, cuius maritus ſecuta tamen copula mortuus eſt, Carauit. rit. 19. n. 20. & ſentit Felin. citat. loc. & nouè Nouar. tom. 1. quæſt. forenſ. 167. n. 2. Teodor. allegat. 9. n. 4. Et veſtes lugubres affert obitum viri luget, de quo planctu, & luctu varia profert, Lauor. lucubrat. variar. tit. de priſco, & recenti funerandi more cap. 1 n. 160. & de ea Poeta profert;

Non ſà per tè di ſtar fra gente allegra,
Vedoua ſconſolata in veſte negra.

Et de hac vidua in ſtricta ſignificatione eſt intelligenda, quando de vidua contigit ſermo.

Non autem de vidua in larga ſignificatione, quæ interpetratiuè di-

10 citur ex quo habet maritum inutilẽ, hæc enim in propria ſignificatio, non eſt amplectenda in hoc articulo, in quo verſatur intereſſe Baronis declinati, vt affert Couarru. loc citat. in illis verbis.

Hæc verò lata ſignificatio non eſt admittenda in hac quidem ſpecie, & in hoc caſu, vbi agimus de priuilegio aduerſus iuris cõmunis regulas exorbitanti, hæc Couarru.

Vndè reiecto ſubtili, & nullis Iuris comite argumento Couarru. &

11 Gaill. interpetrantium ſiniſtrè dictum Felin. & ſic contra caſum legis concludo eam eſſe viduam, cuius mariti Anima ad Cœlum migrauit, & hæc declinatoria fori priui-

priuilegiatur; non autem ea, quæ virum ad Regias Triremes damnatum, & ibi ſeruientem habet.

Quo ad ſecundum dato, ꝙ ampliatio Couarru. eſſet inſequenda, & vxor viri cōdemnati ad Triremes poſſet dici vidua, tanquam habēs virum inutilem, paria enim ſunt
12 viro carere, quam inutilem habere, Viu deciſ. 197. n. 5. & deciſ. 84. n. 27. eſt videndum de quibus condemnatis intelligatur, & eſt ſciendum, quòd hæc pœna triremium nō erat apud antiquos cognita, ſed fuit introducta ex conſuetudine, & vſu Italiæ, vt dixi in meo tom. 2. tit. de condemnat. pro delictis cap. 2. n. 1. & 2. ſed ſucceſſit in locum pœnæ in metallum ſeù opus metalli, quæ receſſit, & hodie non eſt in vſu, ſed ſeruatur pœna remigationis, Caſtill. deciſ. Sicil. 37. n. 8. Maſtrill. deciſ. Sicil. 167. n. 5. Marta de ſucceſſion. legal. par. 3. quæſt. 14. artic. 1. n. 2. & ex noſtris Catalan. de Indult. cap. 44. n. 3. de Thor. vot. 31. n. 82. Reg Conſtan. in l. vnica C. de claſſicis, n. 42. lib. 11. Muta tom. 3. cap. Sicil. cap. 16. n. 20.
13 Burzatt. conſ. 48. n. 29. lib. 1. Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 14. n. 55. & 62. Farinac. quæſt. 19. & ſeq. & hodie eſt valde in vſu, & frequenter frequētatur, & in hac vita purgatorium appellatur; nam Remigantes decies in die mortem ſentiunt continuum dolorem animi, rangorē laborioſum laborem cruciatum, & in patientiam de momento in momentum ſubeunt Caualcan. par. 4. n. 59.

Et quamuis videatur differre ſententiam damnatorum ad remigan-
14 dum, & illorū ad Triremes, nā illi perſonaliter in Triremibus ſeruire coguntur iſti per ſubſtitutū explere poſſunt, Caualcan. par. 6. Fragment. 76. fol. mihi 184. Fontanell. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 14. n. 67. & proindè aliqui cauti Iudices ſolent in decreto apponere illa verba, & perſonaliter inſeruiēdum, ex Doctrina Caualcan. part. 4. n. 63. hodie tamen non differunt, quia, ſiue condemnantur ad remigandum, ſiue ad Triremes perſonaliter inſeruiūt, ex eodem Caualcan. cit. fragment. 76 ad fin. Fontanell. cit. clauſ. 4. gloſ. 14. n. 65. ad medinam proregis Regni eſt diſpenſare, vt per ſubſtitutum laborem Triremium adimpleat.

Vnde ſunt conſiderandi plures caſus, quorum,

Primus, aut quis eſt condemnatus ad Triremes in perpetuum, & ſic
15 eius vita durante, Capoblanc. tom. 1. prag. 7. n. 20. & iter. tom. 2. cap. 33. n. 1. & ſeq. varia affert ſi condemnatus ad remigandum ad tempus, vel perpetuo, dicatur mortuus. Tu autem dicas, ꝙ æquiparatur damnato ad metallum, ſeù in opus metalli perpetuo, & dicitur ſeruus pœnæ, ex quo continua eſt mors, habetur pro mortuo, l. ſi in metallum, ff. de Iure Fiſci, l. in metallum, ff. de his, quæ

pro

pro non ſcript. Caſtill. & Maſtrill. citat. loc. Marta cit. loc. n. 1. Peregrin. de Iure Fiſci lib. 3. tit. de damnat. in metallum n. 7. Capoblanc. cit. cap. 33. tom. 2. & de hoc condemnato in Triremibus procedit concluſio, vt habeatur pro mortuo, Muta tom. 3 cap. Sicil. cap. 16. n. 18. de Franch. deciſ. 140. nu. 10. Et adeò condemnatus ad Regias Triremes perpetuas ſit ef-
16 fectus ſeruus pœnæ, & dicatur mortuus ciuiliter, Paſcal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 5. n. 103. & 111. & habet locum ſubſtitutio, Borzatt. conſ. 48. nu. 26. lib. 1. & iſti Remigantes perpetuo ſunt incapaces ſucceſſionis, & ſuccedunt proximiores, Maſtrill. deciſ. 167. n. 12. & ſeq. prout in ſimili, ſi eſt damnatus perpetuo habet vxor aſſecurationem, vide Farinacc. deciſ. 106. & eius vxor virum inutilem habere dicitur, & per conſequēs declinatoria Fori potiatur.

Secundus caſus, aut eſt condemnatus ad Triremes ad tempus, & li-
17 cèt poſſet mortuus reputari, tum ex regula generali, cum etiam, quia in condemnatione ſolet apponi clauſula, vt quandocumque reperiatur liber vltimo ſupplicio tradatur, & proximum morti eſſe cenſeatur, Baiard. ad Clar. quæſt. 70. n. 12. de Thoro, qui alios refert art. 31. n. 82. & cenſeri proinde eſſe proximum morti, & varia dixit Nouar. de elect. Fori tom. 1. ſect. 2. quæſt. 37. per tot. Tu tamen contrarium teneas, pluribus ex cauſis. Prima, quia dicitur retinere ciuilitatem, & ſuccedere, Marta citat. par. 3. quæſt. 14. art. 3. n. 2. Secunda, quia non eſt amiſſa ſpes regreſſus ad eius domum, & vxorem, nec vxorem à marito ſeparatam cenſeri, quando vir de
18 proximo eſt regreſſurus, Reg. Rouit. in prag. 1. de relegatis n. 10. Tertia, quia in Triremibus ad tempus damnatus, & a diuinis ſuſpenſus poteſt tempore tranſacto ad parochiam redire, Nouar. ſic refert deciſum per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam prag. 1. de abolit. n. 19 & 20. finito enim tempore dimittitur liber Reg. Conſtan. in l. vnica C. de claſſicis, n. 51. lib. 11. ex conſtit. Regni, hi qui Muta tom. 3. cap. Sicil. cap. 16. n. 10. dānatus enim ad Triremes elapſo tempore ad
19 religionem reuertitur Diana reſolut. moral. part 4. tractat 2 de irregularitat reſolut. 83. fol. 57. & quòd huiuſmodi ad Triremes ad tempus damnatus non dicatur ſeruus pœnę ſequitur Fontanell. de pact. nuptial. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 14. n. 52. & 58. folio mihi 363. & 364. & iterū clauſ. 4. gloſ. 12 n. 48. fol. mihi 291. prout in ſimili ſi eſt damnatus ad tempus, non habet vxor aſſecurationem, ſiuè repetitionem dotis, Carocc. deciſ. 107. vide Polidor. Rip. obſeruat. 121.

Vndè concluditur damnatum ad triremes tempore præfixo, non
20 dici mortuum, nec vxorem cenſeri

ſeri viduam,& per conſequens ad declinatoriam fori non eſſe admittendam.

Tertius caſus ſi non fuerit damnatus ad remigandum perpetuo, nec ad tempus limitatum, ſed tantum pro tribus nauigationibus, cuius
21 tempus ab euentu oritur poteſt enim interuallo longi temporis adimpleri, vel pauci dicas tu cenſeri, ac ſi eſſet condemnatus ad tempus, & procedit opinio in præcedenti caſu relata; adeò, vt ſi intra triennium vna nauigatione perfecerit eſt licentiandus, Nouar. ſic ex Gizzarell. refert in prag 5.de condemnat,pro delict. n.2.& per conſequens nõ poteſt mortuus cẽſeri, nec eius vxor dici vidua, nec ad fori declinatoriam auditur.

Quartus caſus, aut eſt vir relegatus, & licèt relegatus, ſiuè ad tempus, ſiuè perpetuo retinet ciuilitatem, & bona non amittit, vulgatis Iu-
22 ribus tamen, quod attinet ad noſtrũ inſtitutum, eſt facienda ſupradicta diſtinctio de damnato ad Triremes, quod, aut eſt relegatus in perpetuum, & aſſimilatur damnato in perpetuum in opus metalli, & dicitur mortuus, & eius vxor vidua, aut verò eſt relegatus ad tempus, & ſecus erit.

Quintus, ſi eſt condemnatus ad carceres, & eádem diſtinctionẽ adhibeas, aut perpetuo, aut ad tẽpus,
23 pulcræ Nouar. quem rogo videri doctè enim ſcripſit to. 1.de electiõn. fori, ſection. 1. quæſt. 36. per totum.

Sextus, quando maritus propter delictũ eſt condemnatus ad exercẽdũ opus Carnificis, tũc inutilis vxori iudicatur, Bartol. in l.publicorum col.3.C.de pœnis; Carnificẽ enim
24 hominum conuerſatio abhorret adeò, vt ex eius vultu populus cõtriſtatur, & proindè domũ extra Vrbẽ habere debet, vt dixi ſupra tit. de Official. in gener. cap.11.n.26.

Septimus, ſi maritus eſt foriudicatus, vel bannitus, ſiuè exul, & tunc mortuus reputatur, in ſententia enim foriudicationis, in qua ad mortem cõdemnatur apponitur
25 clauſula, vt poſſit impunè occidi, & quotieſcumque ad manus Curiæ peruenerit moriatur, & ex hoc mortuus dicitur, & procedit opinio Felin. & eius ſequacium, vt eius vxor dicatur vidua, & fori prærogatiua digna ſit.

Octauus, ſi vir in Triremibus exiſtẽs ſeipſum percutiat, vel membrũ
26 debilitat, vt inutilis reddatur, an proſit ei, & vxori, quo ad noſtrum inſtitutum Reg. Conſtant. in l. vnic. C.de claſſicis lib.11.nu.44. mouet articulum, & concludit eſſe puniendum, ac ſi aliquẽ vulneraſſet, & ex hoc infero nõ proficere vxori, vt inutilis appellari poſſit.

No 10, ſi autem non eſt condemnatus in nullo, ex caſibus ſupra cita-
27 tis ſed fuerit dictum: remiget locò depoſiti, cuius practica eſt introducta, pro bono publico, & ex cauſis Reg. d'Apon. de poteſt. Pro reg. tit. de regalib. impoſit. in rub. 28 n.51.

28 n.51.& ſeq.& ibid. de Thor. Reg. Conſtant.cit.loco n.47.quã duobus concurrentibus admitit. Primo,quod delicta ſint grauiora, & atrociora.Secundo, quod conſtet reum non poſſe pœnam Triremium effugere,dicas tu hanc pœnam cenſeri temporalem, cenſetur enim pendente cauſæ expeditione,ſiuè appellatione, & procedere ea quæ dixi ſupra de condemnato ad tempus

Decimo,marito religionem ingreſſo, & profeſſo , vxore verò in ſæ-
29 culo permanẽte cũ dicatur mortuus , quo ad mundum cap. non dicatis 12.quæſt 2. & dixi ſupra in tit Monacus quando agat,cenſetur eius vxor vidua , & perconſequens fori exceptio competit.

Amplia procedere ad vxorem , quæ cũ ſuo viro diuortium fecit, quæ vidua nuncupatur , de priuatione enim ad habitum non datur regreſſus, Carauit. rit. 19. n. 22. de
30 Thor.vot.14.n.17. & proinde ad fori declinatoriam omnes admittunt,vide Nouar.quæſt.forenſ.to.
31 1.quæſt.167.n.fin.Et pro coronide , vt claudatur os contrarium offirmantium , quod intelligatur de vxore habente virum condẽnatum ad Triremes in vita , & ſic perpetuo videatur,rogo ſolemnis doctrina Viuij in deciſ.197. n.1. vbi reportatis,quã plurimorũ Doctorũ opinionibus , & relato Couarru. cit. loc. concludit viduam eam dici poſſe , quę habet virum ad Triremes perpetuo condemnatum,eandem ſententiam ſectatur Flauius Amendol. ad Franch. deciſ. 100.n.6 .vbi ſimiliter relato Couarru.Carauit.& alijs, concludit inutilem iudicari maritum ad Triremes perpetuo condemnatũ. Nec sũt audiẽdi ſequaces Couarr. citat. loc. cuius opinionem ſequũtur, prout ſunt Cancer.variar. reſolut.tom. 1.par. 2.cap. 2. tit.de Iuriſdiction.omn.Iudic.n.8.Menoch.de arbitr. Iudic.caſ.66. n.9. Scacc.de appellat.quæſt.7.n.116. & ex noſtris Regnicolis Foller.in conſtit.Regni ſtatuimus nu. 113. Viu.deciſ.521.n.2.qui communi ſequela dictis per Couarruu inherent cit loc. non enim diſtinguunt ſi de remigante perpetuo eſt intelligendum,vel ad tempus.

Vndè concludo, maritum ad Triremes cõdemnatum ad tempus nõ compræhendi ad caſum noſtrũ; ita, vt eius vxor vidua appelli possit,quę vt prędixi talis dicitur quando eius vir viã vniuerſæ carnis ingreſſus eſt; & percõſequens ad Curiã Atripaldi remiſſio cadit.

Doctrina affirmantium huiuſmodi mulierem cenſeri viduam quãdo habet maritum,ex culpa ad remigandum damnatum poſſet ſuſtineri procedere,vt talis mulier valeat dotem repetere , ex l. ſi conſtãte ff.de ſolut.matrimonio, ſentit Couarru. citat. loc. verſ. eſt in hoc,Mari ad Gizzarell.deciſ 4 n. 38.Nouar.quæſt.foreſ. to.1. quęſt. 167.n.5. Et quod poſſit pro dote agere affert Caualcan. de bracch.

Reg.

Reg. prar. 6. fragment. 77. ad fin. verùm tertius poſſeſſor poteſt offerre dotem, & petere ceſſionem. Hæc cauſa fuit aliquorum dierum ſpatio, & domi, & alibi diſcuſſa, & tandem in aula relata per Auditorem Carolum Capicium Scondito Militem Neapolitanum liberalis ingenij, & deciſa contra allegata, vt remaneat in eadem R. A. petita remiſſione obſtante: concurrentibus Auditoribus Marcello d'Enrico, Franciſco Antonio Ametrano, & Antonio Albertino: Præſule exiſtente D. Carolo ex nobiliſſima, & antiquiſſima Proſapia de Sanſeuerino, Clarimontis Comite, integerrimo viro, & celebris nominis, virtute, prudẽtia, alijſque bonis moribus. Cuius deciſionis ratio in contrariũ, ex allegatis, vt vides ſubſtineri, non poteſt niſi, quia per votantes fuit cognita alia ratione, quã ex adductis, vndè non cogor cõtrariam ſentẽtiam inducentibus reſpondere, pendet appellatio.

DE PRIVILEGIIS BARONVM

Caput I.

ARGVMENTVM.

Barones in Regno, an habeant confirmationẽ in Regimine Vniuerſitatis? An teneantur confirmare habentem minora ſuffragia reiectis habentibus maiora.

SVMMARIVM.

Prateritorum reprahenſio non datur, num. 1.
Conſuetudo eſt altera lex maior omni ſtatuto, & potentior ipſa lege, n. 2. & 3.
Barones, an habeant confirmationem in electis pro regimine Vniuerſitatis, n. 4.
Pragmatica tribuens Baroni confirmationem præſeruat ius Baroni, & eſt conformis Iuri communi, num. 4.
Confirmatio quotuplex ſit, num. 5.
Verbum eligimus conuenit Vniuerſitati nominanti, & Baroni eligenti, num. 6. ad 10. 11. & 12.
Eligere aliud eſt, aliud nominare, & aliud dare, num. 7. 11. & 12.
Nominatio dicitur ſcrutinium, num 8.
Nominandi poteſtatem habens, vna facta, non poteſt variare, num. 9.
Electio verè conſiſtit in habendo maiores voces, num. 10.
Et de pluribus vnum aſſumere, num. 13. 14. & 15.
Nominatus, an ante confirmationem poſſit exercere, num. 16. & 17.
Electio an procedat à confirmante, vel nominante, num. 17.
Electus per ſolam electionem an habeat ius in re, vel ad rem, num. 17.

BArones quāplurimi in Regno habent poteſtatem confirmandi illos, qui electi ſunt ab Vniuerſitate pro ipſius Regimine,& adminiſtratione, & hæc eſt altera prerogatiua, quam Excellentiſſimus Dominus Princeps Venuſij, vtilis dominus Terræ Montisfuſcoli retinet,quando enim Vniuerſitas pro nouo regimine ad ipſius gubernum ſe congregat, tenetur ſe congregare in loco ſolito, vocatis ciuibus per diem ante ad ſonum campanæ, adhibita forma;tradita per regnicolas, Montanariū, nempè, prag. 2.de adminiſtr. Vniuerſ. per ſtaiban.conſ. 45. & iterum conſ. 52. n.7.& 8.& præter illos, per Auendan.de exeq.mandat.Reg.cap.19. & per Antonium de Virgil. in tract.de legitimat.perſon.cap.20. n.6.ad 9.& nominare inter ipſos congregatos; & eligere omnium voce alta,publicè prolata per circulū vnam poſt aliam duos Syndicos; & octo electos, & ipſa per acta traſmittitur ad Excellentiſſimum Dominum, vel eo abſente ad Gubernatorem Status,qui adiri poteſt ex traditis per Rouit. prag.2.de adminiſtrat. Vniuerſit. n.53. & ille de duobus Syndicis vnum; de Octo electis quatuor, eligit,& cōfirmat, & antè confirmationem exercere non valent, & ipſa confirmatio tranſmittitur ad Officialem loci, per quem defertur iuramentum confirmatis de benè adminiſtrando, ſeruata forma Reg.Prag.Hæc eſt antiqua obſeruata conſuetudo,& conſueta obſeruantia, fundata in immemorabili tempore, & trāſactione inita inter prædeceſſores Barones,& Vniuerſitatē.Prodeſt enim eſſe conſuetum, ex adductis per Rouit.prag.2. de adminiſtr. Vniuerſ.n.21. Et cū Carminius Centrella Pauperum Aduocatus in additione ad prag. vnic. de cauſ. decidend.aſſerat, erraſſe maiores noſtros ſe ſubmittendo confirmationi Baronis, & libera electione priuari, & inſuper diſcurrat circa illud verbum, eligimus; & confirmamus, placet pro veritatis indagine ſuper ſermone per ipſum prolato aliqua afferre, ne quid dubij ex ſuis ſcriptis in poſterum oriatur, & ad meæ elocutionis præambulum,congruit dictum ſuum hic tranſcribere.

ADDITIONES Carminij Centrellæ.

ET ex his dixi, malè feciſſe maiores noſtros huius Terræ Montisfuſcoli, qui congregati ad faciendum Syndicum, habentes liberam vocem, & poteſtatem, dum voces eſſent æquales, petierunt vocem, & confirmationem vtilis domini, & ab illa die hæc Vniuerſitas eſt priuata ſua libertate, & in electione Sindici, & Electorum Excellētiſſimus Princeps Venuſij vtilis dominus eligit,& confirmat, & quandoque ter, & quater facit congregari ciues

ues ad faciendum alium Syndicum, non ſine labore,& ſudore, vt ita dixerim, ciuium, licèt de iure non poſſet facere congregari, niſi vſq; ad tertiam vicem, hic Dominus in prag.2.de adminiſtr. vniuerſ.n.48. Poterãt enim maiores, & antiquiores noſtri, vel vti hoc conſil.Alexandr.192. vol. 6. remedio tradito per hunc Dominum,in prag.2.de adminiſtr.vniuerſ.n. 39.nempè,adire officialẽ, qui ſtatuat terminũ de nouo ad eligendum,vel ad concordandũ, vel remedio alio Alexand.conſil. 16.col.6. n.19.vol. 5. hoc eſt, cũ Vniuerſitas meæ Terræ Montis fuſcoli eligit Syndicum habentẽ Iuriſdictionem,vt dicam infra, debebat adire pro confirmatione Regiam Audientiam, vel Magnã Curiam, cũ omnis Iuriſdictio ſit in Regem tranſlata, l.1.ff.de conſtitut. Princip.l. 1. §.cum lege, C. de veter. iurium enucleand. & quod peius,vtilis dominus prædictus confirmat, etiam habentem minora ſuffragia, quòd poteſt facere, hic Dominus, dicta prag.2. n. 49. Vel poterant facere exercere pro illo anno officium Syndici à deputatis ab Vniuerſitate, cum iſti in locum Syndici valent exercere Iuriſdictionem, Alex. conſ. 16. in princip. volum.5. & eſt bona practica ſecundũ Iaſon. ad port. in §. lex,Inſtitut. Iur. natural. gent. & ciuil. deſumpta ex tex. in §. ex actis,ff. de origin.iur. & ſic antiqui noſtri habebãt quatuor remedia, tria Alexandri, & vnum huius domini, licèt de tertio remedio dubito ex traditis per Surd. deciſ. 1 in princip.volum.5. ſorte dirimi poterant facere quæſtionem. Eſt aduertendum,quod quando Excellentiſſimus noſter Princeps Venuſij confirmat, non ſolum dicit confirmamus, ſed eligimus, & confirmamus, ad demonſtrandum,quòd ipſe propriè conſtituit, & facit Syndicum, & electos. Et ad ſedandam illam quęſtionem,ſi Sindicus dicatur factus ab Vniuerſitate, vel ab ipſo, quia ſi vteretur hoc tantũmodo verbo confirmamus,non eſſet dubiũ, quòd aliud eſt eligere, aliud confirmare, prout aliud eſt dare, aliud confirmare, cap. inter dilectos,§. ceterũ,de fid. inſtrument. hunc,& alios tex. allegat Decius, in l. morè maiorum n.8. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. Et ſi diceretur confirmamus, & non eligimus, ſequeretur, quòd actus diceretur ab electione, & non à confirmante,& ratio eſt; quia confirmatio permiſſiuè facta, & non formaliter, non denominat confirmatũ à confirmante, ſed à ſpecifico efficiẽte, in quo eſt auctoritas data,Bald. in plurib.loc.in l. adopt. §. de adopt. l. ius ciuile §. de iuſtit. & iur. l.quia §. de Iuriſdict.omn.Iudic.& in l.ex his verbis §.de donat. Et ſi Excellentiſſimus Princeps tantummodò confirmare electionem à ciuibus factam, electio videretur facta priuatiuè

uatiuè ad vtilem Dominum,licèt in contrarium facit;quia idem nõ poteſt eligere,& confirmare,cap. final.de inſtit.Dec.conſ. 129. col. final. ſed reſponde, quòd ibi loquitur de Epiſcopo,& in re ſpirituali, vt aduertit Dec. in allegat. conſ. 129. col. final. vbi ſuſtinet nõ procedere in laycis. Hinc inferunt DD. quòd ſi per ſtatutum populi cõfirmantur ſtatuta mercatorum,non ſunt ſtatuta populi, l.2. C.de conſtit. pecunia, cum verbum eligere, repugnet ſubſtãtiæ electionis, electio non eſt libera, quando pendet à voluntate,& poteſtate alterius, & non ordinata, vt libero arbitrio eligentis. Debet enim electio eſſe libera reſpectu effectus, & finis, Alex.conſ.106.n.20. lib.2. ꝙ non eſt, quando pendet à poteſtate alterius, & etiam in iudicibus eſt maior auctoritas cõfirmantis, de Franch.deciſ.335.per quam deciſionem decidi pulcrum caſum: prout de Epiſcopo electo à communi Bononiæ, & confirmato à Papa,dicitur Officialis Bononiæ, & non Papæ,Ancaran.conſ.240. n.1. Habet enim hæc Vniuerſitas quodammodo quadam nominationem,& non electionem, cũ aliud ſit nominare, aliud eligere, ſecundũ gloſ.in l.2.C.de periculo nominatorum lib.11. Dixi quodãmodo,quia cũ tribuit ius, & Syndicus Montisfuſcoli habet Iuriſdictionem, & ipſius exercitium pro vno menſe totius anni diuiſim, vt dixi tantum eſt nominare quantum eligere, hic Dominus dicta prag.2. de adminiſtrat.Vniuerſ.n.29 Realiter Syndicus non habet Iuriſdictionem,niſi ſit ſpecialiter conceſſa,Dec. conſ.5.qui loquitur de Iuriſdictione conceſſa Syndicis circa bona,& iura debitorum. Quò pertinet, quòd dũ iſta confirmatio facienda tribuat ius Syndico Montisfuſcoli, actus ante confirmationem, non dicitur habere eſſentiam*, vt notat Bald. in l. Caius per illum tex. ff. de excuſ.tutor. Et aduertit hic Dominus magis clarè in dicta prag. 2.n.34. vbi exercitiũ Iuriſdictionis nullo modo poteſt adminiſtrare abſq; confirmatione, & ſequitur etiam dicta huius Domini in dicta prag.2.n.43. non habere locum in Syndico Montisfuſcoli, dùm facta electione ipſius expectatur confirmatio vtilis Dñi, quia cũ ante confirmationẽ electio ſit nulla, quamuis capta eſſet poſſeſſio, debet abſtinere cũ ante confirmationem non habeat ius quæſitum, vt notat Anton. de Butr. in cap. in noſtra, col. fin. verſ. & nota hoc dictum incidẽter de reſcriptis,immò renunciatio Syndici debet fieri in manibus confirmantis, vt notat Bartol. in l. final.Cod.de defenſorib. ciuitat. ſecus videtur eſſe in confirmatione in forma cõmuni,quæ non tribuit ius, Bald. in l. priuilegia, C. de ſacroſ. Eccleſ.&dixit Dec. in cap.1. gloſ. 2. de confirmatio-

matione vtili, vel inutili. Nota etiam, quòd debet pręcedere verbum illud eligimus, verbo confirmamus, & ſatis adhuc eſſet ſi Excellētiſſimus Princeps Venuſij ſolum confirmaret, quia propterea ſignificatio verbi confirmatio eſt actum infirmum, firmū facere, cap. inter dilectos, de fid. Inſtrumentor. Alex. conſ. 219 n. 5. vol. 6. & perficit actum imperfectum, cap. fin de tranſact. & gloſ. ibidem in verbo authoritate, & poteſt confirmare etiam electionem nullam, Ceſal. conſ. 26. n. 23. in 1. ſed ſi eſſet dubium ſuper confirmatione, vel declaratione Syndici, & electorum facta per Excellentiſſimum Principē, vel eius vicegerentem, Capitaneus Montisfuſcoli nō poſſet declarare pro declaratione debet adiri Excellentiſſimus Princeps, vel eius vicemgerens, non ſemel, ſed pluries, ita Bald. in l. ex his verbis, C. de donat. inter vir. & vxor. & iſto modo intelligitur gloſ. in l. ea, quæ, de regul. Iur. & quatenus diceret, confirmamus, & nō præcederet verbum eligimus, debet dici confirmamus, & quatenus opus eſt, de nouo eligimus, quia hoc caſu etiam confirmatur primus actus electionis nullus, ita Lanar. conſ. 21. n. 4. & ex cautela ad euitandum hic, ꝙ dixi n. 8.

HÆC ILLE.

Ex quibus licèt colligit repręhenſio cōtra noſtros prædeceſſores, qui libera electione neglecta, paſſi

1 ſunt Baronem confirmare, cui reſpondetur, quòd hæc confirmatio, nedum eſt antiquæ conſuetudinis, & conſuetudo eſt altera
2 lex, cap. final. tit. de conſuetud. immò eſt maioris auctoritatis, quàm ſtatutum, Felin. in cap. 1. n. 4. de ſponſalib. Dec. conſ. 190. n. 8 & eſt potentior ipſa lege, & omni iure communi cap. 1. de feud.
3 cognit. Bald. conſ. 252. vol. 2. Crauet. conſ. 238. n. 7. eſt inducta virtute capitulationis, & tranſactionis initæ inter olim Dominum, & Vniuerſitatem, inde roborata per Regiam prag. 2. de adminiſtr. Vniuerſit. in illis verbis: [Et Officiales ipſi debeant cōfirmari per eos, ad quos confirmatio de iure,
4 vel antiqua, & legitima conſuetudine ſpectat.] Et ſtatuentes in hac pragmatica voluerunt præſeruare, & non minuere ius acquiſitum Baronibus, qui confirmationem habent, vt teſtatur Nouar. to. 2. quæſt. forenſ. quæſt. 103. n. 6. verſic. ideò, quæ pragmatica confirmat ſe cum diſpoſitione iuris cōmunis, Staiban. conſ. 45. n. 4. in tantum credo Centrellam voluiſſe loqui de illis Baronibus, qui hanc confirmationem vſurparunt, de quibus conqueritur Capoblanc. tom. prag. 10. n. 73. Vndè eius dicto omiſſo, ac illa diſputatione in ſcolis potius ventilanda, ſi confirmatio eſt duplex,
5 vna in forma communi, alia ex certa ſcientia, & quando fit in forma communi, & ex certa ſcientia,

tia,

tia,aut ſimpliciter,de quo remit-
to te ad Montanar.ad prag.2.de
adminiſtr.Vniuerſ. n.258. & ſeq.
& n.252.& n.375.& ſeq.& Capo
blanc.cit.tom.prag.11.n.174.&
iterum tom.2.cap.35.n.15. & 16.
concludo, hanc facultatem anti-
quiſſima conſuetudine introdu-
ctam, iuri conſonam pragmatica
roboratam, & tranſactione mu-
nitam omninò ſeruandam eſſe,&
in poſterum ſeruari debere. Et de
uenio ad ſecundum dubium per
hunc gloſatorem adductum, ꝙ
Excellentiſſimus Princeps in cō-
firmatione vtitur verbo : eligi-
mus,& confirmamus, & ad termi
norum ſcientiam, diſtinguendū
eſt, aut verbum hoc eligere diri-
6 gitur Vniuerſitati congregatæ, &
ciuibus nouum Regimen eligen-
tibus, aut verò Baronē confirmā-
tē ſectatur. Si primo caſu Vniuer-
ſitati, & ciuibus verbū eligere ap-
plicare volumus,illi competit,cū
7 quando ciues ſe congregant, no-
minant,& licèt aliud ſit nomina-
8 re,& aliud eligere,vt infra dicam,
tamen nominando ſcrutinantur,
cum nominatiò, & ſcrutinium
9 idem ſunt,Mar.Mut.tom.6.ſuper
capitulis Siciliæ, cap. 97. n. 1.
ad fin. ſi haberet enim poteſta-
tem nominādi, tantùm vna facta,
non poterit variare, Vrſill. ad Af-
flict. deciſ.146. n. 1.ſequit.Thor.
tom. 1. compend. deciſ.fol.360.
col. 2. verſicul. nominandi.Quo
ſcrutinio facto, eligunt Syndicos,
& Electos, & iſta non dicitur no-
minatio, ſed electio: cum verè
electio reſpectu Vniuerſitatis nō
10 conſiſtat in alio, niſi in habendo
maiorem numerum ſuffragiorū,
idem Muta citat. loc.n.3. Sed ſic
eſt, quòd Vniuerſitas de pluribus
nominatis per ciues eligit duos
Syndicos,& octo electos,qui ma-
ioribus ſuffragijs muniti ſunt, &
illos pro cōfirmatione tranſmit-
tit ad vtilem dominum, dicitur
electio,& nō nominatio.Si ſecū-
11 do caſu verbum, eligimus, Baro-
ni applicare intendimus per illud
verbum eligimus, & confirma-
mus, licèt confirmare ſit vnum,
12 nominare alterū,& eligere aliud,
Bald.in l. ſi ad ſcribatum, C. de
appellationib. Bertachin. verbo
electio,& nominatio, de Franch.
deciſ.210.n.5.Montanar.cit.loc.
n.258.de Pont.de poteſt. proreg.
tit de abundant.ciuitat. §. 1. n.7.
& 9. & ibi Thor. Capoblanc. ci-
tat.prag.10.n.82.& 83. Rouit.ci-
tat.prag.2. n. 27. & ſeq. & 33. D.
13 Angelis ad Gizzarell.deciſ.31.n.
7.tamen cum eligere ſit propriè,
& verè de pluribus aliquem aſſu-
mere, Clementin. ſtatutum, de
electione. de Franch. deciſ. 210.
14 n.29. & eligere ſit ad libitum in-
ter plures, prout ex tex. in l. Scy-
phi,& l. ſi tibi electio, §. 1. ff. de
opinion. legat. teſtatur Capo-
blanc.tom.2.cap.69.n.11.Auen-
15 dan.de exeq.mandat. cap. 19. n.
21. verſic. 10. & quando confir-
mans vtitur illo verbo eligimus,
& confirmamus, dicatur dare,

Montanar cit. loc. n. 186. Reg. Rouit. conſ. 27. n. 26. vol. 1. Capoblanc. pragmat. 10. n. 84. Reg. Tap. deciſ. 3. Sac. Conſ. Neapolitan. n. 59. qui innumeros ad hoc propoſitũ DD. adducit, remanet firma concluſio, quòd verbum, eligimus, & confirmamus cõuenit, & proprium eſt Excellentiſſimi Domini: & quòd ſit verum, inducitur; nam peracta nominatione, & ſcrutinio per Vniuerſitatem, & facta electione regiminis, non poſſunt nominati, & electi exercere abſq; confirmatione vtilis Domini, & iuri conſonum eſt, nam per ſolam nominationem,
16 ſiuè electionem Vniuerſitatis, nõ tribuitur, nec ius, nec aliquod exercitium electo, non ſequuta confirmatione Baronis, argumẽto eorũ, quæ dixit Maſull. ad Capic. deciſ. 133. n. 3. Rouit. Prag. 2. n. 28. & ſeq. ante enim confirmationem electus adminiſtrare nõ valet, ea ratione, quia per ſolam electionem non habet ius in re; pe confirmationem tamen habet ius in re, & ad rem, Nouar. quæſt. forenſ. tom. 2. cap. 119. n. 1. & 2. & Iuriſdictionem habent à con-
17 firmante, & non à nominante; Capoblanc. cit. prag. 10. n. 84. Et per hæc ſit ſatisfactũ motiuo per hunc addentem facto, ſi actus dicitur ab electione, vel confirmatione, & receditur ab alio, ſi ſint vota æqualia, habeat locum gratificatio, vt per Rouit. cit. prag. 2. n. 39. & 50.

Caput Secundum.

ARGVMENTVM.

Barones habentes confirmationem in Regimine Vniuerſitatis quomodo ſe gerere debeant.

SVMMARIVM.

Baro, an teneatur confirmare habentem maiores voces, n. 2. ad 12.

Vniuerſitas ſi eligit aliquem ad exercitium Iuriſdictionis an Baro confirmationem habeat, n. 8. ad 12.

Syndicus Montisfuſcoli habet Iuriſdictionem vno menſe, & quomodo, n. 8. & 9.

Baro habens confirmationem, an poſſit replicare, vt iterum fiat electio, & ex quibus cauſis, num. 13. ad 19.

Reſtat nunc, vt ſpondeam alteri illationi per Centrellam tactę ſi hic vtilis dominus tenetur confirmare habentẽ maiora ſuf-
1 fragia, & ſciendum; quòd licèt de iure tenetur Baro confirmare illum, qui maioribus ſuffragijs eſt munitus debet intelligi, quando poteſtas cõfirmandi, quamuis cũ
2 verbo libera, aut verbo plena, eſt inducta de iure, quo caſu arbitriũ
3 boni viri DD. verſari affirmant ex excluſo arbitrio, placitum poteſt eligi, Staiban. conſ. 52. n. 2. & 3. Sed in caſu noſtro hęc cõfirmatio eſt inducta de cõſuetudine anti-
4 qua quæ vim legis obtinet, pragmatica cumulata, & tranſactione roborata, vt ſupra dixi, ergo in arbitrio vtilis Domini eſt confirmare quẽ velit, ſiue maio-
5 rem, ſiue minorem numerum vocũ habeat, & doctrinæ Rouit. citat.

citat. prag. 2. n. 49. reſpondetur procedere in locis, in quibus Ba-
6 ro habet tantum confirmationē, ſed quando Baro habet cōfirmationem, & electionem, prout eſt caſus noſter, habet optionem,
7 & ſibi arbitrariū eſt eligere quem ſibi placuerit, ſiue maiori, ſiue minori numero ſuffragiorum ſit inſignitus, Capoblanc. tom. 2. cap. 69. n. 10. & 11.

Dicit inſuper Additionator, hanc Vniuerſitatem debere adire Re-
8 giam Audientiam, vel M. C. V. pro confirmatione, ex eo, quia Syndicus Montisfuſcoli habet Iuriſdictionem, nam in tribus vicibus pro menſe vno exercet officium Magiſtri Nundinarū, virtute priuilegiorum Vniuerſitati à prædeceſſoribus Regibus conceſſorum, & eo ipſo, quod eligitur
9 Syndicus, intelligitur Magiſter Nundinarum, intuitiuè enim cōpræhenditur officium hoc, cum illo Syndici, vt latius Adductis per ipsū repugnant dicta per eundem Rouit. citat. prag. 2. n. 54. qui affirmatiuè concludit, quòd quando Vniuerſitas eligit aliquē
10 ad exercitium Iuriſdictionis, nullo modo poteſt electus exercere, & adminiſtrare abſq; confirmatione Baronis. In tantum, quòd aperto ore omni Iure concluditur Excellentiſſimum Dominum Principem Venuſij habere poteſtatem hanc poſſeſſionem, & arbitrium confirmandi vnum de
11 duobus Syndicis, &, quatuor de octo Electis ad ſui placitum, nulla habita diſtinctione, an maio-
12 ribus, vel minoribus vocibus ſint deſcripti, & ſic intelligi debere de omnibus Baronibus talem vel ſimilem poteſtatem habentibus.

Sed dubium ſtat in eo, ꝙ Centrella tetigit, an poſsit Baro replicare Vniuerſitati, vt iterum electionē
13 faciat, nam facta non placet, Rouit. per ipſum illegatus citat. prag. n. 48. mouet quæſtionem, & concludit non poſſe vltra tertiam vicem replicare. Ego verò hunc
14 punctum non ſic indiſtinctè pertranſeo, ſed diſtinguendum arbitror; aut Baro renuerit confirmare, ex quo ſimpliciter electio non placet, fortè ex priuilegio facultatis, ſiue poſſeſſione, qua potitur in confirmando, & tunc ex Rouit. citat. loc. & ex regula, quòd nō
15 licèt tertio prouocare, inhæreo opinioni Centrellæ. non poſſe niſi vſque ad tertiam vicem renuere confirmationem, & oppugnare electioni, & eius doctrine, addo Amend. ad Franch. deciſ. 210. n. 34. Mut. cap. 64. ſuper cap. Regni Sicil. n. 50. tom. 6. ſ actus enim alicui competens, niſi prima vice ſpectat De Thoro tom. 2. comp. deciſ. verb. Electio fori fol. mihi 173. col. 1. Sanchez. in ſumma lib. 4. cap. 54. n. 26. prout in ſimili ſi licentia fuerit data intrandi monaſterium ſimpliciter, vel licentia alloquendi cum monialibus, an cenſeatur pro vna vice? vide Petr. ad Gram. deciſ. 59. n. 15.

Aut

Aut verò Baro renuerit, quia ele-
16 ctio eſt nulla, vel reſpectu inha-
bilitatis perſonę electę, nempè ſi
electis reſiſtat Ius, quod non va-
cauerint in eodē officio per quin-
quennium, in diuersò per trien-
17 nium, ex l. 2. ff. de muncrib. &
honorib. non continuand. lib. 10.
vt eſt deciſum per S. C. teſte de
Franch. deciſ. 210. n. vel, quod
ſint debitores Vniuerſitatis, vel
litigatores cū ea, vel aliud impe-
dimentum reſiſtat, vel alia cauſa,
nulla ſit electio, & tunc, quia ele-
18 ctio ab initio eſt nulla, & eſt facta
de inhabilibus, ex quo extrema
nō confirmātur, & robur electio-
nis effugit, tanquā fundata in nul-
litate, non poteſt dari confirma-
tio, & poterit Baro toties, quoties
ſibi placuerit renuere, confirma-
re, & reſiſtere electioni, & donec
19 non fiat noua nominatio de ha-
bilibus, nunquam nominationi
conſentire, Capoblanc. non me
decipit, cit. tom. 2. cap. 69. n. 12.
& 13. ſequitur Auendan. de exeq.
mand. Reg. cap. 19. n. 22. verſic.
ſi ergo. vbi affirmat, quòd nedū
non tenetur eligere, neq; confir-
mare, ſed nominatores, vti legi
contrauenientes arbitrariè puni-
re, & verſ. Et de nouo concludit,
quod Dominus præcipiet de no-
uo electionem faciendam.

Caput Tertium.

ARGVMENTVM.

Si electio facta per Vniuerſitatem
eſt nulla, & Baro confirmet, an
confirmatio dicatur nulla.

Electio quibus ex cauſſis iudicatur
nulla.

SVMMARIVM.

Baro ſi confirmet electionem nullam, an confirmatio ſit nulla, u n. 1. ad 8.

Confirmatio actus nulli, non releuat, n. 4.

Confirmatio eſt conualeſcentia, quæ nō datur in re perempta, & mortua num 5.

Electio quando, & quibus cauſſis dicatur nulla, à n. 1. ad 19.

Electio ſi eſt nulla, non deſtruitur ius eligendi num. 6.

Electio, ſi fuerit facta de indigno, an valeat num. 7.

Electus, ſi tempore electionis eſt habilis, inde tempore confirmationis inhabilis, an poſſit exercere num. 8.

Electus indign⁹, an cogatur acceptare n. 9

Eligens, an poſſit ſeipſum eligere num. 10. 11. & 12.

EX quibus omnibus ſupra addu-
ctis proſequendo materiam,
ſequitur aliud motiuum, ſi nomi-
nati, ſiue electio facta per Vniuer-
ſitatē eſt nulla, & Baro ipſam con-
1 firmet, an confirmatio valida ſit,
Palm. in diuerſ. iur. commun. glo.
16. n. 3. infert, quòd ſi nulliter ſit
quis electus ad aliquam dignita-
tem, & fuerit à ſuperiore confir-
2 matus, illa nullitas purgatur, con-
firmatio remanet firma, & confir-
matus licitè dignitatem poſſidet,
& geſta per ipſum valida ſunt, opi
nio Palmæ non eſt ſequenda, cū
debet intelligi, prout ipſemet tā-
git n. 4. in tutore, & curatore, ſed
3 in caſu noſtro ſecus eſt, nā quan-
do electio eſt nulla, cum confir-

4 mabile nõ eſt actus de per ſe ſtãs,
& vbi firmet pedes redditur nul-
lum,&confirmatio actus nulli nõ
releuat;ideò cum confirmatio eſt
5 conualeſcentia,& non poteſt da-
ri in re perempta,& mortua,nullũ
producit effectum,& inualida iu-
dicatur,Apon.de poteſtat.Proreg.
titul.de diuerſ.prouiſionib. tit.de
decretis Collateralis Conſilij nu.
6 19.& ſeq.Reg. Tap. deciſ.3. Sac.
Conſ.Neapolit.n.74. non tamen
deſtruitur ius eligendi, Palm. cit.
tract.gloſ.8. n.26. & iterum gloſ.
19.n.3.quia denouo poteſt eligi.
Hęc ſufficiant,quoad electionem
inhabiliũ,quibus aliquod ius reſi-
7 ſtit. Quid dicendũ, ſi electio fue-
rit facta de indigno,exemplũ ad-
ſunt in cõſilio plures ciues,nem-
pè indigni,& digni,ſunt electi in-
8 digni (licet dubium ſit ſi omiſſo
digniore,poteſt eligi dignus, de
quo per Donatum Anton.de Ma-
rin. eximium Aduocatum reſol.
quotidian.cap.229.nu.4.& ſi hoc
caſu electio ſit nulla,&Capoblan.
pragm. 10.n.135.qui n.134.dicit
qui ſit dignus,vel dignior,& omiſ
ſa illa diſputatione,ſi elect⁹ à Prin-
cipe,quamuis indignus,pręſuma-
tur dignus, & habilis,de quo per
Maſull.ad Capic.deciſ.188.nu.5.)
quæritur,an Vniuerſitas eligẽs in-
dignum,priuetur poteſtate eligẽ-
di, Viſcont.in ſingularibus ſuis in
verbo Elector fol.mihi 65. col.1.
mouet quæſtionem,& diſtinguit,
aut ſcienter,aut ignoranter eligit,
cui te remicto.Et ſi electus eſt ha-
bilis tempore electionis,& inde
tempore confirmationis,vel cap-
turæ poſſeſſionis reperiatur inha-
bilis,& econtra,quid faciendum,
vide Mut. tom.6. capitulor. Sicil.
cap.97.n.11.& 21.& Rouit. prag.
4.de adminiſtrat.Vniuerſ.n.31. &
indignus electus,non cogitur ac-
ceptare,Auendan. cap.19.nu.24.
verſic.ſecundus eſt. Sed,an poſſit
quis ſeipſum eligere,& ſic ſibi ip-
ſi vocem dare,multi dicunt,quod
non, eo exemplo,quòd electores
10 Imperatoris poſſunt eligere vnũ
ex ſeipſis in Imperatorem,ego au
tem omiſſa diſputatione,ſi nomi-
11 natio , vel electio competit vni
ſoli,& ſi iure communi,vel ex de-
legatione , vt per Palm.citat.loc.
gloſ.8.n.11.&12. contrarium af-
firmo,non poſſe ciuem,vocẽ ſibi
dare,duplici ratione,prima nem-
pè,quia ille,tanquam ciuis agens,
12 & eligens dicitur imperatiuus, &
non poteſt ſibi ipſi imperare,alte
ra,quia cum eſt Ciuis eligens, nõ
poteſt eſſe electus,nam duo con-
traria non poſſunt eſſe in eodem
ſubiecto, vulgar.Iuribus.

Caput Quartum.

ARGVMENTVM.

Abſens tempore electionis, an poſ-
ſit procuratorem conſtituere.
Procurator conſtitutus an habeat
vnicam vocem.

SVMMARIVM.

PRocurator ſubſtitutus ad dandam vocem in electione,quam vocem habeat à n.1.ad 6.

Quid

Quid in Canonico eligente alium Canonicum n.5.

Antonij Ragucij Beneuentani laudes n.6

Syndicus, & Electi, an ſubſtituere poſſint num.7.

Propoſitio debet fieri à Syndico, vel primū locum obtinente n.8.

Voces ciuium debent ſcribi ſeparatæ, & dari alta voce n 9.

Electio debet fieri per circulum n. 10.

Si fit per buſſolam, incantationem, ſiue diuinationem n. 10.

Si non perficitur die ſtatuta an differatur in alia, & quomodo n. 11.

Aetas in Syndico, quæ requiratur à n.12. ad num.16.

TV ſcis, quòd ciuis abſens poteſt conſtituere alterum ciuē præſentem, qui tēpore ſcrutinij vocē
1 præſtat, adeo quod ille ciuis procurator duplicem vocem habet, vnam nempè ex propria perſona,
2 alterām verò virtute mādati, quæritur, an poſſit vnam vocem vni, alteram alteri dare, aliqui dicunt, quod nō poterit eligere diuerſas perſonas, ſed debet concurrere cum voce in vna, quæ magis idonea ſibi videbitur, alias electio eſt nulla, cap. penultimo §. porrò, de electiōn. in 6. quē ſequitur Palm. cit. gloſ. 9. n. 19. ſequitur de Frāch. deciſ. 69. n. 10. Ego autem diſtin-
3 guendum puto, aut in mandato procurationis, vel actus ſubſtitutionis eſt appoſita certa perſona, & tunc illa debet eligi, & duplicē
4 vocem habet, & dicitur potius Nuntius, quam verus procurator; aut verò eſt generaliter commiſſum, vt eligat, quem ſibi velit, & tunc tenetur concurrere in vna perſona iuxta dicta per Palm. & Franch. citat. loc. & idem dicendū
5 eſt de Canonico eligente alium canonicum, & cum pluries in hoc
6 Collegio occurriſſet, ex doctrina eximii ſtudioſiſſimi viri Antonij Raguccio Beneuentani Primarij Examinatoris in eadem Metropoli, atque Vicarij Generalis Eminentiſſimi Cardinalis Burgheſij veritatis defenſoris in eius tractat. de voc. canon. in capitulique ſit. 30. n. 22 ſic conſului canonicis tali ſubſtitutione ſuffultis, quod nota quia in dies euenit, & euenire poteſt. [Verùm P. Diana part. 1. reſolut. moral. tract. de parlamento, reſolut. 10. fol. mihi 58. affert, poſſe dare diuerſum votum, vnū ex ſe negatiuum, alterum tanquā procurator affirmatiuum, & è cōtra, quando poteſt adducere rationes probabiles pro eius iuſtitia, & iniuſtitia, ſe moto tamen ſcandalo.] Et cum de ſubſtitutione ſit
7 ſermo, dubitatur an Syndicus, & electi poſſint pro eorum abſentia alios loco eorum ſubſtituere, Capoblanc. tom. 2. ca. 18. ad fin. pro negatiua concludit, ea ratione, quia adſunt alij collegæ, qui poſſunt durante abſentia exercere.

Non incongruum erit aſſerere, quod tempore parlamenti præpoſitio
8 debet fieri à Syndico, vel primum locum obtinente, Palm. gloſ. 11. n. 22. & Capoblāc. cit. tom. 2. cap. 72. n. 13. qui num. 14. & 15. dicit, quod

9 quod debent per ſcriptorem ſcribi omnium voces ſeparatæ, quod intelligo, quando electio fit per voces publicè, quando enim fieret ſecretè per pallottas, quæ poteſt fieri a deputatis ad faciendũ parlamentum, Capoblanch. ibid.
10 Sed electio, quæ fit per Buſſolam, incantationem, ſiue diuinationẽ, non eſt licita, ſed quod debet fieri per circulum dicit Mut. tom. 6.
11 capitulor. Regn. Sicil. cap. 97. n. 5. 6. 7. & 8. & quando vocatur electio ſtatuta die, & ciues in locum ſolitum cõueniunt, inde propter aliquod impedimentum electio perfici non potuit, poteſt prorogari ad aliam diem, abſque nouis præconizationibus, vel ſolemnitatibus, & ſufficit tunc ciuibus denunciare diem, in qua perfici poſſit, Capoblanc. citat. cap. 72. n. 21. Rouit. citat. prag. 2. n. 35.

Et dum de auctoritate Syndici materiã amplexus ſum, infero aliud, & dico, eſſe adeò potentem, quod poteſt cogere ciues rixantes, & habentes inimicitias ad faciendum pacem, & in hoc caſu æquiparatur Rectori Prouinciæ, qui ſimilem poteſtatem ſedandi odium, & imponendi pacem habet, Montanar. cit. prag. 2. nu. 48. & 49.

Sed quæ ætas requiratur in Syndico; multoties occurrit dubitari, cum
12 habemus titulum Cod. qui ætat. vel profeſſ. ſe excuſant, lib. 10. & ſuper tex. in l. manifeſti, eod. titul. Andr. de Bar. nu. 1. & 2. excludit habentes quinquaginta quinque annos, Auendan. verò cit. cap. 19.
13 n. 24. verſic. tertius eſt caſus, ætatem ſeptuaginta annorum requiri teſtatur, tu autem dicas ſeptuaginta annos completos requiri, vt quis excuſetur ab hoc munere, & ſic vidi decretum Regiæ Cameræ Summariæ in cauſſa Manilij Longhi Sanctæ Paulinæ. Sed quæ ætas
14 vt Syndicus exercere cogatur requiritur; multi aſſerunt ætatẽ feudatarij deſiderari, quæ ſufficit decimum quartum annum tangat de Franch. deciſ. 560. nu. 3. tu autem dicas, quòd in Syndico ſufficit ætas decem, & octo annorum de iure Regni ex conſtitutione Minorum iura, Montanar. citat.
15 prag. 2. num. 320. intellige tamẽ, quòd licet, quis ratione ætatis excuſetur à munere Syndici, non tamen excuſatur ab officio Decurionatus, cuius vigore habet votum, ſiue conſilium, ſiue præeminentiam, nõ autem officium, vel dominium, Auendan. citat. loc. verſic. ipſi tamen, ea ratione, quia nemo, quamuis priuilegiatus excuſatur à conſulendo communitati, & aſſiſtendo in conſilijs.

Et pro complemento oritur aliud dubium, ſi quis vno, & eodem tẽpore fuerit electus ad duo officia in duobus locis, nempè exiſtens in loco domicilij fuerit electus ibi, & in loco originis; quo in loco exercere cogatur, Auendan. citat. loc. verſic. ſextus eſt caſus concludit cogi poſſe acceptare in loco

co domicilij, & iuſtè nòn poſſe acceptare in loco originis, quando verò in loco adeſſent originarij, & incolæ, præferuntur originarij, quamuis incolæ magis idonei eſſent, Rouit. cit. prag. 2. n. 3. & 4.

Caput Quintum.

ARGVMENTVM.

Vniuerſitates, an poſſint donare ſine licentia Principis.

Quid ſi velint donare ipſi Principi.

SVMMARIVM.

Vniuerſitates, an poſſint donare ſine licentia Principis, a num. 1. ad. 10.

Vniuerſitates ſi velint facere donatiuum Regi, an requiratur licentia, nu. 3.

Rex eſt Dominus vaſallorum, & quando poſſit petere ab eis ſubuentionẽ n. 2.

Donatiuum, quod fit per Regnum Regi in parlamento ſingulis duobus annis, an dicatur ordinarium, num. 4.

Rex pro bello manutenẽdo, poteſt à vaſſalis exigere, etiam ſi bellum ſit extra Regnum num. 6.

Vniuerſitates an teneãtur Regẽ adiuuare, & in quibus caſibus num. 7.

Rex, quando rogat mandat, quia preces ſunt mandata, num. 9.

SEd poſtquã ſermonem de Vniuerſitatibus ſum aggreſſus, non incongruè, imò oportunè, ſtante caſu occurrenti, quæri poteſt, vtrũ Vniuerſitas poſſit donare Principi abſque aſſenſu Regio, occurrit, quòd, dum Excellentiſſimus D. Emanuel de Fonſeca, & Zunica, Comes de Monte Rey, & Fuentes in hoc Regno Prorex, diligẽtia, prudentia, & ſapientia nemini ſecũdus pro ſubueniendis neceſſitatibus nunc exiſtẽtibus in Bello in Alemania, quod per inuictiſſimum noſtrũ Regem ſubſtinetur, taxauit Titulatos, & Vniuerſitates Regni, & in hac Prouincia Suum generalẽ Locumtenentem conſtituit Don Franciſcũ Barrile militẽ Neapolitanum, ac pro ſua Maieſtate in Ciuitate Neapolis maiorem Iuſtitiarium prudentia, & eloquentia munitum, & omni doctrina, & ſcientia eruditũ, nunc verò ꝑ Catholica Maieſtate in hoc Regno Secretarium meritiſſimũ, & per eum mihi negotio commiſſo, fuerunt literæ tranſmiſſæ ſequentis tenoris. A tergo. Al Magnifico Señor, El Doctor Eliſeo Danza. Monteſuſco. Intus verò. *Magnifico Señor. Don Fraçiſco Barril me hà dado quenta de la volontad, y cuydado, con que haueis acudido à la ſoliçitud de la leua de la Caualleria, que ſe ha pedido à los Barones, y Vniuerſidades para acudir à las preſentes occaſiones de guerra, y agradeçiendo os, come os razon el Zelo, con que os haueis mouido à hazer eſte ſeruiçio, os encargo, que en la miſma forma continueis eſta ſolicitud, para que ſe gane tiempo en el efecto de la leua, por lo que combiene al ſeruiçio de ſu Mageſtad. N. Señor. &c. Napoles 20. de Iulio 1632. A lo que mandares de. El Conde de Monte Rey. Al Dottor Eliſeo Danza.* Quarum tenorẽ Titulatis, & Vniuerſitatibus huius Prouinciæ denunciaui, aliqui adimpleuerunt, alij recuſarunt. Recuſantes eorum reniten-

nitentiam excuſabant prætextu, quod huiuſmodi literę non erant compulſiuę, neque ex illis D. Prorex mandabat, ſed tantũ rogabat, & Vniuerſitas non poteſt donare, ſine licẽtia Principis. Vndè, nunc dubium ſe offert, vtrum Vniuerſitas poſſit donare ſine Regio aſſenſu, & ſi licentia ex literis conceſſa iudicatur, adeò, quòd ad ipſarum obſeruantiã compellantur.

Pro parte negatiua, & ſic adimplere non curantium, dicitur Vniuerſi-
1 tatem non cogi, niſi expreſsè licentia Principis interueniente, fundant hanc eorum renitentiam in illo, quod quando Vniuerſitas vult Principi donare, eius licentia requiritur, Foller. ad prag. 2. de adminiſtr. Vniuerſ. §. 14. nu. 38. & ſic eſſe diſpoſitum, & prohibitum Vniuerſitati donari, ex prag. §. 18. & prag. 9. eod. tit. Reg. Tap. deciſ. conſ. Neap. 30. n. 15. Mut. tom. 6. cap. Sicil. cap. 64. nu. 5. addebant,
2 quòd licet Rex ſit dominus ſuorũ vaſſallorum, & poſſit ab illis petere ſubuentionem tamen illam petere debet, ita, vt non inducantur in neceſſitatem, Reg. Rouit. conſultat. Vniu. num. 12. poſt conſilia, vol. 1.

Pro parte affirmatiua alij dicebant non eſſe prohibitum Regi dona-
3 re, ex Capoblanc. tom. 1. prag. 10. nu. 19. & 47. Et quod poſſit Vniuerſitas donare, Reg. Rouit. ad prag. 5. de adminiſtr. Vniuerſit. n. 58. Thor. in additionib. ad Apon. de poteſtat. Proreg. tit. de donis, & expenſis Vniuerſitatum in principio.

Ex hac doctorum contrarietate oritur inter Iudices contradictio, & inter Aduocatos diſcrepantia. Vnde ego pro illis concordandis, dico omnino Vniuerſitates teneri ad taxam à Dño Prorege factam, & ad id fundandũ, omiſſa elocutione donatiui, q. fit per Regnũ,
4 ſi eſt ordinarium, vel nè, de quo remitto te ad Regent. Tap. deciſ. Conſ. Neapolit. 14. n. 12. & 49. ad Giurb. deciſ. Sicil. 118. n. 2. & 3. Et ommiſſa diſputatione ſi Vniuerſitas poteſt de iure communi do-
5 nare, vel nè, de quo remitto te ad Nicolaũ Loſeo in tract. de iur. Vniuerſit. cap. 11. n. 2. & 4.

Præmitto pro ſermonis intelligentia, quod hæc ſubuentio petitur à Domino Prorege pro manutenendo Bello in Alemanię contra
6 infideles, quo caſu, nedum Rex poteſt à ſubditis exigere, ex Mut. tom. 5. capitul. Siciliæ, cap. 54. nu. 12. & 20. etiam ſi bellum ſit extra Regnum; cum vaſſallorum inter eſt Regem adiuuare, etiam extra Regnum, idem Mut. tom. 5. cap. 401. n. 7. & ſeq. & Apont. deciſ. 3. n. 10. verum etiam poteſt Rex imponere onus, ex Molin. tract. 2. de Iuſtit. & Iur tit. de tributis, diſput. 674. nu. 2. fol. mihi 557. Imo ipſi vaſſalli, & vniuerſitates abſq; eo,
7 quòd Rex petat, tenentur illum adiuuare, & donare ex cauſa belli pro conſeruanda pace, & publica quiete, Mut. tom. 6. cap. 11. nu. 42. &

Digitized by Google

42. & ſeq. nuper Diana reſolut. moral. part. 1. tract. de parlamento per tot. vbi varia, & pulcra affert. Et licet literæ Domini Pro-
8 regis præinſertæ non videantur compulſiuæ, ſed tantum rogatoriæ, aduertatur, quòd quando Rex poteſt mandare, & non mandat,
9 ſed ex ſua benignitate petit, & rogat, hoc petere, & rogare, dicitur mandare quoàd vaxallos, Mut. to. 5. cap. 401. num. 8. & 9. & preces Regis ſunt mandata, Apont. dec. 3. num. 12.

Ergo concludo, Vniuerſitates teneri ad obſeruantiam taxæ per Suam Excellentiam factæ, & non requiri aliam licentiam, & reſpondetur adductis in contrarium vnico reſponſo, doctrinas allegatas procedere, & eſse intelligendas, quando Vniuerſitates vellent ex ſeipſis
10 ſponte donare; quotieſcumque enim donare intendunt, non valent ſine Principis licentia, ſi tamen ſolita ſunt, quæ donant, poſſunt, Capoblanc. tom. 2. cap. 4. num. 7.

Quo denunciato fuerunt per Excellentiſſimum Dominum Proregẽ tranſmiſsę aliæ literæ ſequentis tenoris. A terg. *Al magnifico Señor El Doctor Eliſeo Danza.* Intus verò. *Magnifico Señor Don Franciſco Baril me hà repreſentado el cuydado, y diligencia, con que haueis acudido a la ſolicitud de los ſoldados de Infanteria, y de à cauallo, que hauian de conſignar los Varones, y Vniuerſidades de eſſa Prouincia, y porque he entendido, que han quedado algunos, que no han acudido en eſta parte al ſeruicio de Su Mageſtad. Combiniendo, que todos acudan à el con la puntualidad, que yo fio de ſu amor, y largas voluntades, os encargo continueis con el miſmo cuydado en ſolicitar los Varones, y Vniuerſidades, que hubieren faltado al entrego de la gente, que les ha tocado con la mayor breuedad, que ſea poſſible, y fio de vueſtra diligencia, que la pondreis muy particular en el efecto de eſte ſeruicio. Nueſtro Señor, &c. Napoles primero de Febrero 633. A lo que mandaredes. El Conde de Monte Rey. Al Dottor Eliſeo Danza.*

Et tanto fortius meæ opinioni inhereo, illamque firmiter firmo huiuſmodi literas non eſse petitorias, ſed tantum præceptiuas, nam ex hac illarum geminatione denotatur præciſa intentio D. Proregis, ex Lanar. conſ. 21. nu. 5. geminatio enim eſt tanti ponderis, & efficaciæ, quod facit comprehendere illa, quæ alias non comprehenderentur, ex Ann. allegat 127. num. 9. de Franch. deciſ. 624. n. 13. & quando videtur geminatio reſcripti, iudicatur habere vim motus proprij, Garſ. dict. 72. Gramat. conſ. ciuil. 8. n. 10. Vndę omni iure concludo Vniuerſitates teneri ad illarum obſeruantiam præciſè, & non obſeruantes compellendas eſse.

FINIS.

[library stamp]

Digitized by Google

INDEX RERVM NOTABILIVM.

A

Abbas ſi fuerit abſens à Monaſterio, & Monachus vult accuſare, an requiratur conſenſus Superioris, tit. Monach. quand. agat cap. vnic. num. 59. fol. 289.
Abſolutus à Iudice Eccleſiaſtico pro crimine mixti fori, an poſſit à Iudice layco cognoſci, tit. de Concubin. cap. 1. n. 24. fol. 295.
Acceſſo acceſſioni non datur, tit. de Offic. Fiſci, cap. 1. n. 140. fol. 157.
Acta facta per Locumtenentem, exiſtente Capitanio in territorio, an valeant, tit. de Official. in gener. cap. 6. n. 17. fol. 38.
An debeat conſtare de commiſſione Locumtenentis, ibid. n. 16.
Acta facta in Iudicio extraordinario, an probent in ordinario, tit. de poteſt. ad mod. Bell. cap. 7. n. 17. 27. & 28. fol. 428 & ſeq.
Acta facta coram Iudice, cui Baro cauſam commiſit, an valeant, ibid. n. 26.
Actio perſonalis, an vigennio praſcribatur, tit. de inſtrum. cap. 3. n. 7. fol. 494.
Actiones plures ſi competant, an poſſint variari, vel cumulari, tit. de poteſt. ad mod. Bell. cap. 6. n. 8. & 9. fol. 423.
Actuarius, an dicatur Officialis, & à quo cognoſcatur, tit. de Offic. in gener. cap. 3. n. 1. & 5. fol. 26. & de offic. Actuar. cap. 1. n. 1. & 2. fol. 207.
Actuarius dicitur patraror, & conſeruator actorũ, tit. de Official. in gener. cap. 3. n. 4. fol. 26.
Actuarius, an corrumpatur, & quomodo puniatur illũ corrũpẽs, t. de offic. in gen. c. 5. n. 29. fol. 32
Actuarius, & Scriba non admittitur ad exercitium abſque perquiſitione, tit. de offic. Audit. cap. 1. n. 7. fol. 127.
Eius diffinitio, tit. de offic. Actuar. cap. vnic. nu. 3. & 4. fol. 207.
Si publicauerit atteſtationes ante publicationem, de falſo puniatur, ibid. n. 5.
Solo iuramento recuſatur, ibid. n. 6.
Re tamen integra, ibid. n. 7.
Et ſi fuerit admiſſus, non poteſt recuſari, ibid. n. 9.
Niſi ſuſpicio ſuperuenerit, ibid. n. 10.
Si exegerit ſportulas vltra taxã, an puniatur, ibid. num. 11.
Vnicum ſalarium habere debet pro vno decreto, etiam ſi eſſent plures in eo deſcripti, ibid. n. 12.
An poſſit eſſe in propria patria, ibid. n. 13. 14. 15.
Quid ſtante ſtatuto, ibid. n. 16.
An poſſit ſubſtituere, ibid. n. 17. & 18.
Amplia in vaſſallo Baronis, ibid. n. 19.
Limita primo in paruis terris, ſecundo niſi eſſet eminens, & inſignis, tertio niſi haberet conſortem, quarto niſi eſſet conſuetudo in contrariũ, quinto in Ciuitate Neapolis, ſeſto in Ciuitate Romæ, ibid. à n. 16. ad 28.
Perſonaliter exercere debet, ibid. n. 32.
Poteſt aliquem tenere, vt loco ipſius ſe ſubſcribat, ibid. n. 32.
Non poteſt exercere munus procurationis, ibid. num. 33.
Actuarius in recipiendis obligationibus, & fideiuſſionibus tenetur recipere habiles, alias tenetur, & diſcuſſio fit infra quatuor menſes titul. de Actuar. cap. vnic. n. fin. fol. 210.
Accuſator de crimine falſæ monetæ, & non probans, an puniatur, tit. de falſ. monet. cap. 1. nu. 163. 164. & 165. fol. 330.
Limita, niſi eſſet ſolitus denunciare, & accuſare, & non probare, ibid. n. 166.
Accuſator ſi opponit habere nouos teſtes, an audiatur, tit. de teſtib. cap. 1. n. 8. fol. 446.
Adequatorum eadem eſt diſpoſitio, tit. de præem. Reg. Aud. cap. 1. n. 5. fol. 5.
Adheſio, an requiratur expreſſa, vel ſufficiat tacita, tit. de offic. Fiſc. cap. 1. n. 63. fol. 145.
Adminiſtrator rerum Confraternitatum, an Epiſcopo computa reddant, vel coram layco, tit. de legat. pijs, cap. 3. à n. 8. ad 13. fol. 370.
Admiratio, an differat à murmuratione, tit. de facultate Doctor. cap. 1. n. 17. fol. 534.
Adoleſcenti incitamentum, natura vitiorum oritur, tit. de delegat. cap. 1. n. 18. fol. 339.
Adulterium quid ſit, quomodo probetur, quibus inducatur, & cognoſcatur, tit. de Adulter. cap. vnic. n. 3. fol. 523.
Eſt omni iure prohibitum, ibid. n. 4.
Adulter nobilis, an poſſit occidi à marito plebeo, tit. de Adult. cap. 1. n. 68. fol. 531.
Adulterium vxoris reputatur maius delictum, quã viri, eod. tit. n. 35. & ſeq. fol. 527.
Aduocati lauream Doctoratus non habentes, an admittantur in Regno, tit. de facult. Doctor. cap. 2. n. 9. fol. 540.
Aduocatus, Procurator, Actuarius, & Scriba, an comprehendantur ſub Ritu, tit. de præem. Reg. Aud. cap. 1. n. 71. & 72. fol. 20.
Aduocati ſalarium, an ſit taxatum, & quomodo, tit. de ſalar. cap. 2. n. 59. fol. 469.
Afflictio non eſt danda afflicto tit. de foriudic. cap. 1. n. 2. fol. 347.
Agens actione ciuili, an poſſit ad criminalem recurrere, tit. de poteſt. ad mod. Bell. cap. 6. n. 10. fol. 423.
Agens via ſimulationis, non poteſt agere via nullitatis, ibid.
Agnati, affines, & cognati foriudicati, an audiantur circa nullitates, non exiſtente foriudicato in carceribus, tit. de foriud. c. 1. à n. 24. ad 28. fol. 425.
Alapam dans Officiali, à quo puniatur, & qua pœna, tit. de offic. in gener. cap. 8. n. 32. fol. 47.
Alexandri de Stefanellis laudes, tit. de præmin. Reg. Aud. cap. 1. n. 23. fol. 11.
Alexander Magnus in Ciuitate Alexandriæ fuit ſepultus,

Digitized by Google

I N D E X.

pultus,tit.de qualit.Official.cap.1.n.24.fol.73.
Alexandri de Saugro Archiepiſcopi Beneuentani laudes,ibid.n.25.
Alienatio rerum Confraternitatum, an requirat eaſdem ſolemnitates, prout, & aliarum Eccleſiarum,tit.de leg.pijs c.3. n.9.fol.370.
Alguzinij an dicatur membra Curiæ,tit.de recept. cap.1.n.14.& 15.fol.503.
Alguzinos Regios offendentes, à quibus cognoſcuntur.ibid. n.11.12.&c.13.
Alimenta de quibus bonis debeantur,tit.de legat. pijs,cap.5.à n.34.ad 38.fol.381.
An cum ſeruitijs compenſentur,tit.de Salar.cap. 3.n.15.fol.471.
Alimenta an teneantur maritus præſtari vxori ſi ſua culpa receſſit, tit.de Adulterio cap. vnic. à n.60.ad 66.fol.530.
Quid ſi offendit virum,vel occidit,vel veneuauit, ibidem.
D.Alonſus Agraz laudatur,tit.de Adult. cap.vnic. n.7. fol.506.
Allegans neſcire bannum, vel non audiuiſſe ſignũ Campanæ,an excuſetur,tit.de Campan. cap.1. n.13.& 14.fol.516.
Alloqutio cum proximo non eſt prohibita,tit.de Recept.cap.1.n.16.fol.503.
Alloquens tantum cum Bannito extra Regnum, vel intus Eccleſiam an puniatur,tit.de Recept. cap 1.n.57.fol.509.
Ambulans de nocte,ſi ad domum redit excuſatur, ſecus ſi a domo egreditur,tit.de Campan. cap. vnic.n.23.fol.517.
Ambulans de nocte poſt tertium Campanæ ſignũ poteſt per cuſtodes cap ,ſed quomodo, & quã fidem faciunt,tit.de Campan. cap.vnic.n.21.& 22.fol.517.
D.Andreas de Zuniga Auditor compatratum con traxit,tit.de Offic.in gener.cap.8.n.22.fol.45.
Angeli Landimarij laudes,tit.de inſtrument.cap.3 n.47.fol.497.
Anima ceteris fauorabilior eſt, & vti principalior proponẽda,tit.de Legat.pijs,cap.1.n.4.fol.361.
Animæ defunctorum propter legata pia ſoluuntur tit.de Legat. pijs cap. 1. n.7.fol.361.
Animalia capta pro homine ducendo ad ſupplicium,quos defectus patiuntur,tit.de Official.in in gener.cap.11.n.54.fol.63.
Animalium cuſtos paruulus, nullum ſalarium habet,ſed ſufficit habere alimenta, titul. de Salar. cap.3.nu.12.fol.471.
Annotatio bonorum contumacis in duobus Tribunalibus ad quem ſpectet, titul.de contumac. cap.1.n.12.fol.298.
An ſit de ſubſtantia ad foriudicationem, tit.Forjudic.cap.1. n.4.fol.348.
Antiochiæ Ciuitas hodie per hoſtes gubernatur, tit.de qual.Offic.cap.1.n.26.fol.74.
Antonij Pennella laudes, titul.de Carcerib.cap.1. n.56.fol.273.iterum fol.594.
Antonij Caraccio laudes,titul. Monach. quando agat, n.31.fol.387.
Antonij Ragucij Beneuentani laudes, tit.de Priuil. Baron.cap.4. n.6.fol.611.
Antonius Gargarus Auditor compatratum contraxit,tit.de Offic.in gener.cap.8.n.22.fol.45.
Apoſtata eſt ille, qui eſt egreſſus a Religione, tit. de qualit.Offic.cap.2.n.19.fol.83.
Apoſtata reputatur Monachus negotijs ſæcularibus ſe immiſcens,tit. Monach.quand.agat, cap. 1.n.22.fol.386.
Apoſtatam occidens,à quo,& qua pęna puniatur ibid. n.20.
An incurrat in Canonem latæ ſententiæ, ibid.nu. 20.iter.n.23.fol 386.
Appellatio facta his verbis [ad Superiores in forma] quid operetur,tit.de offic.Fiſci cap.1. n.54. & ſeq.fol.143. & n. 58. & ſeq. fol.144.
Cenſetur facta ad immediatum Iudicem ſupremum,quando non fit expreſſo nomine, tit. de poteſt.ad mod.Bell.cap.6.à n.24.ad.26.fol.425.
Appellationi renunciatur ſi fit actus contrarius, tit.de offic.Fiſc.cap.1.à n.55.ad 57.fol.143.
An poſſit renunciari,& tempus currat,ibid.n.64.
Appellatio an admittatur a ſententia ad pias cauſas,tit.de leg.pijs cap.4.n.17.fol.376.
Appellatio ad decretis ad modum Belli, ad quem Iudicem interponatur, tit.de poteſt.ad modum Bell.cap 6.à n.18.ad 23.fol. 424.
Appellatio à cominata tortura, an admittatur in cauſis ad modum Bell. litteris inhibitorialibus, non obſtantibus, ibid. n. 27.
Appellans ſi grat js Curiæ ſe remiſerit, an poſſit appellare,& reformat onem petere,tit. de exil. cap.1.n.48 & 48.fol.454.
Arbiter an poſſit eſſe Religioſus,tit. de qualit.Official.cap.2. n.9. fol.83.
Arbitri ſi plures ſint electi, vno mortuo, vel deficiente, an ſuperſtites poſſint ſententiare, titul. de offic. Audit.cap.2.n.16 & 17.fol.134.
Arcanum, vide in verbo ſecretum.
Archiuium vnde dicitur,tit.de offic.Archiu.cap.1. n.1.fol. 205.
Eſt locus,in quo reponuntur ſcripturæ publicæ, & priuatæ, ibid.n.2.
Tria in eo concurrere debent,ibid n.3.
Intus Palatium ſtare debet,ibid.num.4.
Procedit de Iure Canonico,n.5.
Quam fidem faciant ſcripturæ repertæ in eo,n.6.
Circa quę verſetur eius officiũ,ibid.n.7.8.9.& 10.
Arma, & veſtes, & alia inuenta penes delinquentes,cuius ſint, titul. de offic. Capitan.Campan. cap.1. fol.242.
Arma tranſeuntibus,& viatoribus,an ſint prohibita,tit.de prerog.Fratr.Iutat.cap.vnic. n.8. & ſequen.

Digitized by Google

quen. fol. 475.
Arma diſiuncta aſportans, an puniatur, tit. de remiſſ.cauſ.cap.5. n.3.fol.575.
Si fuerint reperta prope pedes alicuius, ibid. à n.10. ad 13.
Quid ſi retinet domi, ibid.n.4.
Si fuerint reperta propè cadauer occiſi,ibid.n.14.
Ipſorum vſus, an ſit prohibitus,ibid. n.15.& 24.
Illa aſportandi licentiam quis concedit, ibidem à n. 16. ad 23.
An poſſit deferri in propria patria,ibid. n.25.
Retinentes illa domi, vel in hoſpitio, an puniantur,eod.tit.cap.8.à n.13.ad 17.
Quid in agro, ibid.n.21.
